CODEX
DIPLOMATICVS
HUNGARIAE
ECCLESIASTICVS AC CIVILIS.

STVDIO ET OPERA

GEORGII FEJÉR
BIBLIOTHECARII REGII.

TOMI X. VOLVMEN VIII. SVPPLEMENTARE.

AB ANNO 1382—1437.

BUDAE
TYPIS TYPOGR. REGIAE VNIVERSITATIS VNGARICAE
1843.

H. Stephens

Ich bin überzeugt, dass es aus vielen Ursachen zur Zeit noch keinen ungarischen Gibbon geben könne; eine davon ist diese: weil er jetzt noch zu wenig Materialien, zu wenig Vorarbeiten fände. Ich habe mir daher wohl bedacht, bloss die weniger glänzende Rolle gewählt, Materialien zusammen zu tragen, kritisch zu ordnen, der Mithandlanger eines künftigen ungr. Gibbon zu seyn, und dann und wann durch ein paar Worte, oder auch durch einen kurzen Versuch in der Kunst historisch darzustellen, ahnden zu lassen, wie jene Vaterlandsgeschichte beschaffen seyn wird, welche ein künftiger ungr. Gibbon unsern glücklichen Enkeln mit vollem Glanze historischer Wahrheit vortragen dürfte!" Engel.

Ad Lectorem.

Vt hoc Codicis Diplomatici volumine insignem iuris Hungariae publici partem, internae, externaeue securitatis praesidium, militiae statum, qualis a primordio domi nostrae fuerat, illustremus, interest plurimum [1]).

Societatis ciuilis ineundae finis semper et vbique libertatis, aliorumue iurium connatorum et aquisitorum securitas fuerat, supremae duntaxat potestatis ac legum auctoritate, armorumque virtute obtinenda.

Scopo, pactoque hoc conspirarunt nostri etiam Primores, ex oris Asiae transuolganis in Europam migraturi: „Gens Hungarorum fortissima et bellorum laboribus potentissima, de gente Scythica, quae per idioma suum proprium Dentumoger dicitur, duxit originem. Et terra illa erat nimis plena ex

1) Quod norim, militiae regni Hungariae statum praeter duum viros Ill. ac RR. Franc. Carol. Palma, Introductionis ad notitiam rèrum Hungaricarum edit. III. §. XVIII., ac Mart. Georg. Kovachich, De Comitatibus, delineauit nemo; partium studio, quo Historicum oportet esse alienissimum, absoluendus neuter: ideo censuimus eum nouis studiis adumbrandum.

multitudine populorum inibi generatorum, vt nec alere suos sufficeret, nec capere. Quapropter septem principales personae, qui Hetumoger vocantur, angusta locorum non ferentes, habito inter se consilio, vt a natali suo solo discederent ad occupandas terras, quas incolere possent, armis et bello quaerere non cessarunt. Tunc elegerant sibi quaerere Pannoniam, quam audierunt fama volante terram Attilae regis fuisse, de cuius progenie dux Almus, pater Arpad, descenderat. Et quia ipsi septem principales personae communi et vero consilio intellexerunt, quod inceptum iter perficere non possent, nisi Ducem ac praeceptorem super se haberent. Ergo libera voluntate et communi consensu elegerunt in filios filiorum, vsque ad vltimam generationem, Almum, filium Ugek, et qui de eius generatione descenderent." Belae regis Notarius de gestis Ducum. Cap. V.

Terras armorum virtute, fauente fortuna[1]) conquisitas, legum et armorum praesidio sanxerant tu-

1) Prouincias, in quas Hunnorum olim, mox Abarum regnum discerptum ingressi Maiores nostri repererant, prodidit Belae Regis Notarius: „Dux Galliciae, caeterique consocii sui, — dicebant, quod terram, quae fuisset Attilae Regis, praeoccupassent, Romani Principes (Franco-Germani) terram Pannoniae vsque Danubium. — Terram vero, quae iacet inter Danubium, ac Tibiscum (ab amne Grano) praeoccupauisset Dux Bulgariae vsque confinium Ruthenorum ac Polonorum, et fecisset ibi habitare Slauos et Bulgaros. Terram vero, quae est inter Tibiscum et siluam Igfou, quae iacet ad Erdeelu, a fluuio Morus vsque ad fluuium Zomus, praeoccupauis-

endas: „Dux vero Arpad et sui milites, adepta victoria, — venerunt ad stagnum, quod dicitur Curtueltou, et manserunt ibi, iuxta syluam Gemelsen, triginta quatuor diebus, et in illo loco Dux et nobiles sui ordinauerant omnes consuetudinarias leges regni et omnia iura eius, qualiter seruirent Du-

---

set sibi Dux Marout. Et terram illam habitarent gentes Kozar. Terram vero, quae est a fluuio Morus vsque ad castrum Urscia (Orsova) praeoccupasset quidam Dux, nomine Gaad, de Budyn (Widin) castro egressus, adiutorio Cumanorum. — Terram Vltrasiluanam Gelu quidam Blacus (Valachus) in dominium tenebat a Blasiis (Blachis?) et Slauis inhabitatam. — A Grano fluuio vsque confinia Bohemorum terram omnem possederant Suatoplugi, Bohemiae, ac Marahaniae Principis, ab Arnulfo Imperatore (suppetiis Hungarorum) debellati, anno 894. defuncti filii, super patrimonio inter se certantes.“ Id. Cap. XI. XXIV. XXXIII. XXXVII. „Morauiae Princeps Suendoplocus fortis, terribilisque populis finitimis fuit. Post mortem autem eius anno vno in pace exacto, orto dissidio et bello ciuili, inuadentes Turci (Hungari) planissime eos exstirparunt, terramque retinuerunt.“ Constant. Porphyr. de adm. Imp. Cap. XLI. Arnulfo etiam Imperante anno 900-o defuncto, sub filio ipsius Ludouico infante, Pannonia inter plures Marchiones, discordes, fuerat discerpta: Brecislauus, filius Chezilonis, ditionis, in qua fuit Mosapurg, Salapiugis, vrbsque paludarum, haeres; praeerat Pannoniae inter Sauum, Drauum et Rabam (Sabariam, et alia quaedam loca Salisburgensis Episcopus possedit). Quod supra Rabam vsque Saar (Lajtam) patebat, fuerant deserta Boiorum (Ödenburg). A fluuio Lajta vsque Oenum (Orientalem Imperii oram) Arbo, huiusque filius Iserricus, ac Leopol-

multitudine populorum inibi generatorum, vt nec alere suos sufficeret, nec capere. Quapropter septem principales personae, qui Hetumoger vocantur, angusta locorum non ferentes, habito inter se consilio, vt a natali suo solo discederent ad occupandas terras, quas incolere possent, armis et bello quaerere non cessarunt. Tunc elegerant sibi quaerere Pannoniam, quam audierunt fama volante terram Attilae regis fuisse, de cuius progenie dux Almus, pater Arpad, descenderat. Et quia ipsi septem principales personae communi et vero consilio intellexerunt, quod inceptum iter perficere non possent, nisi Ducem ac praeceptorem super se haberent. Ergo libera voluntate et communi consensu elegerunt in filios filiorum, vsque ad vltimam generationem, Almum, filium Ugek, et qui de eius generatione descenderent." Belae regis Notarius de gestis Ducum. Cap. V.

Terras armorum virtute, fauente fortuna[1]) conquisitas, legum et armorum praesidio sanxerant tu-

---

1) Prouincias, in quas Hunnorum olim, mox Abarum regnum discerptum ingressi Maiores nostri repererant, prodidit Belae Regis Notarius: „Dux Galliciae, caeterique consocii sui, — dicebant, quod terram, quae fuisset Attilae Regis, praeoccupassent, Romani Principes (Franco-Germani) terram Pannoniae vsque Danubium. — Terram vero, quae iacet inter Danubium, ac Tibiscum (ab amne Grano) praeoccupauisset Dux Bulgariae vsque confinium Ruthenorum ac Polonorum, et fecisset ibi habitare Slauos et Bulgaros. Terram vero, quae est inter Tibiscum et siluam Igfou, quae iacet ad Erdeelu, a fluuio Morus vsque ad fluuium Zomus, praeoccupauis-

endas: „Dux vero Arpad et sui milites, adepta victoria, — venerunt ad stagnum, quod dicitur Curtueltou, et manserunt ibi, iuxta syluam Gemelsen, triginta quatuor diebus, et in illo loco Dux et nobiles sui ordinauerant omnes consuetudinarias leges regni et omnia iura eius, qualiter seruirent Du-

---

set sibi Dux Marout. Et terram illam habitarent gentes Kozar. Terram vero, quae est a fluuio Morus vsque ad castrum Urscia (Orsova) praeoccupasset quidam Dux, nomine Gaad, de Budyn (Widin) castro egressus, adiutorio Cumanorum. — Terram Vltrasiluanam Gelu quidam Blacus (Valachus) in dominium tenebat a Blasiis (Blachis?) et Slauis inhabitatam. — A Grano fluuio vsque confinia Bohemorum terram omnem possederant Suatoplugi, Bohemiae, ac Marahaniae Principis, ab Arnulfo Imperatore (suppetiis Hungarorum) debellati, anno 894. defuncti filii, super patrimonio inter se certantes.“ Id. Cap. XI. XXIV. XXXIII. XXXVII. „Morauiae Princeps Suendoplocus fortis, terribilisque populis finitimis fuit. Post mortem autem eius anno vno in pace exacto, orto dissidio et bello ciuili, inuadentes Turci (Hungari) planissime eos exstirparunt, terramque retinuerunt.“ Constant. Porphyr. de adm. Imp. Cap. XLI. Arnulfo etiam Imperante anno 900-o defuncto, sub filio ipsius Ludouico infante, Pannonia inter plures Marchiones, discordes, fuerat discerpta: Brecislauus, filius Chezilonis, ditionis, in qua fuit Mosapurg, Salapiugis, vrbsque paludarum, haeres; praeerat Pannoniae inter Sauum, Drauum et Rabam (Sabariam, et alia quaedam loca Salisburgensis Episcopus possedit). Quod supra Rabam vsque Saar (Lajtam) patebat, fuerant deserta Boiorum (Ödenburg). A fluuio Lajta vsque Oenum (Orientalem Imperii oram) Arbo, huiusque filius Iserricus, ac Leopol-

ci et primatibus suis et qualiter iudicium facerent pro quolibet crimine commisso.“ Idem Belae R. Not. l. c. Cap. XL. Item: „Transactis quibusdam temporibus Dux Zulta, et omnes Primates regni sui, communi consilio, et pari voluntate, quosdam rectores regni sub Duce praefecerunt, qui moderamine iuris consuetudinarii, dissidentium lites, contentionesque sopirent, alios autem constituerunt Ductores exercitus. — Erant isti viri belliciosi et fortes in animo, quorum cura nulla alia fuit, nisi Domino suo subiugare gentes, et deuastare regna aliorum.“ Idem ibid. cap. LIII. [1]).

dus Marchiones, dissidentes administrarunt. Reliqua trans Danubium itidem ad Principes Marahaniae pertinebant: V. Suppl. Fuldense ex Pythaeo ad an. 884. 890—2. Sigebertum Gemblac. ad an. 893. Belae R. Not. Cap. XLVII.—L. Chron. Thur. P. II. Cap. XXIII. Quod fortunarum maximum fuerat, anarchia tam in Occidentali Imperio, quam orientali, Italia ac Gallia dominata: V. Düssicux. Accessit beneficium prouidentiae, quae in consortium Europaearum gentium primores nostros adduxit, vt Christianae religionis lumine collustrati mitescerent, bearénturque.

1) Securitatis internae, externaeue tuendae media, absolute necessaria, praeter subordinationem legalem, subsidia et seruitia sunt. Subsidia alia realia, vt collectae, decimae, alia aeralia, vulgo tributa; seruitia etiam alia ciuilia, alia vero militaria etc. censentur. Lex ab alterutro horum socios dispensare, in casibus ordinariis, potest, ab vtroque, in casibus praesertim, quibus salus publica periclitatur, saluo iure naturae, neutiquam. Lex nostra consuetudinaria seruitio militari addictos ab operibus seruilibus, et a capitis facultatumque censu dispensan-

Milites hi ordinis principio fuerant diuersi: Primi Ordinis censebantur nobilitares, personaliter, ac pro facultatibus suis, etiam cum seruis, sub vexillo regis militare obstricti; tales fuerant: a) Nobilium naturalium progenies; Hetumogerorum, ac 108 generationum liberi: „Horum nomina haec fuerant: Lelu, filius Tosu, Bulsuu, vir sanguinis, filius Bugat, Botond, filius Culpum. — Erant hi viri bellicosi, et fortes in animo.“ Idem l. c. Cap. LIII. b) Gentium a principio Magyaris confoederatarum posteri: Cumanorum scilicet et Ruthenorum: „Missi vero Arpad Ducis, Oundu, pater Ethe, et Retel pater Oluptulma, et Turzol, miles Cumanus. Eidem Retel, pro fidelissimo seruitio dedit terram magnam, iuxta Danubium.“ Idem l. c. Cap. XV. „Zulta ex parte Theotonicorum dedit castrum constituere Ruthenis, qui cum Almo Duce, auo suo, in Pannoniam venerant.“ Idem cap. LVII. Nec non Cabarorum: „Cabari a Chazarorum gente descendunt. Facta autem inter eos scissione, belloque orto ciuili, prior pars vicit; quique victi, pars occisi sunt, pars fugientes ad Turcas (Magyaros) in Patzinacitarum terram se contulerunt, contractaque mutua amicitia — quia fortitudine bellica et strenuitate praestabant, in praeliis eos antecellebant.“ Constant. Porphyrogeneta de adm. Imp. Cap. XXXIX. Cumani, Rutheni et Cazari hi cum Magyaris in vnam nobilitarem Militum classem coaluerant. Chron. Thurotzii P. I. cap. IX. c) Székelyii, vulgo Siculi, Hunnorum reliquiae: „Remanserant de Hunnis

---

dos duxit, non item a collectis, decimis, lucro camerae; militari autem seruitio solutos, a subsidiis in rempublicam conferendis, salua iustitia, nec debuit, nec potuit

Athilae virorum tria millia — propagati vsque Arpadum. Isti dum Hungaros in Pannoniam iterato cognouerunt remeasse, redeuntibus in Rutheniae finibus occurrerunt, insimulque Pannonia conquestrata partem in ea sunt adepti, non tamen in plano Pannoniae, sed cum Blachis in montibus confiniis sortem habuerunt.“ Simon de Keza edit. Podhraczky §. 6. p. 33. „Siculi, qui primo erant populi Athilae regis, audita fama Vsubuu, obuiam pacifice venerunt, et ante exercitum Vsubuu, in prima acie contra Menumorout pugnare coeperunt.“ Belae Reg. Not. cap. L.

2). Militum hospitum posteri: „Vicinae nationes audientes facta Magyarorum, confluebant ad ducem Arpad, et pura fide subditi seruiebant ei sub magna cura, et plurimi hospites facti sunt domestici.“ Belae R. Not, cap. 27. Tales fuerant: 1) Milites Asiatici: a) Bysseni, alias Bessi (viua voce Bas, Vas gens chalybea) dicti etiam Chalisii: „Zulta Dux in confinio regni, vltra lutum Musun. collocauit etiam Byssenos: non paucos habitare pro defensione regni sui, ne aliquando in posterum furibundi Theotonici propter iniuriam sibi illatam, fines Hungarorum deuastare possent.“ Idem Cap. LVII. „De terra Byssenorum venit quidam miles, de ducali progenie, cuius nomen fuit Thomizoba, pater Urkund, a quo descendit genus Thomoy, cui Dux Tocsun dedit terram inhabitandi in partibus Kemey, vsque ad Thysciam, vbi nunc est portus Obad.“ Idem cap. LVII. b) Bulgari de gente Bilerorum „De gente Bular (vulgo Bulgar.) cum multitudine Hismaelitarum venerunt quidam nobilissimi Domini, quorum nomina fuerunt: Bylla et Bocsu, a quorum progenie Ethey descendit —

Et eodem tempore, de eadem regione, venit quidam nobilissimus miles, nomine Heten, cui etiam Dux terras condonauit." Idem cap. LVII. 2) Milites Europaei: hi a Geysa Duce ac Proto rege Stephano, tum aliis regibus, sunt exciti; „Geysa namque Dux, inter alios, diuino praemonitus oraculo, conuertere coepit Hungarorum gentem ad fidem Christianam, et dum monitu illos conuertere non posset, paganorum ritibus deditos, et intentos, oportebat quosdam armis edomare; ad quod faciendum, quia plures fuere fidei repugnantes, quam adhaerentes, necessarium habuit desiderium suum diuulgare regibus et principibus christianis. Quo audito non solum iuuamen transmiserunt, sed etiam personaliter aduenerunt, quibus fuerat Hungarorum crudelitas nociua et exosa." Chr. Thur. P. II. cap. IX. „Sicut enim ex diuersis partibus prouinciarum veniunt hospites; ita diuersas linguas et consuetudines, diuersaque documenta et arma secum ducunt, quae omnia regiam ornant et magnificant aulam, et perterritant exterorum arrogantiam." Proto rex Decr. I. monito VI. „Intrauit ergo primo Deodatus, de Comitibus S. Seuerini de Apulia. Iste cum sancto Adalberto, Pragensi Episcopo, Sanctum regem Stephanum baptisauit." „Post haec de Alemania Volphgerus, cum fratre suo Hedrico, de Comitibus Houmburg ortus, cum trecentis dextrariis phaleratis introiuit. Ascendit quoque de Bauaria. Posthaec venit Hunt et Pazman, duo fratres carnales, milites coridati (phalerati) orti de Sueuia; hi — tandem S. Stephanum regem in flumine Goron, teutonico more gladio militari accinxerunt. Postmodum intrat de Wassurburg Comes Vencellinus. Hic Cupan ducem in Simigio interfecit. Post hunc introiuit Pot

de Lebyn, qui nomine alio Ernistus est vocatus, hic cum multis militibus adiit in Hungariam, a Comite Conrado de Altenburg ortus. Hermanni generatio de Nurimberg oritur, cum regina Kisla intrauerunt. Comitum vero Simonis et fratris eius Michaëlis generatio, qui Martinsdorffarii nominantur, diebus regis Emerici, filii Belae tertii, cum regina Constantia, filia regis Aragoniae, quae Vxor erat regis Emerici, honestis secum militibus, et familia decentissima introductis, in Hungariam introiuit." etc. Thur. Chr. P. II. Cap. X. sqq. Simon de Keza p. 76. sqq. 3) Milites regnicolae: tales fuerant: a) Slaui Marahanenses; militibus captis, Nobilium filiis, „Dux Árpád, consilio et petitione suorum nobilium, accepto iuramento, donauit terras in diuersis locis, ne aliquando infideliores facti, repatriando nocerent sibi fidelibus, in confinio Nitriae habitantibus." Belae R. Not. Cap. XXXVII. „Tunc Zuardu, et Cadusa, nec non Huba, multum populum, blandis verbis sub dominium ducis Árpád, sine bello subiugauerant, et ipsos secum in expeditionem duxerunt." Idem cap. XXXIII. „Slaui Moraui multitudinem Vngarorum non modicam ad se sumserunt et super nos Christianos miserunt, atque ipsi superuenerunt, et alios captos duxerunt, alios occiderunt." Lit. Episcopor. German. ad Joannem IX. Papam Cod. Dipl. tomo I. p. 229.

3). Nobilium factorum posteri ac successores: horum primores non natiuitas, nec militia, sed vtrique reipublicae praestita merita distinxerant, possessionumque fecerant compotes; tales fuerant: a) Ex omni genere indigenarum, ciuiles: „Intrauerunt quoque temporibus tam Geichae Ducis, quam aliorum regum Boëmi, Poloni, Graeci, Bessi, Ar-

meni, et fere ex omni natione extera, quae sub coelo est: qui seruientes regibus vel caeteris regni Dominis, ex ipsis pheuda acquirendo, nobilitatem processu temporis sunt adepti." Simon de Keza l. c. p. 87. b) Praelati Ecclesiastici, Episcopi scilicet, Praepositi, et Abbates: „Charissime fili! Seniores illos ita custodias, sicut pupillas oculorum. — Sine illis enim non constituuntur reges, nec Principatus. Si illos perfecte amas, te ipsum sine dubio sanas, tuumque regnum honorifice gubernas." S. Steph. Decr. I. Cap. 3. „Chuni interfecerunt similiter et episcopos Cupan et Laurentium." Chron. Thu. P. II. Cap. LX. Internecina ad fluuium Sajó clade hausti sunt, e Clericis Mathias Strigoniensis Archi-Episcopus, Vgolinus Colocensis Archiepiscopus, Georgius Jauriensis, Raynoldus Vltrasiluanus, et N. ecclesiae Nitriensis, Episcopi. Nicolaus Scibiniensis Praepositus, Brictius Archi-Diaconus Bachiensis, Magister Albertus Strigoniensis Archi-Diaconus." etc. Roger. miser. carm. cap. XXX. c). Equites Templarii, Hospitalarii ac Teutonici: hi duxerant Andream II. Regem Hierosolymas peregrinantem ac reduxerant. Belam IV. in conflictu ad fluuium Sajó vexillo suo stiparunt; post cladem Tataricam regno restituerant. cf. Thom. A. Diaconum Spal. Cap. XXXII. Carolum defunderunt: Cod. Dipl. Tom. IV. Vol. I. p. 465. Sigismundum cladi Nicopolitanae eripuerant etc. cf. Prayum de Prioratu Auranae, Codicem item Diplomaticum.

Hi triplicis generis Nobiles vti iuribus, ita militandi munere fuerant aequales: „Constat itaque non tantum septem Capitaneos (Magyaros) sed etiam alios nobiles, qui de

Scythia descenderant, ac hospites, Pannoniam conquestrasse, ac defensasse: Vnde in ipsis venerari potest nomen dignitatis, plus aliis et potentiae, nobilitate tamen pares sunt hi Hungaris." Chr. Thur. P. II. Cap. IX. „Quamuis Praelati, ecclesiarum rectores, seu personae spirituales, quarum medio salutem humanam Dominus et Saluator noster administrari voluit, personis secularibus digniores habeantur; quamuis item Barones regni respectu officii, quo funguntur, regi propiores in stando vel sedendo, et primi in consilio emittendo, atque priores in regno augmentando, et defensionem patriae peragendo, ceteris nobilibus virtute dignitatis, et officii merito praeferantur; nihilominus tamen hi omnes et ratione nobilitatis, et bonorum temporalium, vna eademque libertatis et immunitatis praerogatiua gaudent, nec habet Dominorum aliquis plus nec nobilis quisquam minus de libertate." Verbőtz. Trip. P. I. tit. 2. Hi absque vlla exemtione ad militandum obstricti: „Principes, Barones, Comites, Nobiles, sunt regni propugnatores, defensores imbecilium expugnatores aduersariorum, et augmentatores monarchiarum. Illi tibi, fili mi! sint patres et fratres, ex his neminem in seruitutem redigas, vel seruum nomines. Illi tibi militent, non seruiant." Proto rex Dec. I. Cap. IV. [1]).

---

1) Fuit haec militaris institutio Monarchiae a Proto rege fundatae admodum propitia: Nobiles suamet indole Monarchiae fauent, Democratiae vero sunt osores: „Nobilitas nempe sub ius alienum posita, longe inclinatior est ad Regium, quam ad populi imperium; quando quidem

Secundi ordinis milites fuerant libertate, ac terris haereditariis, non etiam nobilitate donati: orti hi sunt e captiuis armatis, quorum alios ad se pertinentes, Protorex Stephanus, suique successores, e peculio suo regali, alios vero aere suo redemtos, e possessionibus ad Castra regia pertinentibus terris, ac libertate condonarunt: „Quia Hungari noui Christiani graue habebant onus fidei eo, quod desuescere de spoliis ipsos oportebat, graues labores et onera suis captiuis imponebant, quod displicens Praelatis Apostolico super hoc locuti sunt; audiens vero Apostolicus clamorem praelatorum, dixit: Captiuos per regem redemtos eidem tantummodo possidere committo. Propter quod Protorex omnes redemit, quos potuit, ab Hungaris inuenire, praeter illos, quos regni Nobiles Ecclesiis dimiserant possidere. Ex quibus quidem ordinauit seruire suis castris obsequio leuiori." Simon de Keza l. c. p. 90—91. Taliter enati sunt 1). milites liberi, vulgo Jobbagiones Sancti regis, reginae, ac filii regis; sub vixillo regis peraeque militantes: „Villani de Sob dixerunt se Jobbagiones esse a generatione, qui scilicet liberi S. Regis dicuntur, et semper hoc asseruerant, se alias etiam iustificatos esse." Reg. Varad. §. 146. „Villani de Leginer similiter dixerunt, se esse filios Jobbagionum S. regis, et hoc et Prestaldus eorum perhibuit." Ibid. §. 360. „Cum Woiuoda, Comes de Doboka, peruideret exercitum suum, quidam ex Johbagionibus eiusdem castri nomine Hereust, stetit in or-

dignitate Domini minus turpis esse videatur seruitus;" ait L. Tubero comment. lib. IX.

dine iobbagionum naturalium qui scilicet iobbagiones S. Regis nuncupari solent; tunc accesserunt quidam de Jobbagionibus Sancti Regis, videlicet Vanoy et Bocsay, et eiecerunt ipsum de ordine suo dicentes: quod ipse non esset de ordine et gradu Jobbagionum S. Regis; et hoc idem dixerunt Keverug Hodnogio et Keren Jobbagiones." Ibid. §. 304. Hi constituerant propriam regum turmam, vulgo Banderium regium [1]). 2). Jobbagiones castrenses: „Petrus, iobbagio Castri Borsod impetiit castrenses eiusdem castri, scilicet de villa Belela — dicens: quod officium eorum esset carceres custodire; illi autem e contrario dixerunt: quod milites quidem essent ad belligerandum, non ad carceres custodiendum." Ibid. §. 10. „Anno Dominicae incarnationis MCCXIX. Jobbagiones castri Karaznay (de Krasso) scilicet Ruben, maior exercitus, Echilleus Varnog, Euzud et Pinna centuriones traxerunt in causam etc. §§. 110. 111. Ibid. „Anno 1241. Bela Rex fecit per totam Hungariam proclamari, vt tam Nobiles, qui seruientes regis dicuntur, quam Castrenses, et pertinentes ad castra, se ad exercitum praepararent, vt essent, quando rex mitteret

1) Jobbagiones hi naturales videntur constituisse turmam S. Regis Stephani, cuius principem fuisse Petrum, Giselae sororis suae filium, nouimus. Illa sub regibus subsequis e patria iuuentute vniuersa fuit collecta, in artis militaris tyrocinium. Ab hac norma desciuit, malo suo, Sigismundus: „Quia Bohemos sui corporis custodes constituerat, displicentes Hungaris; hinc in generali dieta (?) ipsum in deditionem susceperunt, et tradunt filiis Gara," inquit Thom. Ebendorffius de Haselbach Chron. Austr. anno 1401. Apud Petz Tomo III. p. 682.

praeparati." Roger. l. c. Cap. XIV. — In his militibus castrensibus, sub vexillo comitatuum suorum militantibus, vicesque militiae statiuae obeuntibus, constitit robur exercitus Hungarici: „Est enim non incognitum, quod septuaginta duos habet Hungaria Comitatus, — ex his habebant reges — potentiam, altitudinem, et munimen." Idem Roger. l. c. Cap. X. [1]) Militum castrensium plurimi sunt veris nobilibus aggregati; vt alias docuimus. 3) Jobbagiones praediales Praelatorum Ecclesiae: hi ad ecclesiarum, e quarum praediis viuebant, praerogatiuis pene nobilitaribus potiti, defensionem speciatim, et signa dominorum suorum belli sequenda fuerant obstricti: „Dotauimus, inquit Protorex, monasterium ad radicem montis ferrei, liberis ducentis militibus, quos sub talem redegimus militiam, vt si forte in regione suboriatur seditio, ad monasterii armata manu concurrant custodiam." Cod. Dipl. tom. I. p. 297. Praedialistae Strigonienses diplomate Belae IV. anno 1256. dato vocantur

---

1) Humani quid passus est Ill. Vir Palma, dum a primordio Castrenses ordinarios, seruientes vero regis, vulgo Nobiles, extraordinarios facit regni milites; vtut nouerit, Regnum ab ingenuis Hungaris conquisitum, castrenses autem Protoregis Stephani, ac Colomanni prouidentia subortos, atque primitus ad defendenda castra deputatos fuisse. Ignorat, hos cum Vduornicis a Ludouico M. in Nobilium coetum cooptatos: „Huius etiam tempore multi Vduornicorum et alii conditionariorum Curiae, ad diuersas seruitutes adstricti, sunt exempti, et in coetum regni Nobilium aggregati." Chron. Thur. Par. III. Cap. LI. — Si hoc, vbi ordinarij milites praeterquam Nobiles?

nobiles exercituantes. V. Codicem. Cum horum agminibus aduersus Tataros depugnasse cernuntur Archiepiscopi Strigoniensis et Colocensis, Episcopi Chanadiensis, Quinqueecclesiensis, Jaurinensis, Vltrasyluanus, Nitriensis; Nicolaus Scibiniensis Praepositus, Strigoniensis, Bachiensis Archi-Diaconi etc. Sedium eorumdem nomina hodiedum supersunt. 4). Liberi milites Baronum, Comitum, castra propria habentium: hi beneficiariorum suorum, a quibus terras ac libertatem obtinuerant, signum, vulgo banderium, sunt secuti: „Oloptulma, filius Retel, iuxta Danubium, vbi fluuius Wag descendit, castrum construxit, quod Comarum nuncupauit, ad seruitium cuius castri tam de populo secum ducto, quam etiam a Duce aquisito, duas partes condonauit.“ Belae R. Notar. cap. XV. „Comites, si proprios in villis suis liberos habuerint, de quibus equos accipere, et centum pensas colligere possint; loricatum vnum Regi, de sumtu illo procurent. Si vero 40. pensas, militem absque lorica educant; at si minus, suis hoc propriis vsibus reseruent.“ Col. Dec. I. cap. 40. „Comes Ladislaus ad regem — cum sua militia superuenit.“ Roger. l. c. cap. XXIX. Vestigia eorum villae Szabad Battyán, Szabadi, Lovas Patona, Lovas Berény etc. conseruant. 5). Milites stipendiarii: hi prioribus sensim deficientibus, quum colonos a rure colendo adstrahere necdum licuit, in ditionibus exteris, praecipue in vicina Germania, Bohemia, Polonia, oblato aere, ad bellum conficiendum sunt conducti non solum a regibus, sed a regni etiam Baronibus: „Habebat rex (Stephanus II.) secum septingentos Francos, cum quibus Bulgariam deuastabat, et per eorum ingenia muros castrorum Graeciae destruebat.“ Chr. Thur.

P. II. cap. LXIII. „Bela IV. Rex monens et hortans Archiepiscopos, episcopos, et alios regni maiores saepius, quod quilibet suos stipendiarios milites haberet praeparatos.“ Roger. l. c. cap. XV. „Ludouicus castro Barii munitissmo et fortissimo sibi restituto, stipendium soldatis Theutonicis, numero quatuor millibus barbutorum, quorum Capitaneus erat Conradus de Wolfard, copiose et largigiter diuisit.“ Ibid. P. III. cap. XVIII. Cf. etiam cap. XXVII. „Sigismundus enormis casus reginarum fama nondum audita, cum Bohemorum armata manu plurima — intardus Budam descendit.“ Ibid. P. IV. cap. II. 6). Milites e colonis congregati: Sanxerat Sigismundus ad vires exercitus regni augendas, aerariumque subleuandum, Decreti V. art. 1. 2. sqq. vt singuli Barones, Proceres, Nobiles regni non solum viritim arma caperent, verum insuper a singulis 33. portis aut sessionibus equitem vnum bene instructum, secum adducerent, qui milites e colonis congregati gentes appellati. Numerus horum, pro temporum rerumque adiunctis, ac regum arbitrio non vna vice variatus fuit: Ladisl. Posth. decreto II. anni 1454. art. 3. et sq. Wladislai II. decr. III. art. 15—23. Ludouici II. decreto V. Buden. A. 1523. art. 19. 42. Decr. VII. art. X. XI. Ferdinandi I. decret. VIII. etc.

Tertii Ordinis fuerant milites gentium exterarum hospitio ac descensibus donatarum: hi primitus per agmina, mox certo numero militabant, aut ad confinia regni tutanda destinati: 1). Regnicolares: a). Bessi, seu Bysseni: sub Rege Salomone, Belgrado expugnato, in captiuitatem abducti, atque in partibus Comitatus Sopron descendere iussi: „Bysseni vnamiter rogauerunt Regem Geysam, vt si eos li-

bertate donaret, ipsi insultus regis Salamonis omnino coërcerent, ita quod nec auderet exire de Moson et Poson ad tentandam Hungariam. Cum Principe itaque eorum, Zolta nomine, equitarunt super regem Salamonem.“ Chron. Thur. P. II. cap. L. et LII. Mox alii ad confinia regni versus Styriam tuenda commigrarunt, excubitores ideo compellati, vulgo Őr, alii sagittario munere seruierant, vulgo Lövő, Schützen dicti. b). Flandro Saxones a Geysa II. anno 1141—3. exciti atque partes vltra syluanas ad orientem insidentes: Andream RR. Hungariae in Palaestinam comitati: „Praecessit regem et Vngaros ingens Saxonum multitudo; omnes pacifici.“ Archi-Diac. Spalat. de Passag. Andreae R. H. cap. 26. Ab eodem caetera inter hoc priuilegio anno 1224 donati: „50. duntaxat intra regnum, et regni expeditionem deputarent, extra vero regnum 100. si Rex in propria persona iuerit; si vero ex regni Jobbagionibus aliquem mitteret, 50 duntaxat milites mitterent.“ Saxones eodem fere tempore in Scepusio considentes, sub Bela IV. ingenti multitudine suorum ac Latinorum aucti; in expeditionem sub vexillo regio, quatuor, qui habebant terram octo aratrorum sufficientem, vnum miserant decenter armatum (A. 1243.) „crebrius in conflictibus nostris sanquinem suum vberius effuderent“ inquit Stephanus V. R. H. insignibus praerogatiuis ab eodem condonati Anno 1271. „Carolus Matthaei de Trinchinio mille et septingentos milites lanceatos conductitios, et omne ipsius posse, venturum audiens, putauit se non posse resistere, in Scepus se recepit. Cui Scepusienses equites pariter et pedites feliciter concesserunt: cum quibus Rex hostes suos audacius est aggressus.“ Priuilegio eiusdem ad

L a n c e a t o s subministrandos obligati, et excubitores in confiniis versus Poloniam constituti: V. Codicem. Cf. „C h u n i Patzinacitis permixti a S. Ladislao victi, atque in captiuitatem ducti, in Comitatu Poson. descensus nacti ad confinia regni versus Morauiam et Silesiam excubare iussi sunt, vnde aeque Székelyii cognominati.“ Vide Codicem Dipl. Tomo III. Vol. I. etc. Qui sub Stephano II. circa annum 1124. maiori numero cum vxoribus ac liberis, et vniuersis facultatibus suis sunt appulsi, fertilissimos vltra Tibiscum campos, vbi Cumania maior, insedere. Denique sub Bela IV. anno 1239. ductore eorumdem Kutheno rege, e Moldauia, Valachia et Bessarabia in Hungariam recepti, per ampla infra Pestinum cis et trans Danubium ditione, quae Cumania minor dicitur, suos nacti sunt descensus. Hi quoque primitus viritim militabant: „Falsum, quod Rex Bela introduxisset Comanos ad depressionem et odium Hungarorum: sed solum propter hoc, vt — sic quando ipsum aduersus inimicos coronae guerram habere contigerit, contra eos cum eis fortius et durius dimicaret“ ait Roger. l. c. cap. XII. Eorum opera Stephanus V. et Ladislaus III. insignes de hostibus retulerant victorias: „Stephanus Rex Vngariae, missis in Morauiam et in Austriam Vngaris et C o m a n i s, per incendia et rapinas et multas strages hominum plurima mala gessit.“ Annal. Altahaen. ad an. 1281. — „Rudolphus Rex Romanorum, auxilio regis Vngariae, et Cumanorum, cum rege Bohemorum campestre bellum circa Stiborit iniit, et nescio, quo casu, Rex Bohemorum victus est et occisus.“ Chronista Mellicen. ad an. 1278. Postquam Cumani tumultibus agitatis rempublicam turbarant, placuit Carolo Roberto, R. H. aliquam partem Cu-

manorum, qui speciatim arcubus et pharetris rem bello agerent, deligere: hi lingua Hungarica Jász, quod pharetrarium significat, dicti sunt, vnde etiam eis Jazonum, Jazigum, ac Philisteorum nomen adhaesit. V. Codicem Dipl. et De auitis Magyar. et Chunorum sedibus. d). Tatari, Saraceni, Neugari, aliique pagani, a profugis Cumanis sunt in Hungariam 1285. introducti numero maximo; sed plurimi necati partim aëris inclementia partim a sacra Cruciatorum militia: „Tartari in tanta multitudine intrauerunt Hungariam, quod dicebant vna cum exercitu suo XII. milliaria occupare; qui tandem non humano, sed diuino iudicio perierunt." Annal. Altahen. Jussu pontificio Lodomerius A. Episcopus Strigonien. indixit contra ipsos expeditionem cruciatam. A. 1288. Apud Rainal. Residui per oras regni sunt dispersi: ad fidemque Christianam conuersi, seruitii bellici merito, plures nobilitate regni condonati.

Quarti Ordinis fuerant milites prouinciales, fiduciario munere ad arma gerenda obligati: tales fuerant a principio nobiles Croatae: Regis Colomanni concessione, non teneantur Maiestati regiae soluere censum, nisi tantum censeantur, quando aliqui inuaderent confinia regalia; tunc si Dominus Rex mittat pro ipsis, tunc ire debeant, ad minus quaeuis generatio cum decem armigeris equitum suis sumtibus, et expensis vsque flumen Drauae; inde versus Vngariam ad expensas Domini regis vsque quo exercitus durauerit, debeant permanere. Anno 1102. V. Codicem. Non parui census fuerant etiam copiae, quas alii sacrae Coronae Hungaricae clientelares, Ramae, Seruiae, Bosniae, Galliciae, Lodomeriae, Cumaniae ac Bulgariae Bani suppeditarunt.

Quae temporum aduersitate in militias confiniarias abierant, suis Banis concreditae: Tales fuerant: Dalmatiae, Croatiae, ac Slauoniae; Gemini Bosniae: alter Vzore, et Salae, de Bronch et de Kutschow alter, tum Machouiensis, cui Belgradum cum comitatibus limitaneis Seruiae parebat; Seuerinensis cum castro cognomine in Valachia, Russiae item Rubrae etc. De quibus in prouinciarum harum cum regno Hungariae nexibus egimus [1]).

Militum, quorum ordines lustrauimus, numerus securitatis tam internae quam externae obtinendae principio par fuit omnino: 1). Milites, seu Nobiles naturales liceat aestimare testimonio Chronici Thurocziensi: „Cumque terra in eadem descendissent, irruptionem circum adiacentium genti-

1) Praeter has, quas signauimus, militum classes inualuerant etiam domi nostrae milites cruce signati: ad paganos impugnandos, expugnandosue destinati: horum primitus vsum factum fuisse comperimus sub Bela IV. contra Tartaros iteratam in Hungariam irruptionem minitantes: V. Cod. Dipl. Tom. IV. Vol. I. p. 217—8. 299—301. et Vol. III. p. 299. Sub Ladislao Cumano: aduersus Chunos, Tartaros ac Neugaros: Tomo V. Vol. III. p. 281. Sub Carolo Roberto itidem contra Tartaros ibid. Tom. VIII. Vol. III. p. 740. ac Vol. IV. p. 90. Sub Ludouico I. Anno 1345. contra Turcas inualescentes: Ibid. Tomo IX. Vol. I. p. 297—301. Sub Alberto A. 1439. Sub Wladislao I. itidem aduersus Turcas Anno 1444. Sub Joanne de Hunyad Gubernatore indentidem; maxima cum victoria A. 1456. Chron. Thuroczii P. IV. cap. LV. etc. Vanus omnino proin sit, et ad meridianam coecutiat veritatem, qui Hungariae regnum solo militum nobilitarium sanguine conquisitum, defensatumque sibi blandiatur.

um formidantes, vniuersum coetum armorum, quem ducebant, in septem exercitus diuiserunt, vnicuique Capitaneum specialem praeficientes, centurionesque ac decanos more solito constituerunt; et vnus quisque exercitus triginta millia virorum armatorum nec non octingentos quinquaginta septem continebat." P. II. cap. II. 2). Milites seu Nobiles regni magna pariter multitudine censebantur: „Erant genere nobilissimi, sicut et alii, qui de terra Scythica egressi, qui post Ducem venerunt, cum magna multitudine populorum" Belae R. Not. l. c. cap. XIX. 3). Milites banderiales regii, Principum, Praelatorum, Baronumque regni: „Tunc Bela Rex congregari fecit omnes Principes, cunctos Barones, et Proceres regni sui, cunctumque robur Vngarici exercitus contraxit in vnum. Venit Colomanus Rex frater eius, cum omni potentatu suo, venerunt et Praesules Vngariae, qui magnas militum acies ductabant. Adfuit Mathias Strigonien. accessit Hugrinus Colocen. Archiepiscopi, vnaque cum suffraganeis suis, quos sequuta est magna multitudo Praelatorum, et religiosorum, quasi oues ad victimam.— Magister vero Templarius cum tota acie Latinorum occubuit." Thom. A. Diaconus Hist. Salonit. Cap. XXXVII. 4). Milites castrenses a numero comitatuum duorum super septuaginta aestimandi; de his perhibet Rogerius: „Ex his comitatibus habebat rex potentiam, altitudinem, et munimen." Cap. X. 5). Milites liberi: Bissenorum, Saxonum, Cumanorum, ac Siculorum copias supra iam docuimus: „Tum etiam quia de copiosa sui regni militia confidebant." Thom. A. Diacon. cap. XXXVII. 6). Decrementum sarserant iugiter milites hospites, ac conductitii: sub Petro, Stephano II. Geysa II.

Bela III. et conductitii sub Andrea I. Stephano II. Ch. Th. cap. XIV—XXI. XLIV. LXIII. item Cruce signati.

Arma militum fuerant temporum vsui attemperata gentilia, aut per aduenas milites inter Hungaros adaucta; primi generis fuerant vexilla, tubae, arcus et sagittae, atque gladii: „Lelu, filius Tosu, tuba cecinit, et Bulsuu, filius Bugat, eleuato vexillo, contra Graecos pugnaturi venerant." Belae R. Notar. Cap. XXXIX. „Ladislaus S. primus vexillo rubeo impetum fecerat in Castra Chunorum." Chron. Thur. cap. LVII. „Hungari, appropinguantes ad praelium, intonuerunt buccinis, et clanxerunt classicis, et clamauerunt ad Deum." Ibid. cap. LXVI. „Milites regis Salomonis omnes pariter gestabant vexilla sua facta de Syndone." Ibid. cap. XLIX. „Rex (Bela) suos interim milites hortabatur, vt ad pugnam viriliter se haberent; vexilla non pauca manu propria, Maioribus assignando." Roger. cap. XXVIII. „Gurke sub vexillo regis, vexillarius existens, occisus est; quo vexillo cadente, Rex sub vexillo cruciferorum pugnauit." Chron. Th. cap. XC. — „Multitudo Lombardorum per Hungaros ictibus sagittarum periit." Belae R. Not. cap. LIII. „Bauariam, Alemanniam, Saxoniam, atque Thuringiam in gladio percusserunt." „Regnum Lothariense in arcu et sagittis exterminauerunt." Ibid. cap. LVI. „Hungari et Bisseni singulis noctibus acriter infestabant Theotonicos, toxicatis sagittis interficiendo." Chron. Thur. P. II. cap. XLIII. „Hungari acutissimos gladios suos sitibundos, in sanguinibus Chunorum inebriarunt." Idem Cap. XLIX. Alterius generis fuerant Lanceae, scuta, loricae, panceria, galeae, balistae, tormenta ingenii,

vmbones, plutei, turres ligneae, ac naues bellicae: „In hospitibus et aduentitiis viris magna inest vtilitas: — Sicut enim ex diuersis partibus prouinciarum veniunt; ita diuersa documenta et arma secum ducunt, quae omnia regiam ornant et magnificant aulam, et perterritant exterorum arrogantiam.“ S. Steph. Decr. I. cap. VI. „S. Ladislaus vnum paganum lanceauit.“ Chron. Thur. cap. XLIX. Salomon Rex deposuit scutum. Ibid. cap. LVI. „Rex autem et Dux (Salomon et Geysa) ordinauerunt acies suas et plenis manipulis suis, vniuersaliter per turmas suas, insertis umbonibus obsederunt ciuitatem.“ Ibid. cap. L. „Salomon autem balistarius regis, vnum (de Saracenis) ictu balistae fulminauit.“ Ibid. „Miles Ducis, nomine Petrus, audacissimus, super equum submyrleum, caeterosque praecedens, radiante Lorica et deaurata galea, percusserunt.“ Ibid. cap. LII. „Habebat Samson sub tunica panceriam et prae grauitate loricae non poterat natare. Ibid. cap. LXIV. „Praeceperunt carpentariis, vt turres ligneas, octo, altitudinem murorum dupplo superantes fabricarent; vnde milites in medium ciuitatis, lapides et sagittas, super homines iacularentur. Inter turres vero totidem tormenta ad destruendos muros erexerunt, longos etiam pluteos ad defendendos introitus turrium, caeteraque instrumenta composuerunt.“ Ibid. cap. L. „Habebatque rex Stephanus II. secum 700. milites Francos, — et per eorum ingenia multa castrorum Graeciae destruebat.“ Ibid. cap. LXIII. „Victi autem sunt igniuomi Graeci ab Hungaris prae multitudine nauium, quibus flumen operuerunt. Ibid. cap. L. [1]).

1) Sicut omnes equites, non tamen hastis, sed gladio dun-

Militum nostratium stipendia: 1). Milites tam nobilitares quam liberi terris sufficientibus collatis fuerant stipendiati ad seruiendum sub vexillo regali: „Dux Arpad, per gratiam suam, totam terram cum habitatoribus suis a Satourhalmu vsque fluuium Talsu, et non tantum haec, sed etiam maiora his condonauit eidem Retel pro fidelissimo seruitio." vt supra. Colom. Dec. I. cap. 40: „Si in villis suis 100 pensas colligere possint, vnum loricatum Regi sumptu villae procurator." Belae R. Not. cap. XV. „Omnes nobiles suos obsides dederant, quibus Arpad accepto ipsorum iuramento, terras diuersis in locis donauit, ne aliquando infideliores facti repatriando nocerent fidelibus, in confinio Nitriae habitantibus." Idem cap. XXXVI. „Stephanus — nos recensentes meritoria obsequia, et obsequiosa merita fidelis, dilecti nostri Korus, filii Bod Comitis Parochialis Zaladiensis, et centurionis Nitri-

---

taxat, et arcu in expeditionibus vtuntur. — Aduersos concitant equos; cuspidis ictum artifici corporis declinatione, patriaque disciplina euitant. — Quoniam corpora munimento ferreo tegere non solent, pauci admodum loricis ex annulis vtuntur, magis agilitate, quam vi aperta pugnant in equis; nec corpore erecto, vti cataphractis mos est equitibus, aduersam cuspidem excipiunt, verum subducunt se se occurrenti, spiculo aut vmbone equestris scuti illud repellunt, nec sinunt in scutum, quod per se operis leuitate ac duritia ictum vix recipit, ferrum adigi. Quippe clypeos, neruis decussatim conscissis, atque in fila redactis, addito vitro contuso, ac glutine, corio insuper iniecto, ita muniunt, vt fere imperitrabiles reddant." Lud. Tuberónis Comment. L. IV. §. II.

ensis, quae nobis pro diuersis nostris ac regni negotiis fideliter et laudabiliter in omnibus studuit exhibere, — — volentes eidem occurrere regia cum liberalitate, quamdam terram Illuos (al. Illus) vocatam, in Comitatu Nitriensi, cum omnibus decimis et vtilitatibus iuris nostri regii, dedimus, donauimus contulimus ipsi, et filiis ipsius Bethlem et Echa vocatis perpetuae donationis titulo possidendam." Vide in Codice ad annum 1130. Id propter milites nobilitares, quemadmodum Castrenses ac stipendiarii fuerant suismet sumtibus ad militandum tam in regno, quam extra regnum, obligati: cf. Decr. Andreae anni 1222. art. 7. Anni 1231. art. XV. Possessiones impetrantibus iniunctum fuit vexillum regis sequendi officium: „Ladislaus A. 1278. Petrum, filium Beten, e numero Comitum Vduornicorum in coetum et consortium regni nobilium sub Vexillo suo famulantium agregauit. A. 1278. Ludouicus M. Mathiam litteratum, et Nicolaum pugilem, filios Vermes e numero Comitum Vduornicorum Comitatus Poson. exemptos, in coetum verorum seruientium, et nobilium regni purorum, et naturalium transtulit." A. 1356. etc. V. Codicem Tomo IX. Vol. I. 2). Comites in stipendium obtinuerant tertiam partem prou[illegible]ntuum Castrorum regiorum suae prouinciae: „Quisque Comitum, in Comitatu suo tertiam partem habeat de tributo." Col. Decr. I. cap. 70. „Comites iure comitatus sui tantum fruantur; duas partes castrorum Rex obtineat." And. A. 1222. art. XXIX. „Comites iure sui Comitatus sint contenti; caetera ad regem pertinentia, scilicet Cibriones, tributa, boues, et duae partes castrorum, ad regis voluntatem, cui vult, distribuantur." A. 1231. art. XXXIV.

3). Barones regni banderiati peraeque possessiones, suis muneribus inhaerentes, in stipendium tenuerant praeter tertiam partem reddituum Castrensium, quam munere Comitum nacti sunt: de Palatinis sane nouimus: „Rex Colomanus, filius Geysae, Palatino regni sui qui pro vtilitate Nobilium praeficitur, suos Vduarnicos vti dedit.“ Simon de Keza l. c. p. 90. Idem censendum de Banis, ac Vaiuoda Transiluaniae pro paritate officii; de Magistro autem Tauernicorum et aliis, confer testimonium Rogerii saepe laudatum Cap. X. Wladislaus R. H. possessiones Solymos Beregzow, Nyavalás et Buryan, in Comitatu Hunyad, quae alias ad officium Vaiuodatus Transiluaniae spectabant, pro vtroque Joanne, filiis Voyk de Hunyad, Banis Zewriensibus donauit. A. MCCC. XL. V. Cod.

4). Dynastae, amplas nacti possessiones: in stipendium obtinuerant quartam partem marturinarum: „Pro singulis Marturinis quatuor pondera soluantur; quantumcunque in ea prouenerit, tertia pars domino fundi persoluatur.“ Andreas A. 1231. art. 33. Accesserunt subin etiam collectae a populis suis: Decr. I. Col. cap. 70.

5). Praelati banderiati, hi non absimiliter in stipendium populos impetrarunt praedialistas cognominatos: „Praelati, quibus Rex Colomanus largitus erat de captiuis suis“ Simon de Keza. Hac donatione fundatur primaeua Praelatorum banderia statuendi obligatio, non in decimis; quae ecclesiis fuerant attributae: V. Decr. Colom. I. cap. 25. [1]).

---

1) Censent Nobiles nostrates, Maiores suos terras non in militiae stipendium, sed dono absolute, obti-

Eapropter Comites, Barones, Dynastae, Praelati etiam extra regnum suismet expensis militare obligati, et ab anno 1222. primum immunes: „Si Rex extra regnum exercitum ducere voluerit, seruientes cum ipso ire non teneantur, nisi pro pecunia ipsius. Si vero ex aduersa parte exercitus venerit super regnum, omnes vniuersaliter (pro sua pe-

---

nuisse; Nobilitatemque immunitate a conferendis in rempublicam subsidiis constitutam: cum tamen ea sequentibus pactis cardinalibus sit innixa: Vt, quidquid boni per labores suos aquirere possent, nemo eorum expers esset. — Quod ipsi et filii eorum nunquam a consilio Ducis, et honore regni omnino priuarentur.“ Belae R. Not. cap. VI. Ex ipsis nemo in seruitutem redigatur. Illi militent non seruiant. Decr. S. Steph. I. Cap. 4. — „Volumus etiam, quod nec Nos, nec posteri nostri, aliquo tempore Seruientes capiant vel destruant: Nisi primo citati fuerint ordine iudiciario conuicti.“ And. Decr. An. 1222. art. 2. Conf. Verböcz. I. tit. 9. Praerogatiuae hae subsidia in necessitates reipublicae conferenda neutiquam excludunt, sed nec collata exinaniunt nobilitatem; vti videre est in regnis cultis ac florentibus Europae. Postquam seruitii sui primegenii parte maxima in subditos suos deualuata (Anno 1723.) his fundos suos iure vsufructuario cesserant, reipsa stipendii duntaxat sui militaris partem, quod de iustitia fuerat, transignarunt; proprietatis beneficia, in censibus vulgo fumariis, laboribus manualibus, vt dicunt robottis, ac nonis productorum partibus potiti, quod iuste querantur, non habent. Antea Nobiles suis, quas adduxerant in bellum gentibus, non libertates solum, sed et immunitates, ac stipendia, salutis publicae causa, stipulari haud grauabuntur. Aequitas est omnis societatis fundamentum.

cunia) ire teneantur." And. an. 1222. art. VII. „Nobis facientibus exercitum extra regnum Nobiles nobiscum ire non teneantur (propria pecunia); nisi Comites, stipendiarii, et Jobbagiones castri, et qui ex officio debito tenentur, et quibus amplas concessimus possessiones." And. A. 1231. art. 15.

Per illos, qui ex officio debito tenentur, intelligendi sunt, qui obtentis terris certo numero milites se daturos obligarant: tales fuerant Ciuici, Saxones, Philistaei Cumanorum, Croatae etc. „Hospitibus nostris Theotonicis de Zathmár Némethy, iuxta fluuium Zamos residentibus, talem dedimus et donauimus libertatem, quod more Saxonum villicus ipsorum armatus cum quatuor personis sagittariis nobiscum exercituare teneantur." Andreas Anno 1230. V. Codicem. Saxones Transiluaniae, Croatas, ac Jazyges supra iam laudauimus. Hos aeque suismet sumtibus militasse, ambigendum non est.

Militum stipendiariorum census aequa conuentione, ad tempus belli, fuerat praefixus: Sigismundus R. H. Petro Forgách de Ghymes, ad castrum Strigoniense expugnandum, in stipendium menstruum decem florenos auri obligauit." V. Diploma anni 1043. Varietatem vide in Corpore Juris patrii.

C o n s t i t u t i o auita, et disciplina militaris: 1) Fuerat iuuentus Nobilitaris armis gerendis, ac fatigiis innutrita ac roborata: „Juuenes eorum fere quotidie erant in venatione; vnde a die illa vsque ad praesens Hungari sunt prae caeteris gentibus meliores in venatu." Belae R. Not. cap. VII. „Omnes milites Hungariae ante praesentiam Ducis, fere quotidie super dextrarios suos sedentes, cum clypeis et lanceis maximum torneamentam faciebant. Et alii iu-

uenes more paganismo, cum arcubus et sagittis ludebant: vnde Arpad valde laetus factus est.“ Idem cap. XLVI. 2). Adultis gladio incingi gloriae maximae fuit: „Hunt et Paznan, qui sanctum Stephanum regem, in flumine Garam gladio, theotonico more, accixerunt.“ Chron. Thurotzii cap. XIII. „Rex autem Geysa II. accinctus est gladio, et gloria Domini apparuit super eum; confortatumque est illico cor eius et ipse robustior factus, quam prius, exhilarata est facies eius, et totus alacer iuit ad praelium.“ Idem cap. LXV. 3) Pacis tempore identidem lustrati per Duces belli: „Cum Woiuoda, Comes de Doboka peruideret exercitum suum etc. Regist. Varad. §. 304. 4). Per Praecones interdum gladio etiam cruento exciti; qui non comparuerant, capitis, ac bonorum iactura mulctati: „Antequam baptizati fuissent Hungari et effecti Christiani, sub tali voce praecones in castris ad exercitum Hungaros adunabant: Vox Dei et populi Hungarici, quod die tali vnus quisque armatus in tali loco praecise debeat comparere, communitatis consilium, praeceptumque auditurus. Quicunque ergo edictum contempsisset, praetendere non valens rationem, lex Scÿthica per medium cultro huiusmodi detruncabat, vel exponi in causas desparatas, aut detrudi in communem seruitutem.“ Simon de Keza l. c. p. 17. „Mox dupplicatis viribus coacti alia sub expeditione comparere.“ vide Diplomata Croatis ac Slauoniis data. Vrgente necessitate concurrere detrectans possessiones haereditarias amisit: cf. Codicem. 5). Agminibus dispositis, Numine diuino inuocato, adhortatione praemissa, atrio belli in solum hosticum transposito, praelium apertum: „Cumque Ladislaus se armaret, in terram se prostrauit, et omnipoten-

tis Dei clementiam postulauit. — „Dux autem Ladislaus ante exercitum, super arduum equum residens, gratia exhortandi suos, et animandi, in gyrum flexit habenas.“ — „In medio Bihariensi agmine Ladislaum ex sinistra parte, Ottonem ex dextera constituerunt, Geysam vero in Nitriensi agmine in medio collocauerunt; praeterea et ter tria agmina quaternatim connectendo conseruarunt.“ Chron. Thur. cap. LII. „Rex autem Geysa cum vniuerso exercitu suo, posuit spem in Deo, et ordinatis agminibus implorauit auxilium Domini Jesu Christi, maxime inuocabant clementiam Dei Genitricis, Virginis Mariae, cuius patrocinio beatus Rex Stephanus Hungariam specialiter commendauit. — Tunc Rex cum omni exercitu suo accelerauit super eos trans metas Hungariae. — Hungari appropinguantes ad praelium, intonuerunt buccinis et clanxerunt classicis et clamauerunt ad Deum, et clamor vociferantium ascendit ad coelum, et commissum est praelium. Bysseni et Siculi — more solito praeibant agmina Hungarorum.“ Ibid. cap. LXV. 6). Pugnatum fuerat ad victoriam aut mortem vigilanter, et caute: „Lucescente quinta feria volebant praeliari; sed densissima obscuritas superuenientis nebulae impediuit. Nocte vero insequenti dextrarios suos, per habenas in manibus tenentes, ortum solis praestolabantur. In diluculo autem sextae feriae rex — equitauit trans verticem montis Monyorod, et praecepit salinariis, vt in latere montis remanerent. Vid autem dicebat, statim vt exercitum nostrum viderint, fugient. Dixit autem Erney ad Comitem Vid: mirum est, si agmina ista fugiant a facie nostra, quia Danubium post dorsum suum non dimisisent; sed puto, quod ipsi proposuerunt

vincere siue mori." Ibid. 7). Victoria reportata Deo gratiae actae, strenuis militibus praemia distributa, fugitiui ludibrio habiti: „Saluauit Deus Hungaros in illa die de faucibus draconum crudeliter saeuientium. — Rex autem, diuina gratia felici potitus victoria, simul cum vniuersa gente sua benedixit et glorificauit Deum." Ibid. cap. LXV. „Rex autem diuino fretus auxilio, continuit omne robur Borichii in praelio, et fugauit illum in gladio, conclusitque exercitum Polonorum in morte. — In ipso autem praelio acriter ac praeceteris pugnauere Myksu, Gaab, et Bathur et multos ex illis ceperunt et interfecerunt, erantque eorum loricae sanguine humano confectae. In hoc praelio Miksa cepit Tyodorum, incentorem malorum; Vosos cepit Vitalem, Gaab vero fratrem Comitis de Cracouia, Polonum. Batur cepit Endre. Quos cum ad regem duxissent. grates multas eis egit, et elegantissime remunerauit eos." Ibid. cap. LXIV. 8). Iis, qui fortiter pro salute patriae pugnando sunt defuncti grates etiam post obitum redditae: „Siquis Jobbagio habens honorem in exercitu fuerit mortuus, eius filius vel frater congruo honore sit donandus. Et si seruiens eodem modo fuerit mortuus, eius filius, sicut regi videbitur, donetur." And. Anno 1222. art. 10. Segreges vero ac fugitiui opprobrio atque ignominia mulctati: „Quia septem Hungari se occidi (A. Ch. 955.) cum sociis aliis non elegerunt, communitas talem sententiam dedisse perhibetur: vt omnia, quae habebant amiserunt, tam in re stabili, quam mobili; ab vxoribus et pueris ipsos separantes: pedites sine calceis, proprium nihil habere permisit; denique etiam insimul de tabernaculo ad tabernaculum mendicando, vsque dum viuerent, ire compulerunt. Qui

quidem septem, ob offensam huiusmodi Magyarkák sunt vocati." Codex MS. Poson. „Byseni atque Siculi vilissimi, vsque ad castrum regis, absque vulnere fugerunt. — Bisseni vero pessimi, et Siculi vilissimi, omnes pariter fugerunt sicut oues a lupis." Chr. Thur. cap. LXIII. LXV. 9). Extra etiam regnum primitus, vltra quindecim dies, militia functi sub regibus strenuis: „Rex gloriosus (S. Ladislaus) inuasit et Rusciam eo quod Chuni, per consilium eorum intrauerunt. — Deinde irruit in Poloniam. — Exinde Hungari castrum Krokow tribus mensibus obsederunt." Chr. Thur. cap. LVIII. „Rex et Dux ciuitatem (Belgradum) capere non poterant, quia eam intrinsecus fortissimi bellatores defendebant. Obsederunt itaque illam duobus mensibus. — In tertio vero mense obsidionis quaedam puella hungarica ciuitatem succendit. Exercitus itaque Hungarorum irruit in ciuitatem parte ea, qua muri eius per tormenta iam corruerunt." Ibid. cap. L. Arcium limitanearum, ac confiniorum ratio praecipue habita: Belae R. Not. cap. XVIII. XXII. LVII. etc.

Virtus Hungarorum militaris: hanc Leo Sapiens, Orientis Imperator αὐτόπτης, pluribus commendauit, quae Adam. Franc. Kollár in amoenitatum Hungariae vol. I. edisseruit: 1). e Tacticorum Cap. XIII. nro 14: „Deo victoriam dante et hostibus profligatis, abstinuerant omnino milites a cadaueribus inimicorum spoliandis: nam cadauera aut impedimenta, aut castra hostium, ante perfectum praelii exitum inuadere, valde periculosum, ac perniciosum est. 2). E capite XX: Vngaros nostros temporum oportunitatem quam diligentissime spectasse, ad idque dedisse operam, vt non tam conserta manu, copiisque, quam militari dolo,

atque inopinatis aggressionibus, ac rerum necessariarum interceptione hostium copias funderent, arces in deditionem cogerent. 3). E capite VII. Vngaros magno studio a pueris, iugique exercitatione artem ex equis sagittas emittendi condidicisse; vt eas in omnes partes equo currente, iaciant, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum in equum exilire vt sciant; vt sagittam contente iaciant ex equo currente, vnam atque iterum alteram, et intentum arcum confestim in corytum ponant, si latus satis corytus fuerit; sin minus in semi corytum, ad hoc opportune factum. 4). Ex eiusdem capite XII. nro 26. testatur, Hungaros aciem suam non Romanorum more trifariam diuisisse, sed in turmas milliarias diuisam struxisse. 5). Ibidem nro 21. ab Vngaris, cum hostes suos in munito quopiam loco obsidione premerent, facilius persuadendae deditionis gratia, leuiores ipsis primum misisse conditiones, tum autem reluctantibus grauiores imposuisse.“ Libelli de Tactica conscripti verba sonant: „Turcorum populi ad omnia sollicite attenti, nec quidquam magis, quam sua consilia in arcano habent — Temporum opportunitatem quam diligentissime obseruant, operamque dant, vt non tam conserta manu, copiisque, quam militari dolo atque inopinatis aggressionibus, et rerum necessariarum interceptione hostium copias fundant. — Excubias procul a castris alias atque alias collocant, vt non facile subitis impressionibus possint opprimi. In ipsa vero pugna aciem omnem, non vt Romani trifariam partiuntur, sed in diuersas turmas, millenarias, quarum aliae aliis turmatim connexae, adeo modicis inter se intervallis distant, vt vna continua videatur esse acies. — Turmarum millenariarum series siue ordines, indefinita profun-

ditate instruunt, quod profunditatis, quo acies sit validior, maiorem curam gerunt. Praeliis eminus commissis magis gaudent, deinde struendis insidiis et circumuentionibus, cum scilicet, protensa ala hostem circumuenire satagunt, tum simulatis recessibus ac repentinis in hostem conuersionibus, denique dispulsis agminibus. — Labores omnes et aerumnas strenue perferunt — comitatur eos animalium magna multitudo, equorum — tam escae, tam lactis potus gratia." [1]) Ad virtutem bellicam Hungaro-

1) Audiamus etiam alios: Regino Scriptor seculi X-i ait: „Gens Hungarorum anno 889. quod numero ac virtute praestarent, primo quidem Pannoniorum, Chunorum, et Auarum solitudines percurrunt, venatione ac piscatione victum quotidianum quaeritantes; deinde in Charentanorum, Marahensium, et Vulgarum (Bulgarorum) fines crebris incursionum infestationibus irrumpunt, perpaucos gladio, multa millia sagittis interimunt, quas tanta arte ex corneis arcubus dirigunt, vt earum ictus vix praecaueri possit; eo minus enim in acie praeliari, aut obsessas expugnare vrbes nesciunt. Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus; saepe etiam fugam simulant, nec pugnare diu possunt; caeterum intolerandi forent, si quantus est impetus, vis tanta et perseuerantia esset; plerumque in ipso ardore certaminis praelia deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, vt cum maxime vicisse putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Quorum pugna, quo caeteris gentibus inusitata, eo et periculosior. — Equis omni tempore vectantur, super illos ire, meditari, consistere, colloqui solent; liberos ac seruos suos equitare et sagittare docent. Ingenia ipsis tumida, seditiosa." — Otto Frisingensis: „Vagari in hoc Graecorum imitantur solertiam, quod nullam rem sine

rum illustrandam faciunt haec etiam testimonia: „Interim obsessi et obsidentes ceperunt egere: Rex (S. Ladislaus) autem et principes petierunt ab omnibus Hungaris, noctis silentio, vt portaret vnus quisque occream solam de terra plenam; quod et factum est. Fecerunt autem ante castrum montem magnum, de terra illa; quem desuper farina cooperuerunt. Videntes autem obsessi, quod obsidentes abundarent victualibus, et quod diu possent manere ante castrum, arcem cum vniuersis regi tradiderunt, et pacem ad voluntatem regis ordinauerunt.“ Chron. Thur. P. II. cap. LVIII. „Priusquam Hungari confligere coepissent, quaedam agmina Hungarorum perterrita sunt a furore Theutonicorum. Praeualuerant Theotonici Hungaris initio bellici conflictus: qui sicut haeretici, circa initium semper feruescunt, et in fine tepescunt. Tunc auunculus Domini regis Belae, Ban nominatus, gloriosus miles, ex insidiis irruens in agmina Theotonicorum, percussit eos ex aduerso grauiter et magnam stragem fecit illis.“ Ibid. cap. LXV. etc.

Fides militum Hungarorum in regem, et patriam: hanc Otto Frisingensis opere praelaudato laudi praecipuae tribuit nostratibus: „Qui vero de mi-

crebra et longa consultatione aggrediuntur. — Ad Curiam regis sui conueniunt, ac de suae reipublicae statu pertractare et discutere non negligunt. — Omnes pene tetri, in tetris armis procedunt, nisi quod iam a hostibus, quos nunc Soldarios (Soldaten) dicimus educati, vel ab iisdem etiam geniti, quamdam non innatam, sed quasi extrinsecus affixam, virtutem trahentes, Principes tantum et hospites, nostros in pugnandi peritia, armorumque splendore imitantur.“

litum ordine sunt, nulla occasione, nisi grauissima, domi manere audebant. Si quando vero exercitum ducere voluerit Rex, cuncti sine contradictione, quasi in vnum corpus adunantur.“ Chronicon item patrium: „Postquam Rutheni ac Chuni, noctu consurgentes, exercitum Colomanni dissiparunt, Nobiles autem Hungariae communierunt Regem circumquaque, fueruntque ei pro muro inexpugnabili.“ Chron. Thur. P. II. cap. LX. „Postquam Bazarad, Valachiae Waiuoda, Caroli regis exercitum reditu interclusit; rex autem mutauerat armorum insignia; quibus induerat Deseo, filium Dionysii, quem Valachi putantes regem esse, crudeliter occidunt. Rex vero ipse cum paucis, per tuitionem suorum aliquorum, euasit: stabant enim in circuitu eius quasi muri lapidei. Magister Donch, cum Ladislao filio suo et cum militibus aliis, de familia regis, et Magister Martinus, filius Berend, qui omnes ictus gladiorum ac sagittarum super se recipiebant, velut imbres pluuiarum, vt regis vita a mortis impetu seruaretur.“ Ibid P. III. cap. XCVII. etc. „Erney ob conflictum Regis ac Principum, ac regnicolarum, flebat: quem videns Salomon flere dixit: Comes Erney videris mihi Duci esse fidelis, et apud me tantum simulatus; cui Erney respondit: nequaquam Domine; sed nollem, quod cum fratribus pugnares, et vt milites interficerent se inuicem; filius patrem, vel pater filium.“ Ibid. P. II. cap. LII.

Tali militum Copia armatura, stipendio, ope [1]) constitutione, virtute, ac fide, internae, externaeue

---

1) Nobiles nostrates, iugi vtut insurrectioni obnoxios, publicis regni necessitatibus, sub regibus strenuis, ex ae-

Regni securitati prospectum ex aequo omnino fuit; ast iis sensim defluentibus, hanc quoque collabi, atque rempublicam conuelli, motibus internis externisque agitari, et in extremum discrimen identidum propelli, necesse fuit. Turbata iactata, in praecepsque acta, quoties a strenuis regibus (Ludouico I. Joanne de Hunyad, Mathia Coruino) seruata non fuerat; vsque dum Saeculo XVIII. ineunte **militia statiua** constituta non fuit; namque:

1). Aucta vtut Nobilium in dies copia, numerus pugnantium continuo fuerat imminutus diuersis rationibus: a) Praecipua eius causa mancipiorum ac spoliorum faciendorum barbara licentia coarctata fuerat: „Hungari possessa Pannonia Christianos ac

---

quo comitialiter subueniase, luce meridiana clarius est: sat sit vnicum eius dare documentum: Nos Mathias etc. memoriae commendamus — — quod quia fideles nostri Praelati, Barones et Nobiles huius regni nostri Hungariae vniuersi pro recuperatione sacrae Coronae, huius regni nostri in hac congregatione generali eorum, vnanimi omnium voluntate, contributionem vnius floreni auri exsoluendam disposuerunt; ideo nos in verbo nostro regio, ac fide nostra Christiana mediante, promittimus ipsos Praelatos, et Barones ac Nobiles huius regni nostri Hungariae ad solutionem alicuius contributionis nullo vnquam tempore coarctabimus aut adstringemus, eos quoquo modo, et nec petemus ab eis aliquam contributionem, sed magis ipsos et quemlibet eorum in antiquis eorum libertatibus, quibus temporibus diuorum regum vsi sunt, tenebimus. — — Datum Budae die Dominico proximo post festum Ascensionis Domini. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo." E MSS. Heuenesianis. Orig. in Archiuo Camerali.

paganos more gentium quosdam captiuos occiderant, resistentes, aliquos ex captiuis virtuosos ad praelium deducentes secum, aliquam ipsis portionem de spoliis erogarunt, quosdam vero diuersis seruitiis mancipando, circa tabernacula sua, solebant conseruare. Iidem captiui ex fructu animalium et praeda sola habebant vitam suam, vt Cumani. Mox vero, vt fidem receperunt, et baptismum; Romana Ecclesia, Christo cognito, Duci Geichae et S. regi Stephano dedisse dicitur firmiter in mandatis, vt spolia non committerent, captiuos Christianos deinceps relinquerent pristinae libertati, cum multi Nobiles inter captiuos habeantur. Quia vero regnum erat amplissimum ac gentibus vacuatum, nec etiam communitas tota in hoc Apostolico assensum tribuebat." Simon de Keza l. c. p. 89. Causa hac ad exercitum conciti Milites naturales tam exili mox concurrerant numero, vt Marchionatus Austriae ab amne Aeno vsque montem Coetium, sub Geyza iam Duce; tum a monte Caetio vsque fluuium Fischa, ac quidquid cis Marauam possessum fuerat, sub Stephano Proto rege; ab riuulo vero Fischaba vsque Lajtam sub Samuele, et Andrea regibus cedi, transcribique necesse fuerit; vt tributum Conrado Imperatori oblatum non commemorem: cfer. Codicem Dipl. Tomo I. et VII. Chron. Thur. P. II. cap. XXXVI. et XXXVI. b). Originalis culpa seruientium regalium fuerat, inter Principem regnantem, ac Duces discordias serere; sociatis iuramenti status quartus sic fuit: Vt siquis de posteris eorum infidelis fieret contra personam ducalem et discordiam faceret inter ducem et cognatos eius, sanguis nocentis funderetur, sicut sanguis eorum fusus fuit in iuramento, quod fecerunt Almo Duci." Belae Regis Notar. cap.

VI. Discordiae hae nihilominus sub Andrea primo ac fratre ipsius Bela excitatae, atque Sigismundum vsque dominatae, Seruientium plurimos caede, ac bonorum iactura pessum dederant: „Cumque Rex ad propria reuerteretur et Dux Almus ad ducatum iret, quidam iniqui, diabolico freti consilio, coeperunt inter eos accusare: Dicebant enim Duci: domine Dux, Rex tibi insidiatur, et capere vult te. Deinde Regi dicebant: Dux tibi posuit insidiae et si non custodieris te, scias procul dubio te moriturum. Hoc autem audientes ambo iuuenes, et lasciui congregarunt exercitus.“ Chron. Th. P. II. cap. LX. „Regnante Bela II. et Helena Regina — irruit omnis populus super illos Barones, quorum consilio Rex obcoecatus fuerat; et quosdam ex illis ligauerunt, quosdam vero detruncauerunt, sexginta autem octo profanos (non Barones) ibidem crudeliter occiderunt; et omnes successores eorum eodem die sunt registrati; insuper omnis illorum possessio ecclesiis Cathedralibus est diuisa.“ Ibid. cap. LXIV. c). Fatalis decreti A. 1222. art. 7. §. 1. 3. et a. 1230. art. 30. tenor, quo Seruientes regii sunt vnice ad voluntarios reducti[1]). d) Militum et Castrensium ac sti-

1) Ad vindicandam Andreae, Ludouici R. H. fratris, caedem cum stipendiariis, voluntarii duntaxat Barones ac Magnates secuti sunt Regem: Laurentius Toth, qui postea Konth fuit cognominatas (Chron. Th. P. III. cap. IX.) Dominus de Malatestis, Franciscus de Furlino (Foro Julio), et Philippus de Mantua; Stephanus, filius Laczk, Waiuoda Transiluaniae, Capitaneus regni, Wolfardus Teutonicorum Capitaneus, Nicolaus, filius Gileti, Palatinus, cum Joanne et Dominico, militibus, filiis suis, ac Joanne fratre suo, item Nicolaus, filius

pendiariorum copia est imminuta, honorum regalium et Castrensium, ex quibus Rex duas partes, vnam Comites prouinciales traxerant, immensa in nobiles profusione: „Postquam regnum confirmatum est in manu regis Belae, vtebatur ex vino multum; cuius aulici consueti erant, quidquid in ebrietate Regis petebant, habebant; et post ebrietatem rex recipere non poterat." Ibid. LXIV. Maximus illorum dissipator fuerat Andreas II-dus, integros Comitatus abalienando: „Per prodigalitatem quorumdam progenitorum (Belae IV. Regis) iura Comitatuum erant adeo diminuta, vt meritis et demeritis personarum non discussis, eisdem possessiones, villas, praedia, ad Comitatus pertinentia, in perpetuum contulissent, ex quo Comites viros (armigeros) non haberent, et cum incederent, simplices milites, propter diminutionem comitatuum, putarentur." Roger. l. c. cap. X. „Integros Comitatus, vel dignitates quascunque, in praedia seu possessiones, non conferemus perpetuo." And. A. 1222. art. 16.[1]) e).

Laurentii Toth cum fratribus suis, Leukes ab Bartholomaeo. Item Stephanus et Georgius, filii Bebeck, Nicolaus de Seech, Konia, filius Thomae Waiuodae, Andreas Waiuodae, cum fratribus suis: Nicolaus, Paulus et Michael, filii Laczk. Item ex Praelatis, reuerendus in Christo Pater, D. Nicolaus, Episcopus Zagrabiensis, et venerabilis Vir D. Stephanus, Praepositus Budensis, cum fratre suo Joanne, strenuo milite, filio Laurentii de Kanisa. Stipendiarii theotonici fuerant quatuor mille:" Ibid. cap. IX. X. XII. XVII.

1) Quod fidelitatis regi ac regno debitae intuitu, perpetuo et exuberanter factae donationes, ambobus discrimini cesserint, plura sunt argumenta; spectemus vni-

Bisseni, Chuni, excubiae vulgo Eör, item Székelyii, eadem regum nostratium prodigalitate sunt disipati: Cf. Dipl. Belae IV. de A. 1247. Conditionarii Saxones, Jazyges, ciuici, ad certum numerum exercituantium redacti: Carolus. A. 1317 [1]). Vasallitii vero ad expeditionem augendam venire mox detrectarunt Chr. Tur.

---

cum: Nos Mathias etc. Potestas regum ad hoc diuinitus in terris erecta est; vt, — subiecti sibi populi promiscue beneuolentiam liberalitate attrahant. — Quod etsi ex debito publici officii, et quadam generali Principum regula fieri soleat; hi tamen clarioribus ornandi titulis et alacrioribus extollendi sunt honoribus, quos sincerior fides, magnanimi actus, et excellentia merita anteponunt. — — Nos igitur volentes dignitatem gubernationis temporalem, quam fidelis noster Magnificus Emericus de Zapolya hactenus dignis meritis ad praefinitum tempus tenuit, in aliam perpetuam commutare; ipsum Emericum de Zapolya, ac filios et haeredes suos vniuersos super castro et districtu Scepusiensi (per Comitatus Scepus, et Torna, partes Comitatuum Sáros et Abauj diffuso) in perpetuos, et liberos Comites — solemniter creamus et praeficimus, sed et Comitatum praedictum a iudicio ac iurisdictione quorumlibet Judicum regni eximimus — harum litterarum nostrarum vigore ac testimonio mediante. — Datum Anno MCDLXIV. Wagner Anal. Scepus. P. I. p. 145. Quorsum hoc excesserit, palam est.

1) „Carolus R. H. — Volumus etiam, quod ab omni exercituatione, quam a nobis indici acciderit in quacunque parte regni nostri, absoluti sint et excepti, et ad illam conuenire nullatenus teneantur, nisi infra metas et limites Prouinciae Scepusiensis exegerit exercere militiam temporis necessitas inpacati, cui ob defensionem Patriae inniti pro viribus tenebuntur.“ Anno MCCCXVII.“

P. IV. Cap. XLVI. vt supra. Hinc belli onus banderiis Regis, Baronum, Praelatorum, atque Dinastarum incubuit parte maxima.[1]). Certe sub Geysa secundo exercitus cum Saxonib. ac Bauar. ad 70,000; sub Be-

---

1) Acerrima certe bella subin solis Regum, Baronum, Praelatorum, Ordinum religiosorum, ac Dynastarum militiis sunt gesta; ad Warnam: „Rex et Dominus Joannes (de Hunyad) Wayuoda, caeterique Hungariae Domini, illic, qui aderant, educta omni eorum vi de castris — statuebant — hosti enim erant impares. — Vbi Dominus Julianus Cardinalis, multique alii religiosae vitae viri, maxime de ordine fratrum Cheriensi (Xrorum) — praeterea Joannes Waradien. Simon Agriensis ecclesiarum Episcopi, nec non Vir Magnificus, Stephanus de Bathor, in curia regiae Maiestatis, cui et vexillum regium deferre confisum fuit, huius conflictus in fluctibus perempti extitere.“ Chr. Thur. P. IV. cap. XLII. Ad campum merulae, vulgo Rigómezeje: „Conflauit Joannes de Hunyad, Gubernator, magnam militum manum, et omne quod in Hungaria armis potens erat, vnam redegit in expeditionem. — Comitati eum sunt, viri in regno potentes, sanguineque ac vicorum possessione praeclari, Domini Emericus de Pelseucz, Waiuoda Transiluaniae, Ladislaus frater eiusdem, Emericus, filius Wayuodae de Marzaly, Janitorum regalium Magister, Reynaldus de Rozgony, Thomas de Zeech, Franco de Thallócz, Regnorum Dal. et Croat. Banus, Joannes Zekel, domini Gubernatoris consanguineus, Benedictus de Losoncz, Stephanus filius Bani de Alsó Lyndwa, et alii plures — Quibus hostem plusquam 200. armatorum millibus tumentem, viginti quatuor vel paulo plus millium pugnatorum brachio, sustinere impar et onerosum fuerat.“ Ibid. cap. XLVII.

lae III. circa 44,000; sub Sigismundo 32,000. sub Alberto Austrio ad Tüdőrév cum Austriacis, Bohemis et Morauis 24,000. sub Wladislao II. contra Albertum 12,000, sub Ludouico II. in funesto Mohacsiensi campo 26,000. quorum pars plusquam tertia, Bohemi, Moraui, Romani, ac Studiosi fuerant: census. Otto Frisingensis apud Vrstit. T. I. p. 424. Simon de Keza l. c. p. Sigis. Diploma an. 1430. Kurtz Albert. II. P. II. p. 345. Brodericus de Clade Mohács [1]).

---

1) Haud indignum erit relatu ac superuacaneum, quibus copiis cum Alberto debellatum sit, quotue militum quisque principum Hungarorum in expeditionem aduersus eum miserit, recensere. „Igitur Rex (Wladislaus II.) ob valetudinem ad bellum ire ab amicis prohibitus, praeter sex millia Boëmorum equitum, quibus (Legioni nigrae) instituto regis Mathiae, ex colonorum censu stipendium tribuitur, mille equites galeatos, item mille leuis armaturae, confecit. Beatrix, regis Mathiae Vxor, in gratiam, cum Hungarorum Principum, tum Wladislai Regis, cuius nuptias aucupabatur, octingentos misit. Totidem Strigoniensis Pontifex, Colocensis ducentos galeatos, additis centum leuis armaturae; Agriensis 400, parem fere numerum Transiluanus; Vaciensis circiter centum; Sigismundus Quinqueecclesiarum Praesul paucissimos dedit. — Zagrabiensis Antistes paulo minus 300. Wesprimiensis, arce in edita rupe posita, id temporis combusta, ne vnum quidem militem misit. Varadiensis 300 equites dedit; 100 fere Chanadiensis. Jauriensis partim galeatos, partim leuis armaturae 200; Sirmiensis cum Diakouensi circiter 100 confecit, tantumdem Nitriensis. Reliqua Hungarici regni sacerdotia, quae vulgo Abbatias et Praeposituras nuncupant, paucos

2.) Constitutio militaris auita multis excessibus lapsa fuerat: a.) Juuentus nobilitaris ad mollitiem, non ad supportandos labores bellicos, asueta; adulta vero aetas ignauiae torpore marcescens: „Hungari, ait Synchronus Archi Diaconus Spalaten. longa pace dissoluti, ab armorum asperitate desueti, carnalibus enim gaudentes illecebris, ignauiae tor-

---

admodum equites dederunt. — Ex profanis vero optimatibus Stephanus Scepusiensis, regni Palatinus 500. equites, omnes quidem galeatos secum duxit. Item praefectus Transiluanae regionis 500, in quibus ducenti leuis armaturae fuerunt. Laurentius Ujlacenus secum 200. galeatos, totidemque leuis armaturae equites, aegre armauit. — Janus, Regis Mathiae Hunyadi filius, magno animo iniuriarum oblitus, cum 500. galeatis equitibus, ac 300 leuis armaturae affuit. Solocii 200. dedere; totidem Prénii, Polocii cum Rozgoniis, 500. Paulus Kinisius cum centum equitibus, leuis armaturae 200. venit — proprio aere conductis. Pongratii 100, totidem Moronii. Despoti Georgius et Joannes Rascianus, iam diu auita fortuna a Turcis spoliati, cum 600. equitibus, qui quidem omnes leuis armaturae fuerant, in auxilium Regi Wladislao venere, Bartholomaeus Prior Auranensis 500. equites misit. — Jaszii cum 300. equitibus venere. Milon Boëmusius 1000. secum adduxit. Petrus Tothius 100 Berislauii 200. Caeterum multos Proceres, qui parua manu reipublicae operam nauare eo bello poterant, silentio praeterini; qui scilicet aut priuatas res communibus praetulerunt, sumtibus propriis parcentes, aut hostibus adhaeserunt. — His omnibus copiis Stephanus Palatinus, Scepusiensium Princeps, praeficitur.“ Lud. Tuberon. com. Lib. IV. §. IX—X. Ex his numerum insurgentis militiae Hungaricae colligas.

pore marcebant. Et enim terra Hungarorum omnibus bonis locuples, et foecunda, ansam praestabat filiis suis et rerum copia immoderatis deliciis delectari. Quod enim aliud erat iuuenilis aetatis studium, nisi polire caesariem, cutem mundare, virilem habitum in muliebrem cultum commutare; tota dies exquisitis conuiuiis, aut mollibus expendebatur iocis; nocturnos sopores vix hora diei ab ortu solis tertia terminabat; cuncta quidem vitae suae tempora in apricis siluis et amoenis pratis cum vxoribus transigentes; non de bellorum strepitu cogitare poterant, qui non seria, sed ludicra quotidie tractabant." Cap. XXXVII. b). Strategiae, ac tacticae bellicae, literarum, artium atque scientiarum neglectu, et ignorantia, castra figere, agmina ordinare, astus bellicos eludere, haud nouerant: „Tunc Rex cum vniuerso exercitu suo, quasi fugitantium (Tartarorum) insequens terga Pestino venit ad aquam, quae vocatur Sajó. Vniuersa multitudo eorum castra posuerat vltra aquam illam, in locis abolitis, inter condensas siluas; Hungari vero castra metati sunt citra in campis patentibus. Tunc praecipit Rex, vt non sparsim sed confertim tentoria figerent. Composuerunt ergo, quasi in arctississimo quodam stabulo coniuncti, circumponentes currus, et clypeos vndique, quasi pro munimento castrorum; ita vero tentoria constipata fuerant, et eorum funiculi in tantum connexi, et concatenati, ad inuicem stringebantur, vt via esset omnino perplexa, nec liceret per castra discurrere, sed omnes essent veluti quodam retinaculo intercepti; Vngari hoc reputabant munimen, sed in maximum cessit discrimen. — Hora diei secunda ecce vniuersus Tartaricae multitudinis, quasi quaedam Chorea circumdedit omnia castra Vngarorum, et

intentis arcubus coepit vndique sagittare, alii vero in circuitu castrorum ignem apponere properabant." Idem ibidem. c.) In viribus suis insolentiam vsque praefisi, ad pugnandum segnes, in discrimine deiecti, ad fugiendum ignaui: „Rex suos interim hortabatur, vt ad pugnam viriliter se haberent. — Hungari autem habebant haec in derisum, de multitudine confidentes; ad pugnam tamen cor et animum non habebant. — Et cum ad pugnam accedebant tepide ac remisse — nequibant milites suos dominos et domini suos milites inuenire — Rex vero acies non poterat ordinare. — Rex et Colocesis Archiepiscopus, et frater regis, pugnae per magnum diei spatium insistens cum suis, ac Praelatorum militibus, item Templariis, dum crederet, se per residuam exercitus partem adiuuari, deceptus est. Nam cum altera parte ad pugnam plurimi ire crederentur, ad pugnam non ibant; sed Tartaris, vltro parum secedentibus, qui illis per sui medium viam absque aliquali sagittarum emissione dabant. Quare Hungari plures et plures tali via potiti, ab exercitu se subtrahebant, et cum Rex eos ad conflictum ire crederet, ipsi exibant ad fugam potius, quam ad pugnam." Roger. l. cap. XXVIII. d.) Diu deliberare, plerumque discordare, ac sero ad exercitum confluere soliti: „Tunc coeperunt vniuersale consilium agitare, diebus non paucis contractantes, qualiter aduentantibus Tartaris esset consultius occurendum? Et nullum valebant in consilium concorditer stabilire — Repentinus parabatur interitus consulendo cunctantibus morasque inaniter protrahentibus." A. Diacon. Spalat. l. c. Episcopus Quinque Ecclesiensis cum suo banderio, Ladislaus Comes, multis vexillis extensis cum sua militia, iusto serius, post destructionem

exercitus aduenerant. Croatae, ac Transiluani, etc. sunt desiderati." Roger. et A. Diaconus l. c. Cf. Decreti anni 1435. art. 7. Anni item 1430.[1]) Albertus

1) Militiae primaeuae, ad securitatem internam externamue constitutae, ruina banderiis inualescentibus coepit et insurectione portali dicta increuit: primitus Nobiles omnis generis sub vexillis regiis militarunt personaliter ac pro facultatibus suis, regnante Arpadiana stirpe masculina; castrenses vero Comitatuum suorum vexillis suberant immediate, mediate vero Regis: Bela IV. A. 1205. aliquos e villa Padany ea cum clausula nobilitat: „vt quandocumque nos habere exercitum continget, — iidem inter regni nostri Nobiles computentur, et Nobiscum et non cum alio, exercituare teneantur." Ladislaus IV. filios Ilmier anno 1283. nobilitans eadem expressione vtitur: „Vt de caetero iidem — illa gauderent libertate, qua caeteri regni sui Nobiles gaudent, sub vexillo suo regio militantes." Bela III. A. 1193. Bartholomaeo de Weglia terram Modrus ea lege contulit, „vt in exercitu gratiae nostrae inter limites regni cum decem loricis assistat, extra regnum vero cum quatuor loricis seruiat." Andreas II. A. 1224. donationi familiae Radus hanc adiecit conditionem: vt quoties necessum fuerit, in exercitu nostro quindecim loricales et centum pedites vernaculos expeditos habebunt." Idem similiter villis liberis, hospitibus Teutonicis de Zathmár Némethy iniunxit A. 1230. quod more Saxonum villicus eorum armatus cum quatuor personis sagittaris nobiscum exercituare teneantur." Hospitibus de Pest A. 1244: „Quod in expeditionem, in quam personaliter ibimus, debent nobiscum mittere decem milites decenter armatos." Bela IV. hospitibus de Zolom anno 1254. praescribit: vt quandocunque exerci-

Austriacus concursum insurgentium Szegedini, in Kisdid, Tüdöréw, vsque Zalankemen exspectare; Ludouicus II. fuerat adhuc diutius eorum praestolatione suspensus: „Decretum fuit Comitiis Rakos, et Budensibus, vt ad diem 2. mensis Julii omnes regni Proceres et tota nobilitas viritim cum certa rusticorum parte Tolnam armati conueniant, hosti inde cum Rege obuiam ituri; nihilominus ante 24. Julii Buda mouere non potuit, nisi cum equitum ac

---

tum habuerimus generalem sub nostri vexillo tantum modo teneantur cum Comite de Zolon, in nostro ordine descendentes" etc. cf. Codicem. A Caroli Roberti ac Ludouici M. temporibus irrepsit, vt qui copiosiores adduxerant secum milites, Barones, ac Praelati regni, atque Dynastae, ipsos sub propriis signis et imperio retinuerint; sic enata Banderia Nobiles, tenuioris sortis, partim donatione, partim stipendiis mediantibus, secuti ita auxerunt, vt vexillis regiis, castrensibus praesertim dissipatis, paria, aut aemula, paci internae discrimini saepe fuerint. Ruinam constitutionis militaris pronexit insurrectio portalis dicta: sub Maria enim ac primis Sigismundi annis militandi ardor refrixit adeo, vt quia seruitium banderiale voluntarium tantum fuerat, Optimates Banderia sua, aut non eo, quo antea solebant, numero, aut nisi sub stipendio, vel etiam simpliciter non adduxerint. Hoc permouerat Sigismundum ad duas insurrectionis species, portalem nempe, ac personalem regulandam. Portali insurrectione arbitrio comitatensium collecta, militandi onus in banderia regia, Baronum ac Praelatorum regni deualuatum, iugibus inter altioris, et inferioris fortunae Nobiles, iurgiis causa fuit; insurrectio personalis mansit titulus sine re, cum maximo praesidii regni detrimento.

peditum ad 3000. vsque Erd; vbi quum aliquot diebus fuisset commoratus, neque quisquam ad eum venisset, cum iisdem copiolis ad pagum Erchi processit. Ibi etiam multis diebus inutiliter consumtis ad Pentelinum iuit. Interim Petri Varadinum in hostium potestatem venit. Tolnam venit aucto aliquantulo iam exercitu; confluentibus isthuc 4,000 millibus pontificiorum militum etc. Brodericus apud Bonfinium p. 762. In campis infaustis Mohács, Zapola cum Transiluanis, Chrÿstophorus Frangepan cum Croatis desiderati. Ibid. e.) Dum Banderia regia, Baronum, ac Praelatorum ad repellendum hostium incursum sufficientia ipsis videbantur, insurrectionem recusantes, ac sine rege dimicare tergiuersantes: Confer Decreti Anni 1430. art. 1. 2. 3. „Quum autem Palatinum ad Mohacsium progressum caeteri, qui mittebantur, sequi recusarent, priuilegia sua allegantes; rex, video, inquit, ego vnum quemque capite meo — excusationem et salutem quaerere. — Ne quis ergo sit, qui possit excusationem aliquam suae ignauiae capite meo praetendere; ibo, Deo optimo bene iuuante, cras vobiscum in persona eo, quo illi sine me ire nolunt.“ Broderic. l. c. f.) Seruientes regii ac Jobagiones, pauperes ob neglectam agriculturam, artes, commercia, facti, non iam sub regum aut Comitatuum suorum, sed Dominorum vexillis militarunt, inermes, haud instructi, et vix vltra 15. dies: „Quia praecedentia gesta generalis exercitus manifestam praebuerunt experientiam, quod plurimi potius baculis quam armis fulciti, militiae vacauerunt: Disponendum ac prouidendum, quod hi, qui irent ad defensionem regni non essent inermes, sed haberent saltem arcus et arma alia, quibus pro defensione regni ad offensionem hostium

se exponere possint. — Et quod omnes tales ad exercitum ire debentes proficiscerentur sub conductu proprii Comitis prouincialis, sicut fuit antiquitus consuetum. — Item quia communitas regni solet allegare, quod dum in generali exercitu contra inimicorum insultus insurrexerit, non vult amplius citra metas, seu confinia regni stare, quam per quindecim dies: ideo videretur Maiestati regiae, quod ipsi tamdiu stare deberent, quousqne Domino Regi vel Capitaneis ac Ductoribus exercituum congruum et necessarium videretur." Dec. anni 1430. art. — Videtur etiam necessario disponendum, quod omnes exercituantes, teneantur constitui in statione ac loco, in quo mandabitur — non constituendi subeant poenam, quam vult regia Maiestas, contra tales; quia sicut notum est, frequenter hi, qui prius venerunt, fatigiis ac toedio afficiuntur et vsque dum vltimi veniunt, in dissolutionem se conuertunt. — Nefas sit de exercitu ante debitum tempus et sine licentia Capitanei recedere sub poenis grauibus statutis et statuendis." Ibid. art. XIV. XV. Pulueribus piriis, tubis ac tormentis igniuomis adinuentis atque vsu inualescentibus, equites etiam Pharetrarii a Sigismundo constituti, debite neutiquam armati, necessitatem imposuerant Mathiae Coruino regi pixidarios stabiles, vulgo cohortem nigram, aggregandi, a Bonfinio celebratam Dec. IV. lib. VIII. — g.) Ad disciplinae militaris defectus accesserant insurgentium nostratium descensus et exactiones violentae: „Item videretur etiam disponendum sub poenis, quod exercituantes siue sint regis, siue reginae, siue Praelatorum vel Baronum aut generalis exercitus regni, dum et quandoque ad exercitum se profecturos leuabunt, neminem suo in transitu vel reditu deberent da-

mnificare; quia saepe regnum ab huiusmodi exercituantibus plus offenditur et damnificatur, quam ab inimicis." Ibid. art. VI. h.) Arces demum limitaneae segniter custoditae: „Ottocarus, Rex Bohemiae, in confiniis Hungariae lacerauerat maximam portionem in diuersis locis, quos Genitor (Ladislai Cumani) nondum receperat." Simon de Keza l. c. p. 71. Hussitae Posonium, Tyrnauiam, Bartfam, ac munitiones Scepusienses, impune diripuerant[1]), quapropter easdem suismet viribus defensandas suscipere Sigismundo R. H. necesse fuit: „Volentes fines re-

1) Superioris Hungariae per Bohemos ac Morauos impunem direptionem Chron. Thur. l. c. cap. XXI. his memorat: „Sigismundus Romani Imperii diademata et infulas suscipere satagens, dispositis ex viris praestantioribus pro eiusdem tutela custodibus, versus vrbem Romanam suorum flexit habenas equorum; sed hi custodes regnum Hungariae, sui praesentia principis orbatum, haud bene protexere: Nam MCCCCXXXI. ipso rege peregrinis in regnis res suas dirigente, quidam Blasko exigui tam census, tum nominis, ex collectiuo milite Hungarico videlicet et Bohemico, quorum praeda animo erat, ingenti manu conflata, primum oppidum Tirnauiae, turribus altis, muro coctili iunctis, cinctum, ciuibus eiusdem nocturna quiete soporatis, vi clandestina subintrauit; potitusque munitione arma auxit, et quasi turbo vehementissimus in partes regni superiores, quas nos terram Matthiae vocamus, se ingerens, rebus etiam diuinis aut sexui vel aetati parcens minime, vsque ad Strigonium, igne ac gladio omnia vastauit rapacique exposuit praedae etc. Ciuitatum busta, spolia, abductiones ciuium vinctorum: legas in codice. En securitatem ab exercitu nobilitari desideratam!

gni nostri praedicti a partibus Bohemiae et Morauiae, a quibus propter ingruentiam praesentis temporis, ab aliquibus elapsis annis hucusque frequentiores, feruentioresque ipsum regnum pertulit hostilitates, vi nostra regia reddere securiores; onus infrascriptum sponte, imo ex debito regali in nostras regias curas et expeditiones duximus assumendas; videlicet, vt ciuitates et castra subscripta, ciuitatem et castrum Posoniense, ciuitates Tyrnauiensem, Zakolcza, castrum Thrinchiniense, et alia castra ac munitiones et fortalitia in confinio Morauiae et iuxta fluuium Wagh, situata, quam in omnibus confiniis et metis regni nostri, ex quacunque parte apud manus nostras regias habita, et in futurum quouis euentu et casu eisdem nostris manibus applicari contingentia, nostris sumtibus regalibus — muniemus et tutabimur sufficientibus gentibus, armis, et victualibus, aliisque necessariis." Decr. an. 1435. emanato [1]).

---

1) E decreti huius Sigismundei articulo Vir illustris Mart. Georg. Kovachich l. c. p. 66. arguit internam externamue securitatem, atque confinia tuendi munus Regibus solis incubuisse; sequentibus rationibus: 1). E praescripto art. 7. anni 1222. et art. 15. A. 1231. Nobiles, praeterquam si ex aduersa parte exercitus supra regnum venisset, ire obligatos haud fuisse. — Ast id cardinali regni constitutioni repugnat: „Principes, Barones, Comites, Nobiles, sunt regni propugnatores; defensores imbecillium, expugnatores aduersariorum, Monarchiarum augmentatores. Illi tibi militent." Decr. S. Stephani L. I. cap. VI. Repugnat iustitiae: bonis castrensium, ac militum statiuorum in Nobiles congestis, munia etiam horum in eosdem deuolui oportuit.

3). Primigenia quoque martialis Militum nobilitarium virtus in castris apertis deferuuit: Lustremus nonnulla: De vigiliis Seruientium regis Colomanni testatur Chronicon Thurotzii P. II. cap. LX. „Plurimi Chuni, cum Mirchonde venerant in auxilium Ruthenorum, qui noctu consurgentes summo mane, percussere castra regis, et vsque ad internecionem

---

2). Ex anxia sollicitudine regnicolarum, ne cui Comitatus integri conferantur, art. 26. an. 1231. art. 2. 1291; de conseruandis ac rite dispensandis prouentibus regiis art. 19. A. 1520. etc.: ne illis exhaustis onus regni tutandi ferre debeant, cautum fuisse patet, ait: Ast id, ne milites castrenses abalienentur; ne Dynastae viribus quasi regiis inualescant; neque Maiestas regia egestate conflictetur, cautum fuisse, rectius argui potest. 3). E praecitato Sigismundi Decreti V-ti anni 1431. art. 1. §. Castra finitima se prouisurum, curaturumque promisit quidem; ast non exclusis eorum, qui exercituare tenentur, seruitiis: ipsemet Kovachichius laudat Decretum Sigismundeum de exercituatione, quod articulo XXXI. Pro custodia castri Posoniensis deputat, vt det: Episcopus Vesprimiensis lanceas 50. Epis. Jaurinensis itidem 50. Abbas S. Martini 25. Domini de Hederwar 100. per quartam partem pro custodia toto anno; ac de residuo disponit duntaxat, vt in Comitatu Posoniesi fiat prouisio de prouentibus regalibus. Est ne hoc legum patriarum sincerum agere interpretem? Vanus ergo est, dum Nobiles casu solum eo, si hostis regnum inuaserit, si eius repellendi exercitus regalis impar fuerit, ad militandum obstrictos fuisse contendit; vrgente tali necessitate, ciuium quilibet iure naturae, obligatur, sit ille nobilis siue ignobilis, pro viribus. En offucias Kovachichianas!

dissipauerant ea crudeliter. — Thesaurum autem regis et omnes qui celeriter fugere non poterant, Chuni rapuerunt. Tanta strages ibi fuit, quod raro Hungari in tanta strage fuerant.“ De custodibus Belae IV. perhibet Rogerius loco saepe laudato: „Tartari in pontis capite septem erigentes machinas, custodes Vngarorum longius abiecerunt, ingentes in eos lapides intorquentes, et sagittarum iaculis insistendo. Fugatis ergo custodibus libere et secure alii per pontem, alii per vada aluei transierunt. — Custodes vero fugientes ad castra magnis clamoribus perstrepentes, vix excitare poterant securo somno sopitos. Tandem tristi nuncio experrefacti, non, vt oportebat in summo discrimine, concita arma arripere, equos ascendere, et in hostes ire; sed lente e stratis surgentes, quaerebant potius suo more capita pectere, manicas suere, faciem lauare, de committendo praelio modicum cogitabant.“ Spectemus ipsius Ludouici 1-i excubias: „Kaum hatte sich der griechische Kaiser eine Waffenruhe von Murad erkauft; so richtete er seine Waffen gegen den Serbischen König Urosch V. der in Verbindung mit dem Ungarischen König, Ludwig den grosszen, vnd den Fürsten von Bosnien und der Valachei, von Pabst Urban V. aufgefordert einen Kreuzzug gegen die Türken unternahm. Schon waren die Verbündeten in Eilmarschen bis an die Marizza zwei Tagreisen von Adrianopel gekommen, in dessen Murad noch in Asien am Helesponte mit Krieg beschäfftigt war. Die Türken, die nur zehn Tausend man zählten, überfielen in der Nacht die doppelt so starke feindliche Armee, die in Schlaf und Trunkenheit versunken war. Nach den Worten eines Türkischen Geschichtschreibers, ergriffen die Christen bei dem

Ueberfall der Osmanen, wie wilde Thiere aus ihrem Nachtlager aufgeschreckt, eiligst die Flucht; strömten gegen die Marizza hin; schnell, wie der Wind, hergeht vor der Gluth, und sanken unter in der Fluth. In dieser schlacht, der ersten, in welcher Ungarn gegen die Türken (1363.) fochten, sah Ludwig seine Rettung wie ein Wunder an." Asbach. Geschichte Kaiser Sigmunds I. B. p. 87.[1]). Vadamus Nico-

1) Casum hunc si excipias, caeteras disciplinae militaris partes egregie correxit Ludouicus: oeconomia aerarii publici lucro camerae, ab omnibus nonis productorum naturalium a colonis (Decreti A. 1351. art. XII. et VII.) coactis, in audito ad eum diem apud Hungaros exemplo, copias suas ad ducenta armatorum millia adauxit, quorum potior pars equitibus, ac stipendiariis constabat. Hos semper in promtu esse, belloque initium facere oportuit. Id sibi etiam proprium habuerat Ludouicus, vt priusquam hostis annonam auferendi, pecudes abigendi tempus narcisceretur, ipse summa cum celeritate in hostilem ditionem exercitum traduceret, militemque nullo, aut exiguo sumtu in hostico aleret, ac incommoda belli a suis subditis quam longissime remoueret: quod contra Saxones Transiluaniae perduelles factum primo est Chron. Thur. P. III. cap. II. Si bellum difficilius fore praeuidebat, hostem nihil tale omninantem, geminis e partibus est aggressus: qua arte Valachos profligauit, et Venetos totius, qua latet, Dalmatiae dominatu exuit. Hostes foederatorum suppetiis terra marique distentos adortus arctare, sui vsque deditionem, vt Venetos ac Tartaros, non cessauit. Bellis difficilioribus praesens Duces, quorum dotes insigniter habuit perspectas, nullo natiuitatis respectu habito, praefecit; qui lentius aut segnius remagere videbantur, sine mora copiarum imperio desti-

polim ac militum nostratium notitiam rei bellicae consideremus. „Mox Franci praecipiendae pugnae insolenti cupiditate capti, priusquam vniuersae regales copiae instructi ex ordine aciebus, signis collatis praelium inirent, e castris prosilientes, ac desilientes ab equis, vt eorum moris est, pedites certaturi contrarias irruerant in turmas; diro itaque bello inter vtrosque vigente, quum Hungari sellatos Francorum equos, cursu transuerso, regia petere castra conspiciunt, nondum enim illorum bellandi vsus ipsis notus erat, illos omnino hostium per manus extinctos fore credentes, graues dissoluti in tumultus, castra, pariter bellica relinquentes ingenia,

---

tuit; ita Stephanum Laczkoviesium Vajuodam, bello Neapolitano; Nicolaum item Konth de Hederwára, successorem illi datum, imperatoria dignitate in Thomam de Monoszlo translata, Stipendiariorum militum Germanorum, seditionem in castris commouentium, primipilos, ne exempli vis vltro serperet, ante omnium ora et oculos concidi iussit, caeteros autem iuramento prius adstrictos, se illico in Germaniam reuersuros, neque vnquam apud hostem militaturos, sine mora dimisit, aegre admodum exoratus, vt aliquos ex ipsis veniam deprecantes, sub sua signa reciperet. Neque pugnantium virtutis testis et aequus arbiter quempiam, egregie meritum, abire siuit indonatum: obscuro loco natos eapropter nobilitate, nobiles opibus ac honoribus auxit. Chr. Thur. P. III. cap. II. III. XII. XVIII. XXI.—LI. Politicae prudentiae, virtutisque bellicae hac laude consecutus fuerat Ludouicus, vt non omnibus solum prouinciis, quarum tittulos reges Hungariae gerunt, sed etiam Polonis ac Tartaris sit dominatus. Sed virtus ipsius in Haeredes non transiit.

campo vndique fusi, hostibus acriter insistentibus, in fugam conuertuntur. Strages fit maxima; multi cecidere ex Hungaris et multi captiuitate affecti.“ Chron. Thuroczii P. III. cap. VIII. Veniamus in Bosniam: „Sed quis Bosnensium astutiae se praeferre valet? Cum Hungarorum vires illorum potentiae eo in certamine multo maiores cernerentur; mox illi montium per cacumina, qui ex iis ad id constituti erant, stantes, ita docti, Hungaros fugere, proclamarant. Haec vox magnam Hungaris edidit confusionem. Nam cum praedio viriliter insisterunt, hoc rumore audito, partem ipsorum fugae datam arbitrati, campum deserentes, terga verterunt. Propter quod et magnam stragem et praedam ibi dedere. Nec Duces tanti periculi expertes fuerant: quin aliqui ibi capti, alii perempti.“ Ibid. cap. XVI. Bellicos Hungarorum ac Turcarum apparatus comparemus: „Sigismundus, Rex creatus Romanorum, vi non modica armatorum conflata, rursus vires Turcorum tentare aggressus est: arcemque Galambocz vocatam, alta in ripa supra decursum Danubii, Rasciano in agro sitam, tempestate eadem illis subditam, multo milite cinxit. Dimicabant vtrique hostes simul, ac semper Sigismundanae copiae superiores erant; donec ille Caesar Turcorum Chalapinus, oppressione suorum propulsatus, bellico apparatu cum ingenti veniens, rege hostis potentior visus est. Quapropter Rex ipse, post non modicam suorum vndique decertantium stragem, campum deserens, Danubium transiit, et hostilem euasit manum.“ Ibid. cap. XIII. Disciplinam spectemus in Tüdőréw: „Alberto regis anno secundo ingens fama exuberauit, quod Amurathes, Turcorum Caesar, magnam suae gentis vim mouisset, regnumque Hungariae inuadere

conaretur; propter quod Rex Albertus, sui regni procerum celebrata congregatione, vna cum eisdem conclusit, hostem non debere exspectari regni ad penetralia; sed esse illi in forti brachio obuiandum. Commota igitur totius regni Hungariae militari virtute, magnum congrégauit exercitum, et in loco, vulgari appellatione Tüdöréw vocato, sua fixit tentoria. Caesar vero Turcorum — expugnato castro Zendrew et omni poene Rasciae agro suae potentiae subiecto, Despotoque, regni eius Domino, in Hungariam profugato, frameam et omne suum robur in Graecos conuertit. — Hungari autem ex longa campestris hospitii mora toedio affecti, maxime cum multi ex illis sanguinis fluxu grauarentur: Luppo, iuxta antiquam ipsorum consuetudinem, proclamato, inuito rege sparsim et confuse relictis castris, recedentes abierunt." Ibid. cap. XXVII. Receptum cernamus bellicum: „Videntes autem Tatari, quod in fugam versus esset exercitus Vngarorum, quasi ostium quoddam aperuerunt eis et permittentes eos abire, non impetuose, sed pedetentim insequebantur eos ex vtraque parte, non sinentes eos huc aut illuc diuertere; iacebant autem per vias infelicium opes, vasa aurea et argentea, purpurea indumenta et arma copiosa; sed Tartarorum inaudita crudelitas, nihil curans de spoliis, omnem pretiosarum rerum paruipendens praedam, in sola hominum caede grassarunt. — Cadebant a dextris et sinistris, hibernalium foliorum instar — Infelix patria, filiorum cruore infecta, longe lateue rubebat. Tunc miserabilis multitudo, quam nondum deuorabat gladius Tartarorum, ad quamdam paludem venire compulsa, — pars maxima Vngarorum ibi aqua et luto paene omnes absorpti sunt et extincti." A. Diacon.

Spal. l. c. cap. XXVII. — „Diu igitur in populo vtroque (Bohemico fideli et infideli) ancipiti bello feruente, ac multis ex vtraque parte cadentibus, vltimatim Siska superiore; Rex (Sigismundus) campum deserens terga vertit; et simul cum suis Hungaris, qui superstites erant, fugiens hosti tum res, tum animi ferocitatem incendiis, ac spoliis reddidit.“ Chr. Thur. l. c. cap. XV.[1]).

---

1) Quod militia nobilitari tam misere constituta regnum nihilominus sartum tectumque perstiterit, parte vna fortunae, quod vicini Principes impotentes fuerint, parte altera Ludouici M. et Joannis de Hunyad Gubernatoris, generosae virtuti, debetur. Quod etiam in Morauiam, Silesiam, Bohemiae partem Austriam dominatum extenderit, militiae per Mathiam Coruinum reformatae, stabili, est in acceptis referendum. Operae pretium est hanc ex Bonfinio cognoscere: „Ante Neapolim (Wiener-Neustadt) inquit Dec. IV. lib. VIII. in patentissimo campo legiones omnes explicuit: in aciem digessit; vbi, quaecunque apud veteres legeram de disciplina militari, mihi recognoscere licuit. — Inprimis, vbi inter turmas prodiit ipse, silentium indictum non solum viris, sed etiam equis, religiose seruatum. Allata primi agminis in medium signa e manu sua, praestantissimo Veterano — commissa, carcaribus illi carere — ne in maximo conflictu prae timore, concitato equo fugeret, suaque fuga reliquorum animos consternaret. — Ita quisque ordinem seruauit, vt si digito plus alio processisset, imperatoris quam maxime circumspecti, saeuitiam recognoscere teneretur. — Tantum est vbique silentium, vt non modo praeter Imperatoriam, nulla humana vox, sed nec vnus quidem equorum hinnitus vsquam sit auditus. — Quodque agmen, vbi aliquanto praecesserat, dato signo, an-

Si dissolutae adeo exercituantium nostratium di-

---

te Principis ora belli simulacrum agere, et nunc in cuneum, nunc in orbem, nunc in trigona, tetragonaue, aut in forficem, et serram, mutata acie verti. — Nusquam gentium milites spectare licuit caloris et frigoris, item laboris et inediae patientiores; qui studiosius imperata faciant, lubentius, dato signo, pugnam ineant; se morti promtius exponant; item qui militarem seditionem magis detestentur, in castris quietius, honestiusque viuant; — colant auidius temperantiam, et castimoniam, et ab omni blasphemia, periurio, illegitimaque Venere sint magis alieni. Maxima pars equitum — triennium quandoque assiduo militare coacta, nunquam coniugii fidem violasse creditur. — Hyeme iuxta atque aestate castra frequentantur; et quod meis hisce oculis vidi, sub niuibus ac terra, ne obsidionem deserant institutam, toleranter hibernant; neque de rigenti algore queruntur." Ad disciplinam militiae huius pertinent Decreti etiam VIII. art. XXX. „Quod cum Praelati, Barones et quicunque alii Nobiles — ad bellum proficiscentur, sine damno aut impedimento aliorum semper et vsque proficisci debeant, et teneantur." Art. XXXI. „Quod tam regiae gentes, quam aliorum regnicolarum, teneantur deinceps pretia omnium victualium persoluere, ac nullibi damnum inferre praesumant. Art. LXII. „Quod gentes huiusmodi — neque res neque bona colonorum, siue rusticorum violenter auferre, et exportare praesumant. Transgressores vero eandem poenam, quam violatores ecclesiarum incurrant eo facto." In stipendium stabilis huius militiae iisdem Mathiae legibus aes comitialiter ex aequo ac iusto fuerat constitutum; quo, tanquam nouitate, praefationis Decreti anni 1490. §. 2. antiquato, antiquis autem prouentibus regalibus absorbtis, militiam regulatam interimi necesse fuit!

sciplinae causas scrutemur, sequentes nobis videntur fuisse praecipuae: 1.) Auita militum nostratium nobilitarium in Reges ac patriam fides regnante iam Arpadiana stirpe vitium cepit, sub mixta labefactata sensim magis: „Fridericus Austriae Dux (tertiis Andr. II. R. nuptiis anno 1234. praesens) ita placuit multis Vngaris, vt eum regem optarent" ait Pernold. apud Hantaller Campil. tom I. p. 1315. „Quidam de maioribus inter ipsum regem Belam IV. ac patrem eius, saepius seditionem et scandalum procurarunt ita, quod hinc inde saepius militia congregata, dimicare aduersus inuicem voluerint, nisi per tenentes medium inter eos, essent pacis foedera reformata. Cum ipse Rex ad patris curiam accedebat, iidem in nullo, ei penitus deferebant, immo dehonestabant; quod celari non potest. Et contra vitam patris et filiorum nequiter conspirarant, vt illis gladio interemtis facilius quilibet posset de Hungaria, quam sibi per partes diuiserant, portionem sibi debitam, sine conditione cuiuslibet occupare. Et quum concepta neqrirent effectui mancipare, aliud nequius cogitarunt: Duci Austriae, litteras cum certis pactis et conditionibus destinando, Domino Friderico, Romanorum Imperatori, coronam regni ac Hungariae dare promittebant; sed nuncius in via captus, regi fuit cum litteris praesentatus." Roger l. c. cap. IX. „Illustris Regis Vngariae (Belae IV.) exhibita nobis petitio continebat, quod Mica Barbatus, Nicolaus filius Borch, ac Nicolaus Magister, proditores, de laesae Maiestatis crimine condemnati, fraudulenter multa de bonis coronae regiae auferentes, apud quaedam loca religiosa ea deposuerint." Lit. Gregorii IX. PP. anno 1235. V. Codicem. „Ottocarus, Bohemiae Rex, tabulis anno MCCLXXI. II. Id. Pragae confe-

ctis promisit; quaedam castra, intra limites regni Hungariae constituta, Presburch, Altenburch, Tyrna, et castrum S. Georgii, et alias plurimas munitiones, quas Henricus et Joannes, filius eiusdem Henrici, ac castrum Dobra, quod Nicolaus et Stephanus, filii Pauli, — qui a rege Hungariae (Stephano V.) ad se transulerant, se deserturum, nec vllum auxilium illis daturum." V. Codicem. Aegidius, prodito Castro Poson, ad Ottocarum B. R. confugit, Henricum, qui Bela Duce Machouiensi, e sorore Stephani V. Anna nato, perempto ab eodem Ottocaro receptum, auersatus, ad Ladislaum Cumanum se recepit; ita duo fugitiui Comites, occasionem bello cruento inter Hungariae, ac Bohemiae reges anno 1273. occasionem dederunt." Chron. Austr. apud Freher tomo I. p. 464. — „Cum autem Ladislaus (Cumanus) fuisset a Baronibus regni occisus, Andreas Dux feliciter coronatur. — In cuius Imperio quidam nobiles regni, Joannes scilicet ac Henricus Banus, filii Henrici (Comitis de Gyssing) et Ugrinus, filius Poth, de Uylak, aliique quam plures, in praeiudicium regis Andreae, a Papa Bonifacio VIII. regem petierunt." Chr. Thur. P. II. cap. LXXXIII. Caedem Carolo Roberto identidem intentatam et Elisabethae ac Mariae reginarum calamitates, silentio praetereo. — „Stephanus, filius Laczk Waiuoda et Stephanus de Simontornya, antiquo scelere tumidi, non ipsorum sceleris pluribus sine sociis, Ladislao, nato Caroli (parui Neapolitani) sceptra Hungariae quam leuiter tradere promiserunt. — Magnam partem Nobilium per deuia trahentes. Haec res non latebat regem Sigismundum, non tamen propter coadunatam illis cohortem in ipsos vindicta vti par fuit. — Hunc Stephanum Waiuo-

dam praeter caetera infanda sua facinora, in laesam regiae dignitatis maiestatem, perpetrata, ingentia etiam Turcorum agmina in Hungaricas partes adduxisse, grauesque ibidem pro eodem Ladislao depopulationes edidisse dicebant. Ante haec Turci nondum Hungaricas lustrauerant terras." Ibid. P. III. cap. IX. XIII. Sub Alberto Austriaco, inuito ipso, Joanneque de Hunyad obstrepente, castra, proclamato lupo, deserta fuerant.[1]) Quanto res ipsius Domini Joannis (Hunyadi) Gubernatoris via prosperiori dirigebantur; tanto magis plurimi Dominorum in illum occulta tumebant inuidia. Anno enim 1451. quum Dominus Gubernator multo cum stipendiario, tum populari militia armatus, munitionem a Joannem Izkra (praedone) prope oppidum Losoncz erectam obsidione cinxisset, ad suique deditionem grauasset. — Quid nequitiosa in bellicis rebus veleat proditio, patuit. Cum nondum manus pugnatorum cum praefato Izkra consertae erant, et iam agmina proditorum de castris Domini Gubernatoris praecipitem prouerant in fugam. — Hanc quidem proditionem vir Magnificus Stephanus de Pelsewcz, ad mortem vulneratus, antequam moreretur proprio ore est confessus. Interfecti sunt ibi de potioribus Nobilibus plures." Ibid. P. IV. cap. XLVIII. „Vjlakius,

1) Hungari lupo (in pugna) iuxta antiquam consuetudinem proclamato, dilapsi. Narratum post modum fuit, quod quidam ex Hungaris potiores beneuolentiam et gratiam Regis Turcorum captare volentes, scripserunt ei; quia ipsos oportuit adesse congregationi regis, vt pugnarent contra ipsum, quod tamen inuiti facerent, sed potius vellent in pace ipsi amici esse." Vid. Arepeckii Chron. apud Petz.

quum ad regnum aspirare nequiuerit; Caesaris (Fri: derici) quam Coruini adolescentis, imperium cum aliis viginti tribus, subire malebat. Hi Caesari suadebant, ne coronam redderet; pro se asseruaret; eiiceret e regno puerum, ac late demum in Hungaria dominaretur. Promittuntur ei auxilia multa, commeatus, arma, opes; quibus excitatus Friderici animus, ad deturbandum regno Mathiam confestim intenditur." Bonfin. Dec. III. Lib. X. p. 543 etc.[1]) 2).

---

1) Spectemus etiam Ducum in conflictu ineundo temeritatem, ac militum de virtute controuersias, proditionemque sub Wladislao II: „Derchenius, Dalmatiae et Croatiae Banus, licet strenuus ipse miles, dux tamen nouus, occasionem gloriae sibi quoque oblatam ratus, statuit, haud satis exploratis suis, aduersaeque partis iuxta viribus, confestim contra hostem pergere. Peruenerant iam Turcae ad montem, inter Illyricas Alpes, asperitate ac silua, ex proceris arboribus insignem (Gozdenum incolae vocant) cum sex millium delectorum equitum turma. In nostro exercitu mille tantum et quingenti equites, caeteri ad duodecim fere millia pedites, ex agris nuper collecti, feroces illi quidem, sed paene inermes, nec signa sequi, nec ordines seruare, nec dum in acie hosti oppositi stare assueti: Hungarorum haud contemnenda manus. — Ne si aggrestes victores exstitissent, praeda etiam potituri essent; id circo maior pars equitum, qui fortitudinem temeritati et auaritiae praetendebant, magna contentione, in patentem campum e montibus Ducem traxere; mox vniuersis praelium poscentibus, non ausus repugnare, in aciem copias eduxit; maxime, ne, vt sunt Hungari elatioris spiritus, pugnae subterfugiendae suspicionem Chrouatis praeberent. — Eo praelio principes Chroatorum e medio pugnae ardore inter caedem effugi-

Inconsultus nostratium pugnam ineundi ardor: „Rex Ludouicus II. Brodericum, aulae suae Cancellarium, ad castra Tomoriana misit, monens, vt castris in tutiorem locum retractis, tamdiu decretorium cum Turcis certamen declinarent, dum prope diem Joannes Waiuoda cum Transiluanorum XL. Christophorus Comes de Frangepan cum XV. Dalmatarum ac Croatarum, millibus, ac Bohemi etiam Albam appulsi coniungi possent. Illi furore pugnandi abrepti regi renunciant: se eos, qui pugnae aduersarentur, hostium loco habituros, et nisi Rex sine mora ad ipsorum castra veniret, vim et arma in eosdem conuersuros. — Commisso taliter praelio, praeter Regem, hausti sunt Episcopi VII. Barones regni V. Magnates Hungariae XI. E nobilibus ac potioribus regni XV. ex caeteris nobilibus facile quingenti. Aliorum, parte maxima exterorum, XXIII. millia. Stephanus de Báthor Palatinus, cum paucis Magnatibus, ac Stephanus Brodericus, regni Cancellarius, fuga saluati." Idem Brod. V. ad calcem Bonfinii edit. Basileen. p. 757. — 3). Victorum de salute desperatio: Quoties nostri exercituantes primo impetu hostem non strauerant, strati, fugati, animo deiecti, victoriam reparare haud studuerant: post cladem certe Mohacsianam Baronibus, Magnatibus, ac Dynastis regni, ad aream certaminis haud concurren-

---

unt; nobilitas Croatica fere deleta, agri vero, abacto pecore, vna cum agri cultoribus paene deserti. Maxime autem haec clades trium clarissimorum virorum clade insignis fuit: morte Joannis Frangepani, Georgii Vlatchouii; captiuitate ipsius Praefecti. — Compertum est; praedae maxime auiditatem nostris exitio fuisse." Lud. Tub. l. c. L. V. cap. VIII.

tibus, vires ad 80. millia superabant: nihilominus Budam per Solymannum diripi, trans ac cis Danubianas regni partes vastari, ad Maros caedi, ad 200. hominum millia in captiuitatem abduci, impune passi sunt: confer eundem Brodericum. — 4). Regum nostrorum egestas: haec profusis in Nobiles regni bonis ac collectarum, tributorumque prouentibus suborta, stipendiorum defectum post se traxit;[1]) ad

1) Ill. Vir Palma censet: „ad sarciendam reddituum dissipatorum iacturam, primum Andreas II. hospites, Nobilium praedia excolentes, non modo ad collectam, seu vectigal, verum etiam, reuocata in vsum D. Stephani institutione, ad liberos denarios aerario suo annis singulis persoluendos adegit. — Lex haec, — ne Seruientes regis, et omnes, qui comitatus habent, extra regnum, praeterquam pecunia regis ire teneantur (Andr. A. 1222. art. VII.) condita est, ne Andreas Rex nobilitatem Hungaricam rursus ad expeditionem Jerosolymitanam, propriis sumtibus peragendam, compellat.“ Parte I. p. 602. et 604. — Ast fallitur vtraque ratione: Collectae, atque vectigalium redditus iure originali Asiatico competebant regibus Hungariae; non sunt ab Andrea II. primum inuecti: „Volumus, inquit Proto rex Decr. II. cap. 6. vt sicut caeteris facultatem dedimus dominandi rerum suarum; ita res, milites, serui, et quidquid ad nostram regalem dignitatem pertinet, permanere debet immobile. Et a nemine quid inde rapiatur, aut subtrahatur. Nec quisquam ex his praedictis sibi fauorem aquirere audeat.“ Nunquam relaxati, sed confirmati: „Denarii per vniuersas Hungariae partes colligantur. — Liber quoque hospes, sicut Slaui vel caeteri extranei, qui in terris laborant aliorum, pro libertate denarios soluant. De Castellanis etiam, tam pro opere, quam pro

hunc sarciendum Ludouicum magnum, Sigismundum, Albertum Austriacum, castra, et tenuta regia impignorare aut venum dare: Joannem de Hunyad Gubernatorem, aere proprio stipendiatos alere, oportuit. Mathias Coruinus praescriptis comitialiter taxis de stipendiis militum satagebat prouidere; salubri hac constitutione anno 1492. art. 1, antiquata: „regia Maiestas contributionem, seu taxam vnius floreni, nulla ratione exigat; sed antiquis iustis, et consuetis prouentibus regalibus sit contenta" Wladislaus II. inuictam Mathiae Coruini phalangem nigram stipendiis destituere coactus[1]), ac Ludouicus

libertate, denarii accipiantur." Coloman. Decr. I. art. 79. 80. 81. — Andream vero regem comitati sunt quidam duntaxat Episcopi, Barones, ac Nobiles adeo libere, vt multi etiam voto obstricti, ab Innocentio III. PP. tam ex optimatibus, quibus Andreas Rex curam regni commisit, quam ex Episcopis, sint absoluti: V. ad an. 1217. in Codice. Ex Episcopis soli Agriensis, ac Jaurinensis; ex Baronibus vnicus Dionysius M. Tauernicorum regalium, cum decem millibus Saxonum ac Cruciatorum comperiuntur in Palaestinam profecti. A. Diacon. de Passagio Andreae, l. c. cap. XXVI. Chron. apud Pez Tom. I. col. 457. Illustrissimus proin Scriptor rationem et occasionem articulorum II. ac VII. tumultuariam Seruientium licentiam, sincere non prodidit.

1) E turbis, quas stipendium militibus haud suppeditatum, concierat, eam commemoro, quae legioni nigrae regis Mathiae, tot victoriis insigni, exitio, reipublicae autem damno maximo fuit: „Boëmi, causati stipendio se fraudari, hostibus prope infestiores, per agros vagari incipiunt, et se, iumentaque absque pretio alere, nec modo esculenta agricultoribus eripere, sed etiam id, quod

II. ipsis Coronae regiae bonis alienatis, ad supremam redactus fuerat rerum penuriam: ad castrum Jaicza in Bosnia prouidendum 32. regni Magnates super octo mille minus centum ac viginti quinque florenos Regi mutuandos nomina sua obligare coacti fuerant A. 1502. V. Commentarium meum de Bosnia p. 68. Ludouicum II. Comitia, vsitatum illud floreni vnius, seu centum denariorum, a singulis portis, aut sessionibus tributum, ex dimidio relaxare coëgerunt; ex his ipsis quinquaginta denariis, a singulis sessionibus, viginti pro Joanne de Zapolya, qui, vi pacti antichrestici, maiorem iam peculii regii partem, non sine lucro enormi possidebat, fuerant detracti[1]). Ipse Solymannus Budae moratus, Proceribus regni culpae dedit, quod inopem et imbecilem adeo

impune futurum rati, eos supellectili spoliare — Demum omnes in castra compulsi — deditionem facere coguntur; mox sacramento adacti; ne de caetero Hungaris iniurii forent, quo vellent extra Hungariam, cum omnibus suis rebus, dimissi." Lud. Tuber. l. c. Lib. V. cap. I. Ita Hungaria statiua militia destituta!

1) Qui exercituationis regiae onus, collatis expensis, subleuarunt iugiter, Ciues liberi ac regii fuerant: ait Sigismundus: „Ex nostro recordio non excidit — quod tempore disturbiorum regni nostri Hungariae — dum de paterno regno nostro Bohemiae in manu forti in praefatum regnum per dictam Ciuitatem nostram Poson. iter nostrum arripuissemus; tunc annotati Ciues nostri Poson. fideles ac deuoti, debitum sincerae fidelitatis exoluentes, se per gratae hospitalitatis complacentias prae omnibus aliis beneplacito nostro conformarunt. Attentis etiam multiplicium expensarum operibus, per ipsos nostros Ciues ad sustentationem nostrae et reginalis Maiestatum, Prae-

regem secum congredi fecerint: Idem Brodericus, l. c. [1]).

---

latorumque ac Baronum et Procerum nostrorum in eadem ciuitate pro tuitione ac defensione confiniorum praefati regni nostri Hungariae contra perfidos Huzytas et Taboritas — nostrosque atque dicti regni nostri Hungariae infideles et rebelles, fere vnius anni integri spatio moram trahentium, copiose factarum et expositarum." Diplom. anni 1430. V. Codicem. A Joannis de Hunyad temporibus, ad Josephi II. Imp. tempora exercitum regium stipendiis, militibus et annona Romani Pontifices, et Episcopi nostri parte maxima sustentarunt. Quod cum ab aliis dictum identidem sit, nolim regerere: cum militiae Hungariae mendosa constitutio argumentis pateat alioquin euidentibus.

1) Securitati publicae aduersa haec omnia conspirarunt sub Ludouico II., quae laudatus identidem Tubero hisce auguratus fuit: „Nam ab excessu Regis Hunyadis Mathiae, per triginta fere annos, res Hungarica adeo deses atque imbellis fuit, vt ex otii diuturnitate ac belli desuetudine, in sola vitia, diuitias, et luxuriam creuerit. Principes inter se discrepabant; nec Regi, praeterquam quod summa aerarii inopia laboraret, ob aetatem quidpiam auctoritatis inter suos fuit. Et auxerat Regis contemptum casus et caedes duorum Hungariae nobilium virorum, indigne a quodam Bohemo, in rixa subito exorta, interemtorum, quorum caedem cum vlcisci deberet, ne Bohemos, gentem sibi deditissimam, ab se abalienaret, inultam esse, magna Hungarorum consternatione, passus est. — Ea insuper fuerat id temporis Hungarorum, qui Regis aetatem regebant, cum publice, tum priuatim, auaritia, vt praeterquam quod a regio Quaestore, praesidiis locorum confinium omnia ma-

Ii tamen neutiquam sumus, vt grauissimarum seditionum, quibus vniuersa saepe domus regia la-

---

ligne praeberentur, ipsi etiam Praefecti haud paruam stipendii partem, nullo censurae regiae, ob regis aetatem, respectu, interuerterent. Ea sunt sane pleraque Hungarorum ingenia, vt nonnisi metu in officio contineantur; atque eo petulantiae quosdam eorum prouectos fuisse satis constat, vt non dubitarent propalam praedicare, e republica esse, regem inopia premi, nec debere eum armis et legionibus succinctum esse, si tyrannidem exercere nolit; nobilitatem vero diuitiis abundare, vt scilicet commodius militiae onera, cum opus fuerit, subire et operam reipublicae praebere possit. Quaquidem re, improbi homines, regnum viribus florentissimum, cum omnibus fere accolis, contemnendum reddidere: quandoquidem Rex, egestate laborans, praeter quod scelestos ac dicto minime audientes Principes ad officium cogere nequeat, neque pacis, neque belli munera, e regia dignitate satis obire potest; sed dempta sibi Regis authoritate, omnia precario, aeque ac priuatus, agere cogitur. Atque hinc in, regem ex egestate contemtus, ex priuatorum vero opulentia, superba animorum elatio, factiones et discordiae rerum publicarum pestes, maximae oriuntur. Ita, contra ac plerique Hungarorum opinantur, per se habet: Nam regem opulentia maxime decet, priuatos vero paupertas; qua sane magistra, militaris praesertim disciplina semper stetit." L. c. L. XI. §. IV. „Hungari vbi accepere, Turcarum Regem, cum ingenti exercitu fines Pannoniae inuasisse, atque ad Taurunum castra posuisse; quia pacis modo id temporis incuriose agebant, trepidare coeperunt, pauoreque ac consternatione impediti, nihil quod salubre esset, expediebant. Tandem terror instans coëgit eos ad consultandum,

borabat, turbarum frequentium, quae vastitate regni, incendiis, sanguinisque innocui profusione fuerant componendae, a naeuis rei militaris Hungaricae repetamus vnice [1]) 1). Culpa non vacabant omni reges

quonam modo obuiam praesentibus periculis iretur. — Itaque — Regem armatum, de more Hungarico, equum ascendere, delectumque militum habere decernunt, misso prius Romam, ad Pontificem Leonem decimum, oratore, qui et periculum regni Hungariei indicaret, et pecuniam ad conducendum militem ab eo peteret. — Quamquam Hungaris, insperata re perculsis, consilium magis et charitas in communem patriam, regiaque auctoritas, qua Rex, quae in rem essent, imperaret, quam aut pecunia aut miles decrat. Quippe regnum Hungariae, viris, equis, armis, auro atque argento, nulli christianorum regno secundum, satis per se ad sui defensionem futurum tunc fuisset, priuatisque opibus publica res egregie administrari potuisset, si regii imperii verecundiam Nobilitas habuisset, et pro se quisque, Regi ac patriae ad tempus commodare, in animum induxisset; recepturi mox, cum pecunia in aerario esset, quae in communem salutem contulissent.“ Ibid. §. V.

1) „Cum rebus publicis nihil sit intestina discordia perniciosius, nec vlla alia pestis, ad magna quaequae imperia euertenda, illa validior magis; vtile ac frugiferum legentibus fore duxi, si perturbationem regni Hungariae, internis simultatibus exortam, separatis fere voluminibus, quo res ipsa esset conspectior, perscriberem. Dignum enim memoria, atque humano documento id visum est: ex quo appareret, regna non magis armis parari, atque augeri, quam ciuili concordia conseruari, ac omni magno imperio multo magis domesticas seditiones, quam externa arma timendas esse. Nam quantum propriis viribus aduersus externam vim tutus esse vide-

ipsi nostrates: qui praeprimis aduenas, moribus fors ac scientia prae patriae filiis excultos, studio immodico fouerant inuidiam vsque: habebat nempe id sibi gens Hungara proprium, vt cum ipsa fide et amore in principes suos concedat nemini, vicissim ab iisdem diligi aestimarique ambiuerit, ac negligi tulerit aegerrime: quod Proto-regi Stephano, Petro, Salamoni, Andreae II. Sigismundo, ac Ladislao Posthumo etc. non leues conciuit turbas. Regnum inter reges, fratres, filiosque suos partitum non absimiliter perperam cessit: Andreae I. Emerico, Andreae II. Belae IV. Interdum odia suorum prouocarunt aerarii egestatem illegalibus mediis sarcire conati: Andreas II. Bela IV. Carolus Robertus, Mathias Coruinus. Principes nostri animos inconsulta saepe seueritate, citra ordinem iustitiae, aut alieno plane tempore adhibita, non sine reipublicae damno exasperarunt: quod in Petro, Samuele Aba, Bela coeco, Sigismundo, Leopoldo I. animaduertendum. Viam discordiis ac seditionibus non minus aperuit nonnullorum regum in tuendis legibus socordia, ac supina quaedam iurium Maiestaticorum aerariique publici negligentia: causa hac Hungaria Andrea II. Ladislao Cumano, Sigismundo, Wladislao II. [1]) Ludouico II.

---

ris, tantum te dissensio imbecillem reddit, atque hostili exponit iniuriae; quandoquidem et per se, vbi discordia immigrauit, regna collabuntur, ac veluti ingentia in montibus robora, quae nulla vis ventorum conuellere potest, carie ipsa proprio vitio imis radicibus innata, nullo impellente, ad terram concidunt; quod profecto regno Hungariae euenire vidimus." — — Tubero in comm. de temporibus suis, L. I. cap. I.

1) Ignauiam Wladislai II. cum domi, tum foris, aegerrime

Rudolfo, habenas regni dimittentibus, pax ac tranquillitas profligata fuerat. 2). Arguendi non minus sunt nonnulli aularum regiarum administri, non communem reipublicae salutem, sed priuata solum sua, aut clientum, amicorumque emolumenta sectantes, qui confictis de industria in viros clarissimos criminibus, aut veritate celata, Principes egerant in praeceps; his vitiis notantur: Buda sub Rege Petro, Vidus sub Salamone, Dionysius Palatinus sub Andrea II. Nicolaus de Gara sub Elisabetha ac Maria Reginis, Vlricus Comes Ciliensis sub Ladislao Posthumo, Ambringenius sub Leopoldo I. Alii ambitione vltra priuati hominis conditionem abrepti, rerum suarum cum communi reip. damno augendarum cupidi, in constitutionis auitae subuersione domos suas erigere affectarant: tales fuerant Bors Comes et Iwan sub Stephano II. Gara Nicolaus, ac Ladislaus, et

---

tulerant Hungari: „Premebant passim plebs, principesque; voces regia indigna maiestate audiebantur; quippe iam haud dissimulanter, dolore verecundiam vincente, Wladislaum segnem, desidem, ignauum appellabant; vtpote cuius animum, nec gloriae cupiditas tangeret, nec infamiae turpitudo morderet: rursum manus ad coelum tendentes, Regem Mathiam Hunyadem Coruinum amissum, quasi viuentem, impares desiderio implorabant. Hunc vnicum regem fuisse praedicabant, qui non modo ciues suos ab externa vi tutari, sed etiam imperium suum augere nosset. — — Haec aut his similia, prout dolor animi iratis verba suppeditabat, ab Hungaris in Wladislaum — merito iactabantur." Tubero l. c. L. VI. §. XVI. Ignauiam Wladislai legis articuli, non e communi reipublicae bono, sed priuatorum ambitione dati, redarguunt maxime.

Ujlaky Laurentius sub Ladislao Posthumo ac Mathia Coruino; Joannes de Zapolya sub Wladislao II. ac Ludouico II. [1]). 3). Ingenium Hungaris proprium, libertatis, licentiam vsque, tumidum, animus discors, mens labores dirigere nescia, multis motibus ortum dedit: „Efroenem gentem foemineum nequit regere imperium. — Hungariae populus — potentis ad instar pelagi fluctuat dissidiis intrinsecis. Nostros dirigere nequimus labores. Quis tanti habenas temperet regni, ardua res est.“ Ita Legati ad Carolum Paruum Neapolitanum Chron. Thur. P. IV. cap. II. [2]).

1) Joannem Zapola honoris ambitione contra cruce signatos, Duce Georgio Dosa, ad 80,000 aduersus Turcas congregatos, per Nobiles vero impeditos, egisse, prodidit Lud. Tubero: „Scepusiensis cognito Stephani de Bátor, Tibiscanorum Praefecti periculo, non tam succurrendi studio, honoris enim, vt fit, aemulatio, eorum animos disiunxerat, quam ne gloriae occasionem praetermitteret (nam in publicam vtilitatem, vel aduersario opem ferre, amplum sibi fore existimabat) coactis cum suis, tum prouinciae suae viribus, magnis itineribus ad Tibiscum contendit.“ Com. L. X. §. V. In agrestes veniam deprecantes, saeuiendo, Nobilium fauorem; horum vero suffragio gradum ad solium regium aucupatus.

2) Tumidum, ac discors Hungarorum ingenium, principio notauit Regino Brumensis Abbas; illud indesinentes, discriminisque plenissimas concitasse turbas, non celarunt optimi quique nostratium: „Eodem tempore, et iisdem fere diebus, quibus Strigonii obsidio soluta est (A.1604. Octob. XIV.) Stephanus Bocskaius in partibus vltra Tibiscum flumen turbulentos et perniciosos motus concitauit, qui confluentibus ad eum puncto temporis seditiosissimis quibusque, et rerum nouarum cupidissimis, non-

4). Inerant etiam ipsi auitae constitutioni quaedam discordiarum semina: ius nempe eligendi regis, ac sine nota alicuius infidelitatis regibus, dispositioni aureae bullae contraire volentibus, contradicendi libera cuilibet aperta facultas: primum Andrea III. peremto regnum annos decem agitauit; post obitum Ludouici M. Croatarum ac Transiluanorum aemulatione, caedibus ac bellis omnia conuulsit; mortuis vero Ladislao Posthumo, Mathia Coruino, Ludouico II. in exitium propulit[1]). Alterum vero ambitiosis, in licenti-

nullis vero metu coactis, totum fere regnum vehementer conturbauere, et parum abfuit, quin funditus euerterent.“ Istvánfi Lib. XXIII. p. 523. „Gloriosissima olim ac per totum terrarum orbem nulli secunda gens Pannonica in partes diuersa ac diuulsa, ad quam infelicitatem se suosque praecipitauerit, — demonstrant id antiqua rerum Pannonicarum monumenta, — tot euersa oppida, diruta validissimorum castellorum et propugnaculorum moenia. — Ita flos ille mundi fractus et exhaustus malis, quem ouantem tot victoriis ac decoratum vniuersus adspiciebat orbis, discordia tandem eneruatus ac confectus decidit.“ Wolfg. Bethlen epist. dedic. Principi Michaëli Apafi.

1) Malorum, quibus Hungaria inuoluta fuerat, cumulum, conuentio ante coronationem inter regem et regni Ordines anno 1490. suborta auxit. Hac auctoritas regia constricta, Nobilium, qui fere omnia ad suum non item commune regni bonum reuocabant, libertas licentiam vsque inualuit. Magnates mox se regi pene pares ferre, nobilitatem reliquam sensim contemnere, aut largitionibus in suamet studia distrahere, regnum factionibus agitare. Conditio ciuium precaria, plebis miserrima esse coepit. Artibus bonis, quae feros emolliunt mores; scientiis,

amque proiectis, in arma ruendi, debita obsequia Regibus detrectandi, specioso titulo fuit. Vsi hoc in rem suam fuerant Principes praesertim Transiluani, Stephanus Bocskay de Kis Maria, Gabriel Bethlen, Georgius ac Franciscus Rákoczii, Emericus Tökölyi etc. Quoties reges nostros bellis alibi distractos, minoribus instructos viribus, aduerterant, inuadendi Hungariam, sparsis libellis, se ad vindicandam ab Austriacorum Principum oppressione gentis Hungariae libertatem, religionisque ab auita Catholica differentium tutelam, venire se, iactandi, multosque in partes suas ciendi, ansam nacti. Egregii hi Hungariae libertatis vindices, mox ipsis sociis suis Turcis atrocius regnum depopulantes, sacris profanis-

iurium atque officiorum magistris; commerciis, rerum promtuariis, sua defuere pretia, ac praesidia; vi ac potentia inualescentibus. Conuentus publici, qui malis hisce mederi debebant, aegrotabant maximis: Decreto anni 1495. sancitum quidem fuerat: Regi, vno prius mense, necessitates suas ac regni, procul semotis priuatorum causis, fore Praelatis ac Baronibus, qui ei a consiliis esse solent, proponendas, et a regni Ordinibus, dum collecti fuerint, cum moderamine, ac quae viros, quibus patria cordi est, decet grauitate, librandas, quodue ad publicum pertinere videbitur emolumentum, secundum quae sanior pars sententiam feret, vt comitia citius solui ac negocia tempori necessitatique rei publicae cum fructu accomodari queant, constituendum. Saluberrimum hoc institutum, maiori ad comitia, quam ad exercitum, armatorum concursu, factionibus excitatis, rebus strepitu magis ac conclamatione, quam consilio bonique communis studio, agitatis, magno sem-

que expilatis, in vltimam illud egestatem coniecere XII. [1]).

Malis his curandis, regimine Hungariae ad domum Habsburgio-Austriacam deuoluto media adhibita sunt opportuna; Jus successionis haereditariae Ferdinandi I. liberis, tum ordini primogeniturae, sexus masculini, est affixum A. 1687. decr. IV.; ad sexum faemineum quoque certa serie extensum anno

per regni damno, est interuersum. Quapropter Reges prouentuum regalium egestatem, Ordines comitialiter congregati, armorum, et legum sanctimoniae defectum questi merito sunt: „Sed quoniam ad id (auertendum Jaitzae obsessae periculum) magna vis pecuniarum existat necessaria, prouentus vero nostros regales pro nunc nullos habemus.“ (Lud. A. 1517. litt. ad Bartfenses). „Quoniam omne regnum duobus instrumentis regitur et conseruatur, scilicet armis et legibus; quorum hoc regno nostro Hungariae, hoc tempore, neutrum habetur. Quamquam hactenus quoque multa et multoties bona, vtiliaque statuta, salutem et quietem status totius regni, et imprimis quidem incrementum regiminis Maiestatis regiae concernentia, ordinata fuerant; quia tamen obseruatio et executio earum constitutionum subsequuta nunquam fuit, ideo in irritum omnia transierunt.“ Ingressus ad decretum A. 1518. In armatorum ad campum, Vrbi Pest adsitum, confluxu anno 1525. a Maiorum in consiliis grauitate, ac communi in bonum publicum studio, quae Comitiorum anima esse debent, deflexum fuit maxime. Causis his regnum hosti extero in praedam cedere necesse erat.

1) Turbis causam dedit plebis etiam in Hungaria conditio: fuit haec, pia Proto regis moderatione, libertate donata, ac pactis conuentis circumscripta; Ludouici vero

1723. decreto II. — Ne fatalis bullae aureae clausula vlterioribus turbis praeberet ansam, abrogata est in Comitiis anni 1687. articulo IV. Calamitas tamen inde orta, non ante, quam vbi Transiluani eundem denuo nobiscum Principem coeperunt venerari, desiit. — Nobiles, ad aram focosque defendendos adstricti, tam ad stipendium militibus regiis continuo suppeditandum, quam etiam ad viritim cum gentibus insurgendum effecti promtiores. — Postquam apud singulos Europae Principes aliam res militaris induit formam; experimentoque diutino compertum fuerat, cum ad internam, tum etiam externam securitatem esse militem stabilem vtiliorem, quam qui periculo vrgente cogitur, rudis, insolens, ac disciplinae insuetus, [1])

Magni prouidentia, omnium productorum, vini, frugum etc. nonis partibus Dominis fundi contribuendis temperata. Mox tamen subditorum libera migratio aretata, praestationes vero Dominorum cupiditate adauctae; omnesque causae ab eorumdem sede iudicaria pendentes sunt effectae. A Sigismundi praeterea temporibus colonorum quiuis tricesimus, aut vigesimus, belli onus, Nobilium vice, supportare coacti. Arma, quae cruciatis expeditionibus, ac regni defensione condidicerant ferre, in eos, quos clam oderant, aperte identidem conuerterunt. „Multae generationes regnum Hungariae incolunt, sola tamen Hungarorum nobilitas, vna cum Pontificibus suis, — ius ferendi suffragii in conuentibus habet. Hi autem apud Hungaros Nobiles censentur, quorum omnis vita in studiis rei militaris consistit; quique procul a cultu vrbano absunt, (vrbes enim incolere, opificum ac mercatorum esse putant), atque in praediis suis vicatim habitantes, non modo ab omni tributo liberi agunt, sed etiam omnia iura, quae dominis in seruos sunt, habent." Lud. Tubero. Commen. Lib. I. cap. VI.

1) Habet hoc etiam insurrectionalis Nobilium militia sinistri, quod ordine haud coercita, taxationes post se trahat

illum domi quoque nostrae adoptare placuit. Munus hoc, cum stipendio contribuendo, in non—nobiles est deuolutum. Decreto anni 1715. art. 23. In Croatiae, Slauoniae ac Transiluaniae finibus quaedam veterum castrensium speeies reuecta, quae confiniariorum nomine venit. Eam tamen gloriam Status nobiles sibi reseruatam, publicisque sanctionibus firmatam voluerunt, vt, si hostis in regnum irrumperet, neque ordinariis viribus eiici posset, viritim, cum gentibus, arma capere, suismet sumtibus — teneantur. Quod sub initiis regni Augustae Mariae Theresiae, ab hostibus vndique circumuentae, gloriose praestiterant quoque. Altera post annos quadraginta insurrectio, Gallis regnum inuadentibus, iusto serius congregata, nec armis congrue instructa, nec exercitio roborata, minori cessit gloriae; debitamque poscit reformationem. Praestationes colonorum pietate M. Theresiae, Francisci II. ac Ferdinandi quinti Augustorum regulatae. Vt et Hungarorum ingenium scientiarum, artium, ac religionis cultu mitescat, alienigenarum vero aemulatio legum moderamine temperetur, necessitatibus publicis communibus subsidiis prouisum sit, precandum.

Jam ad vicissitudines regni ab anno 1382—1437. nouis documentis illustrandas conuertimur. Pestini 14. Junii 1841.

AUCTOR.

---

arbitrarias: ad inuidiam dedinandam vetus do argumentum: „Nicolaus K. cum Caseoforum (Kesmarkinum) non vt inimicus, sed amicus intromissus esset; omnes alios —terrae Scepusiensis exemtos, late est depopulatus, et insignis praedo huius territorii, ad vota taxauit.“ Ex authentico anni 1533.

Series Diplomatum Tomi X. Vol. VIII. supplementari exhibitorum: ad annos 1382—1437.

Anno 1382.

I. Sigismundus, Marchio Brandenburg. Poloniae Dominus.

II. Idem cum vicinis Principibus annos sex pacem conficit.

III. Idem cum Episcopo Merseburgensi vnitur.

IV. Idem S. Romani Imperii Archicamerarius et Elector.

V. Causa successionalis Annae, vxoris M. Nicolai Berzethe de Monostòr, coram Judicio Ciuitatis Poson.

Anno 1383.

VI. Maria regina Hungariae mercatores de ciuitate Cibinii Transilu. per tricesimatores de Óvár grauari prohibet.

VII. Maria iure geniturae vti filius masculus succedens.

VIII. Eadem Literas donationales pro Nicolao de Gara Palatino transcribit et confirmat.

IX. Eadem iubet Posonii monetam argenteam quarting, vulgo Fillér, cudi.

X. Eadem Ciuibus Ragusinis priuilegium vini ac salis restaurat.

XI. Elisabeth, regina mater, Emerico Bubek, Dalmat. et Croatiae Bano, quod Valachos e territorio Sibinicensium haud expulerit, exprobrat.

XII. Capitulum Jaurin. super violentia per Vice-Castellanum Poson. perpetrata Mariae reginae relationem praestat.

XIII. Cap. Poson. super quarta in Egyházos magyar excisa fassionales edit.

XIV. Cap. Buden. literas Belae IV. R. H. super castro Fülek ademto, iussu reginae Elisabeth, transcribit.

XV. Idem Cap. Buden. iussu reginae Mariae appertinentias Castri Komarom a possessionibus Archiepiscopi Strigon. distinguit.

XVI. Nicol. Zambó Mr. Tauernicorum regalium termino praescripto non venientes pro ciuibus Poson. conuincit.

Anno 1384.

XVII. Maria Regina modum merces a forensibus Posonium inuectas tricesimandi ordinat.

XVIII. Eadem possessionem Zilay Episcopatui Transiluano nouiter donat ac perpetuat.

XIX. Eadem Ciuibus Poson. super immunitatibus protectionales elargitur.

XX. Eadem iisdem super nundinis priuilegium.

XXI. Eadem Montanistas de Riuulis dominarum ac Felső-Bánya ab vsu siluae nigrae regalis prohiberi vetat.

XXII. Eadem Transactionem familiae Scarus ratam habet.

XXIII. Elisabeth regina vidua Herbordo poenae capitis gratiam facit.

XXIV. Eadem Elisabeth Thomam de S. Georgio Dalm. ac Croatiae Banum Valachos e territorio Sibinicen. exigere, ac damnum resarcire, iubet.

XXV. Guillermus Ep. Jaurin. Cantoratui Cap. decimam de Lovászpatona restituit.

XXVI. Cap. Varad. super medietate possessionis Keresztur Ecclesiae S. Michaëlis A. donata testatur.

XXVII. Cap. Buden. de possessione Leand, Cott. Bars vendita fassionales edit.

XXVIII. Coenobia pro Eremitis S. Pauli fundantur.

XXIX. Cap. Buden. iussu reginae Mariae par metalium pro Demetrio Cardinali et A. Episcopo Strigon. elargitur.

XXX. Conuentus S. Adriani de Zala prohibet portiones de possessione Ivanch vendi.

XXXI. Documentum vigentis auiticitatis.

XXXII. Nicolaus de Gara Palatinus literas M. Benedicti de anno 1266. Szkárosios concernentes priuilegialiter transumit.

XXXIII. Idem Palatinus iuxta rescriptam Capituli Agriensis diuisionem terras Sakâros ac Kis Hamva partibus adiudicat.

XXXIV. Nicolaus de Zámbo Mr. Tauernicorum regalium pro ciuibus Poson. causam contra Abbatem S. Montis Pannoniae prorogat.

XXXV. Idem eadem in causa.

XXXVI. Idem Abbatem de Pilis in tres domos Poson. per Cap. Buden. introduci iubet.

XXXVII. Compulsoriae instrumentorum tradendorum causa Apostolicae.

XXXVIII. Transactionales coram Judicis Curiae regiae notario.

Anno 1385.

XXXIX. Reginae Hungariae Hedwigem sororem ac filiam suam Wilhelmo Austriae Duci, compactorum fide, tradendam procurant.

XL. Elisabeth regina ciuitati Poson. super nundinis Dominica Laetare celebrandis priuilegium largitur.

XLI. Maria regina iura Ciuibus de Solna, alias Sylna, a Carolo R. Rege concessa, firmat.

XLII. Caroli Parui caedes.

XLIII. Reginarum Mariae et Elisabeth captiuitas.

XLIV. Sigismundus Marchionatum suum Brandenburg. ad auxilium reginis captis obtinendum, Wenceslao R. ac B. regi transcribit.

XLV. Idem a Wilhelmo de Sternberg pecunias mutuat.

XLVI. Idem eundem Wilhelmum ac huius milites contra factiosos Hungaros in stipendium suscipit.

XLVII. Idem fideli Ciuitati Poson. libertates, immunitates, ac consuetudines confirmat, ac defensionem contra hostes addicit.

XLVIII. Idem ciuitati Poson. se tricesimam, Jaurinum ac Semptauiam transpositurum, promittit.

XLIX. Idem ciuitatem Poson. Jodoco ac Procopio, Marchionibus Morauiae, oppignorare necessitatur.

L. Prouocatoriae regnicolarum ad Ciues Poson. vt reginis captiuis fideles maneant.
LI. Gregorius XI. PP. Cruciferos Hungariae ac Dalmatiae ad bellandum contra Turcos, cum Magistro Rhodio, proficisci iubet.
LII. Demetrius A. Ep. Strigon. ac Cardinalis varias lites componit.
LIII. Capitulum Castriferrei super dote ac paraphernalibus nobili Dominae Elisabeth de Franklo expeditis, testimoniales largitur.
LIV. Idem Capitulum super vno loco molendini, in fluuio Raba, cesso fassionales edit.
LV. Idem cap. Benedictum de Kolta iura sua super possessione Reznuk M. Nicolao de Egerwar cessise, fatetur.
LVI. Cap. Jaurin. filios Petri de Pothiund iussu regis Sigismundi rite statutos refert.
LVII. Cap. Nitrien. bullam Bonifacii VIII. pro Monialibus S. Clarae priuilegialiter transcribit.
LVIII. Nicolaus de Zeech Palatinus literas adiudicatorias super molendino Püspökiensi, ac relatorias Capituli Budensis de anno 1387. expedit.
LIX. Idem Palatinus quartalicia possessionis Szakácsi nobilibus de Ereztvény adiudicat.

Anno 1386.

LX. Sigismundus ad componendas inter se, ac Reginas controuersias, in Wenceslaum Romanorum ac Bohemiae regem compromittit.
LXI. Wenceslaus pacem inter eos, ac Jodocum Marchionem certis sub conditionibus conficit.
LXII. Vrbanus VI. PP. in sponsalibus Hedwigis, Poloniae reginae, cum Wilhelmo Duce Au-

strio contractis, in fauorem Jagellonis, Ducis Lythuaniae, ad fidem catholicam conuersi, atque ad regimen exciti, dispensat.

LXIII. Nuncii Apostolici, in Hungariam destinati, ac Comitatus Cettinae iura S. regni Coronae obseruantis, indicium.

LXIV. Nicolaus de Iwanch bona sua inter quinque filios suos diuidit.

Anno 1387.

LXV. Maria Regina Francisco ac Simoni, filiis Konyae Bani, possessionem Sarnoizza per modum cambii confert.

LXVI. Eadem Regina, Princeps Salernitana, et montis S. Angeli Domina Crisii.

LXVII. Sigismundus Rex Hungariae Paulo ac Joanni, Comitibus de Frakno, possessionem Zerdahely, in Comitatu Sopron, M. Joanni Ost restituendam inungit.

LXVIII. Petrus, Moldauiae Vaiuoda, a regno Hungariae desciscens, regi Poloniae se gentemque suam subiicit.

LXIX. Coenobium de Lád B. M. V. fundatur.

LXX. Jadrenses regibus Hungariae obnoxii.

LXXI. Conuentus S. Adriani de Zala super terris Tormafeuld etc. dilectione cognatae Agathae cessis fassionales edit.

LXXII. Conuentus de Lelesz possessionem suam Mike, Cot. Bihar, erga Capitularem M. Varad. Vajda dictam, Com. Zemplen. cambiat.

LXXIII. Stephanus Palatinus causam inter Ciues Poson. et Abbatem montis Pannoniae agitatam prorogat.

LXXIV. C. Emericus Bubek, Judex Curiae Regiae pro parte Nicolai Zambo, Mri Tauernicorum Regal. Nicolaum de Berzöthe, in actu maioris potentiae conuincit.

LXXV. Solennis conuentio, inter Plebanum ac Judices ciuitatis Riuuli Dominarum, antiqua consuetudine fundata.

LXXVI. Joannis Parochi de Patak ac patris ipsius Ladislai Kakas de Kaza, contra Nicolaum eiectum inde Parochum protestatoriae.

LXXVII. Inquisitoriae contra in Ecclesia interficere volentes.

Anno 1388.

LXXVIII. Sigismundus R. H. coronationis sui, ac donationis rationem reddit.

LXXIX. Idem cum Wladislao, Poloniae rege, inducias annuas paciscitur.

LXXX. Idem Bohemiae regnicolas, in casum, si regnum illud a Wenceslao Rege, fratri suo Joanni, Duci Görliczensi, addiceretur, a fide sibi iurata absoluit.

LXXXI. Idem Marchiam suam Brandenburg. Marchionibus Morauiae impignorat.

LXXXII. Idem Brandenburgenses Legatos Trenchinium submittere iubet.

LXXXIII. Idem, quid cum equis mercatorum Cibiniensium sit obseruandum, tributariis suis praescribit.

LXXXIV. Idem Fr. Petrum Abbatem de Tata in possessiones per Abbatem montis Pannoniae introduci iubet.

LXXXV. Idem Sigismundus literas, Chekto concernentes, examinatas, confirmat.

LXXXVI. Cap. Castriferrei super molendino in fluuio Raba, possessione Iuanch, vendito fassiones edit.

LXXXVII. Conuentus de Jaszó super portione in Kalsa abalienanda prohibitorias elargitur.

LXXXVIII. Cap. Nitriense de iure quartalitio excontentato Petrum de Zamard quietum reddit.

LXXXIX. Cap. Castriferrei super sex curiis Michaëli de Posafalva per nobiles de genere Tyak in remunerationem fidelium seruitiorum donatis, testatur.

XC. Stephanus, regni Hungariae Palatinus, in congregatione generali, prope Gyarmath celebrata, exhibitionem instrumentorum prorogat.

XCI. C. Emericus Bubek Curiae regiae Judex, Nicolaum, filium Georgii, contra Nicolaum filium Trepk de Sévennye in sententia capitali, et amissione bonorum conuincit.

XCII. Nicolaus de Kanisa Mr. Tauernicorum Regal. Judices de Körmend in poena capitis, ac bonorum amissionis similiter conuincit.

XCIII. Paulus Comes de Frakno certam sessionem in pignus locat.

XCIV. C. Emericus Bubek, Judex Curiae regiae, literas regis Ludouici super terra Boor A. 1378. editas pro Josepho Procuratore transcribit.

XCV. Eiusdem adiudicatoriae pro parte Nibilium de Kata.

XCVI. Monasterii montis Pannoniae super introductione Abbatis de Tata relatoriae.

XCVII. Capituli Jaurin. supra silua Egred per Petrum de Harka ciuitati Sopron donata fassionales.

XCVIII. Magistratus Ciuicus Posonien. super vinea

et horto Jacobo Venturini in censum datis testimoniales elargitur.

XCIX. Statuta Ciuitatis Scaniensis iussu Dominorum suorum Comitum de Weglia.

Anno 1389.

C. Sigismundus R. H. quaestiones in causa donationum, monasterio B. M. V. de Veteri Buda monialibus factarum, iuri suo reseruat.

CI. Idem ciuium Poson. a soluendis in portubus Poson. Challó et Szőlős; item Moraua tributis immunitatem confirmat.

CII. Idem priuilegium etiam a Ludouico M. ciuibus Poson. ratione haereditatum tam testamento, quam ab intestato decedentium, concessum firmat.

CIII. Idem priuilegium etiam alterum ab eodem Ludouico Ciuibus Poson concessum, super immunitate solutionis more extraneorum, sub nomine Gastgab, de vineis in promontorio Dévén dependendis, confirmat.

CIV. Idem Tybaldum de Zenche, asseclam filii condam Joannis de Palisna infidelem bonis mulctat.

CV. Idem ad controuersias cum Alberto IV. Austriae Duce componendas Barones regni ablegat.

CVI. Idem cum Ducibus Austriae de pace conseruanda concordat.

CVII. Quietantia Jodoci Marchionis Morauiae anno 1389. Ciuitati Poson. super praestitis ei per tempus pignoris solutionibus et obedientia, data.

CVIII. Miricius Transalpinus, ac Petrus Moldauanus Vaiuodae cum Wladislao R. P. aduersus Regem Hungariae confoederantur.

CIX. Petrus, filius Stephani de Harka, se syluam suam Egred ciuitati Sopron donasse fatetur, coram Capit. Jaurien.

CX. Stephani, regni Hungariae Palatini sententionales super villa Kaladen.

Anno 1390.

CXI. Sigismundus R. H. causas Sanctimonialium de Veteri Buda sibi reseruatas per procuratores discerni praecipit.

CXII. Idem Nicolaum de Gara Banum, ab Arbensibus Comitem anno vno electum, confirmat.

CXIII. Idem possessionem Lelez', in Comitatu de Baranya, M. Joanni, Protonotario Judicis Curiae, confert.

CXIV. Idem, Albertus item Dux Austriae, ac Jodocus Marchio Morauiae, vnionem pro dominiis suis defendendis ineunt.

CXV. Idem metas Castri Kővar, in Comitatu Zolnok mediocri, testimonio conuentus de Lelesz figit.

CXVI. Procopius Marchio Morauiae, castrum Eberstorf, Petro Comiti de S. Georgio, vendit.

CXVII. Mirxa, Transalpinus Vaiuoda, foedus suum cum Wladislao Poloniae rege, aduersus Sigismundum iterat.

CXVIII. Vnio haec et confoederatio per oratores, additis quibusdam articulis explicatur.

CXIX. Leonhardus Pensauro, A. Eppi Strigon. Vicarius querelam contra Parochos A. Diaconatus Poson. compositam suo firmat assensu.

CXX. Cap. Castriferrei de portione in Iwanch per Gregorium de Ajakas vendita fassionales edit.

CXXI. Idem Cap. super possessionibus abalienandis pro Agyagosianis largitur.

CXXII. Cap. de Posega super concordia ratione portionis in Kosechnyk peracta testatur.

CXXIII. Cap. Chasmense super statutione iussu regis Sigismundi pro filiabus Orgovan peracta refert.

CXXIV. Capitul. Castriferrei transumtum literarum Geysae II. R. H. de anno 1237. emanatum, a se anno 1337. transumtum, in paribus expediri iubet.

CXXV. Idem Cap. de diuisione portionali possessionis Frankló, alias Saarad, inter Frankloianos peracta refert.

Anno 1391.

CXXVI. Sieismundus R. H. ciuitati Poson. super negociatione equorum in duabus nundinis priuilegium largitur.

CXXVII. Idem Cibiniensibus eandem, quam ciuibus de Brasso mercandi libertatem, impertitur.

CXXVIII. Idem Gallo de Zéch, virtutis merito, donationes impertitur.

CXXIX. Sub Sigismundo R. H. sodalitas benefica orta.

CXXX. Sub Bonifacio IX. PP. pro mulieribus de Cibinio monasterium S. Clarae fundatur.

CXXXI. Conuent. Simigh. conuentionem inter condonatarios ac Generationales de Szent György factam exhibet.

CXXXII. Cap. Castriferrei de quinque fundis curialibus per Gregorium de Iwanch venditis fassionales edit.

CXXXIII. Sententia Sigismundi regis super possessionibus Karad ac Barbay cambiatis.

CXXXIV. Conuentus de Lelesz Perénpyianos a possessione Thoronya occupanda per Moniales S. Clarae de Patak prohibitos attestatur.

CXXXV. Conuentus de Jászó super quartalitio de possessione Gergelyfalua exoluto nobiles de Fizi expedit.

CXXXVI. Cap. Jaurin. literas Joan. de Kanisa Mri Tavar. pro Judicibus Sopron transcribit.

CXXXVII. Cap. Strigon. iussu regis Sigismundi, Ladislaum de Saro, in possessione Mikola, e conuentione pactata statutum rescribit.

CXXXVIII. Mirxa, Vaiuoda Transalpinus priorem suam cum Vladislao P. R. confoederationem confirmat.

Anno 1392.

CXXXIX. Joannes de Kanisa, A. Ep. Strigon. ab Episcopo Wesprim. decimas exarandat.

CXL. Sigismundus R. H. Ciuibus Poson. interusurium a pecunia ad culturam vinearum a Judaeis mutuata obueniens, et exaggeratum relaxat.

CXLI. Idem possessionem Mikola Ladislao de Saro, Comiti Temesiensi, noua donatione confirmat ac donat.

CXLII. Idem ad Nicopolim minorem infeliciter pugnat; ferturque Blasio Cserey de Baróth hac fuga insignia gentilitia concessisse.

CXLIII. Idem litem circa terras inter Köszegh ac villam Lochmand, Nicolao de Gara donatas, ac possessiones monasterii de Borsmonostra controuersas, definiri curat.

CXLIV. Idem cum Alberto Austrio, ac Jodoco, Marchione Morauiae, nouiter confoederatur.

CXLV. Idem Comiti Styborio castrum Holich statui iubet.

CXLVI. Stephanus Dabiscia Rasciae, ac Dalmatiae Dominus.

CXLVII. Vvlch Woywoda in Dalmatia et Croatia.

CXLVIII. Cap. Jaurin. protestationem M. Joannis Osl contra M. Joannem filium Leukes exhibet.

DXLIX. Cap. Castriferrei super dotalitiis ac quarlitio excontentatis testatur.

CL. Idem Capitulum super portione in Pusztakér impignorata fassionales edit.

CLI. Conu. Monasterii S. montis Pannoniae Concordiam familiae Lewrenthe exhibet.

CLII. Idem Conuentus eorum diuisionem ratione terrae Szent Iván attestatur.

CLIII. Stephanus, Regni Palatinus, terras absque iure possessas Abbatiae de Tata restituit.

Anno 1393.

CLIV. Maria R. H. possessionem suam reginalem, consensu Sigismundi, cum bonis Konyaianis in Com. Krasso, Kewy, Orod et Temes cambiat.

CLV. Sigismundus R. H. Gregorio de Wannis, ad preces Materni Episcopi Vesprim. terras de Sz. Király Szabadgya, titulo defectus, donat.

CLVI. Nicolai Trentul, Comitis de Posega, testimonium ex congregatione generali Comitatus de Posegavár, quod V. Comes, Judlium et Jurati assessores sub iuramento inquisitionem peractam retulerint.

CLVII. Concordia inter filiam Joannis de Homonna, ac Thomam, filium Kazmery de Tarnócz.

CLVIII. Conu. de Klus dispositionem testamentariam Dominae Elisabeth, consortis Blasii Militis, perhibet.

CLIX. Abbatia S. Georgii militis ac M. de Szerencs pro Benedictinis fund.

CLX. Capituli Posega executionales pro Ecclesia Zagrabiensi.

CLXI. Romanus, Moldauiae Palatinus, Regi Poloniae fidelitatem iuramento obligat.

Anno 1394.

CLXII. Sigismundus R. H. Dalmatiam ac Bosniam reuindicat.

CLXIII. Idem Georgii de Kalász fidelia seruitia collatis bonis remuneratur.

CLXIV. Idem in fratre suo Wenceslao R. ac B. Rege captiuando partes capit.

CLXV. Idem Literas Ludouici M. colonorum a ferendis contributionibus immunitatem restringentes pro Monasterio S. Crucis confirmat.

CLXVI. Idem Dobre Valacho siluam Lemek in Transiluania confert.

CLXVII. Idem Comitatum ac Ciuitatem Poson. Nicolao Berzethe satisfactionem impendere iubet.

CLXVIII. Idem Nobilibus de Zecheud protectionales elargitur.

CLXIX. Idem literas Andreae R. H. de anno 1231. ac suas patentes, literas Ludouici regis continentes, pro Episcopo Wesprimiensi, in causa fossati ac vini decimalis, priuilegialiter transcribit.

CLXX. Ciues de Bihács in Croatia de damnis Nobilibus de Clochoche illatis per castellanos de Zokol satisfactum fuisse, attestantur.

CLXXI. Fassionales super possessione Palota.

CLXXII. Cap. Jaurinen. super violentiis a Joanne Praep. de Moriczhida ac M. Joanne, filiis Simonis Bani, in possessione Kappi perpetratis relationem praestat.

CLXXIII. Cap. Poson. super duabus curiis, vulgo Lehen, remissis fassionales edit.

CLXXIV. Idem Cap. Super portione Egyházos Magyar redemta testatur.

CLXXV. Metales possessionum Jenke, ac Szirma, oppido Miskolcz collimitandarum.

CLXXVI. Cap. Bud. super medietate possessionis Leand per filios Thomae de Bela, filiis Petri, sororis ipsorum natis vendita fassionales elargitur.

CLXXVII. Statutoriae possessionis Nemeth in Csallököz pro Archiepiscopo Strigon.

CLXXVIII. Literae super prouentibus Capellae SS. Cosmae ac Damiani in Komjáthy.

CLXXIX. Contradictionales M. Thomae de Nádasd ob terram quamdam decem marcis venditam.

CLXXX. Transumtum literarum anni 1220. pro M. Thoma de Nádasd.

CLXXXI. Literae processuales inter M. Thomam ac Benedictum de Nádasd a Leustachio Palatino editae.

CLXXXII. M. Thomas de Nádasd literas fassionales de terra Hollugh per Cap. Castriferrei transumi curat.

CLXXXIII. Literae Comitatus de Gömör super tri-

bus sessionibus per Mathiam de Szkárus oppignoratis.

CLXXXIV. Literae eiusdem super portionibus in Ragaly oppignorandis prohibitoriae.

CLXXXV. Congregationis generalis ad Sz. Imre in Transiluania sub Frank Vaiuoda, et M. Petro de Vereb V. Vaiuoda celebratae documentum.

CLXXXVI. Cap. Castriferrei literas Caroli regis de anno 1330. possessiones Abbatiae Montis Pannoniae transcribentes, transumit.

CLXXXVII. Litterae metales possessionem Püspöky concernentes.

Anno 1395.

CLXXXVIII. Maria R. H. Desiderio de Zerdahely, ob operam sibi ac matri captis praestitam, donationem impertitur.

CLXXXIX. Sigismundus R. H. Nicolai Comitis de Vegle ac Modrus in Comitem Arbensem electioni consensum praebet.

CXC. Idem donationales suas ac Capituli Buden. statutorias super possessione Bajon pro Joanne de Kanisa A. Episcopo Strigon. innouat et ratificat.

CXCI. Valachi ac Stephanus Vajuoda Transalpinus iuramentum fidelitatis pro Wladislao Polono iterant.

CXCII. Processuales literae Nadasdiorum super terris suis.

CXCIII. Cap. Castriferrei super portione in Chorna per Joannem de genere Osl impignorata fassionales edit.

CXCIV. Idem Cap. super alia portione de Görwöld Joanni Osl impignorata testatur.

CXCV. Cap. Nitrien. amicam diuisionem Nobilium Lehotz exhibet.

Anno 1396.

CXCVI. Sigismundus R. H. a propriis Ciuium Poson. mercibus vsque 1000 fluos auri per regnum Hungariae diuectis tricesimam exigi vetat.

CXCVI. Idem prope Posonium in traiectu Danubii sex magnas naues constitui iubet.

CXCVII. Idem Stephani de Fancsika, fratricidae, bona ad se deuoluta Patri ac fratribus interempti confert.

CXCVIII. Idem eadem per Cap. Agriense statui iubet.

CXCIX. Cap. Agrien. ex praescripto regis bona fratricidae patri ac fratribus statuta refert.

CC. Sigismundum R. H. Witoldus, Dux Lithuaniae Kesmarkini conuenit.

CCI. Idem Sigism. iura ciuium Cremniczensium confirmat.

CCII. Conuentus S. Benedicti de iuxta Gron, protestatorias pro Gyepesianis contra Forgach de Ghymes edit.

CCIII. Monasterium de Klus accordam inter Episcopum Transil. et Plebanum, communitatemque de Toczk, ratione decimarum pendendarum confectam exhibet.

CCIV. Assecuratoriae ex parte Bosniae commercii libere exercendi.

CCV. Super diuisione bonorum capellae Corporis

Christi Poson. a fundatore collatorum publicum instrumentum.

CCVI. Joannes de Varadgya V. Vaiuoda protestatorias pro Capitulo Albensi edit.

Anno 1397.

CCVII. Sigismundus R. H. rusticos ac iobbagiones Sibinicenses loci huius episcopo subiicit.

CCVIII. Idem Capit. Transiluanum in bonis impetratis statuit per monasterium de Klus.

CCIX. Idem Episcopo ac Capitulo Trans. causas in suspenso relictas assumendi atque definiendi absque birsagio facultatem largitur.

CCX. Idem rex ac Marchio Brand. ciuitatem Custrin Joanni Wartenberg in feudum cedit.

CCXI. Idem ab Vlrico de Oost pecuniam mutuat.

CCXII. Idem alia debita a Nobilibus etiam contrahit.

CCXIII. Idem terram Abbatiae de Borsmonostra reambulari ac relinqui iubet.

CCXIV. Maternus Episc. Trans. causam inter Praepositum ac Cap. Albense ventillatam, in curia regia ac Praelatorum Hungariae iudicio definiendam prorogat.

CCXV. Episc. Chanad. Gregorius pensum Camerae Aulicae soluit.

CCXVI. Cap. Jaurin. donationales Andreae II. fideli suo Szaszlow anno 1221. concessas, transumit.

CCXVII. Cap. Poson. Ladislaum, filium M. Nicolai dicti Berzethe ducentos florenos auri soluere cuidam Judaeo de Austria voluisse, sed hunc non venisse, neque misisse, attestatur.

CCXVIII. Conu. de Lelesz, donationales monialibus Sanctae Annae de Patak factas edit.

CCXIX. Conu. B. M. V. de Klusmonostra testamentariam dispositionem Laurentii, filii Henneng, super portionibus possessionariis mortis causa Capitulo Albensi perpetuatis, ad postulationem Dominae Elisabeth, illius vxoris, elargitur.

CCXX. Comes Frank, Bani Lodomeriae filius, Curiae regiae Judex, literas Ludouici M. abbati monasterii B. M. V. de Chanad anno 1380. concessas transcribit.

CCXXI. Possessionis Hollós confirmatoriae.

CCXXII. M. Petrus Chubi, Archiepiscopalis Palatinus, fassionales edit.

CCXXIII. Leustachius de Ilsva, regni Palatinus, M. Nicolai Zambo relictam instrumenta literalia super possessione Kis Bajon producere iubet.

CCXXIV. Mandatum transmissionale Ioan. de Kanisa M. Tauernicorum regal. ad ciuitatem Poson. in causa M. Nicolai Berzenchei de Monostor contra Nicolaum Hemerhay.

Anno 1398.

CCXXV. Sigismundus R. H. Demetrio de Chentewölgye, Praeposito Colocensi, Capellano suo, et fideli commensali, nec non fratribus ipsius Gregorio Plebano de Pest, Thomae item et Andreae de Babocha armales elargitur.

CCXXVI. Idem M. Stephano, dicto Misser, donationem impertitur.

CCXXVII. Capit. Castriferrei literas suas de anno 1339. diuisionem Zechödiorum sub poena suc-

cubitus duelli confectam, continentes, priuilegialiter transumit.

CCXXVIII. Castellani prouinciae Hatzeg sententia.

Anno 1399.

CCXXIX. Detricus Bubek de Pelsöcz Palatinus literas Andreae II. R. H. de anno 1211. pro Abbatia de Tihany transcribit.

Anno 1401.

CCXXX. Judaei sanguinis christiani efusionis incusati.

Anno 1402.

CCXXXI. Wenceslaus R. B. Rupertum Imperatorem sibi oppositum damnat, ac Sigismundum R. H. Vicarium S. R. I. creat.

CCXXXII. Sigismundi regis cum Ducibus Austriae ratione successionis, si prole mascula deficeret, incaptiuati item Wenceslai R. Bohemiae, conuentio.

CCXXXIII. Conuentus de Ságh super possessione Mohora permutata fassionales edit.

CCXXXIV. Comitatus Saros relatoriae super inquisitione ac prohibitione iussu Detrici Bebek de Pelseuch, Palatini, peracta.

CCXXXV. Cap. Nonense literas Domini sui naturalis Ladislai regis Hungariae exhibet.

Anno 1403.

CCXXXVI. Wilhelmus, Austriae Dux, Johannam Ladislai regis Siciliae sororem ducit.

CCXXXVII. Ladislai Neap. Jadrae fictitia corona incincti sequaces in congregatione Slauoniae Crisii celebrata proscribuntur.

Anno 1404.

CCXXXVIII. Albertus, factus Maiorennis, regimen Ducatus Austriae adit.

CCXXXIX. Sigismundus R. H. a Wenceslao R. H. iure succedendi intercluditur.

Anno 1405.

CCXL. Sigismundus R. H. Emericum Bubek, Auranae Priorem, non resipiscentem, sed in perfidia perseuerantem, destituit.

CCXLI. C. Frank Curiae regiae Judex possessionem Mohora Paulo de Kowar statui iubet.

CCXLII. Pacis tractatus inter Hungariae et Austriae Ablegatos.

Anno 1406.

CCXLIII. Sigismundus R. H. Johannam, Wilhelmi Ducis Austriae viduam, sub suam protectionem suscipit.

CCXLIV. Idem eidem dominium montis S. Martini confert.

CCXLV. Margaretha Burgraphia Neumburg. soror Sigismundi R. H. conuentui de Borsmonostra fauorem impendit.

Anno 1407.

CCXLVI. Sigism. R. H. Emericum de Peren bonis Stephani Urdug donat.

CCXLVII. C. Frank, Curiae regiae Judex, metales possessionis Bagomer anno 1292. editas pro M. Aegidio de Marczalteo transumit.

Anno 1408.

CCXLVIII. Conuentus S. Benedicti de iuxta Gron

super pignore per Nobiles Szobonya de Endrőd reluto fassionales edit.

CCXLIX. Sigismundus R. H. cum Ernesto Austriae Duce confoederatur.

CCL. Pace cum Austriae Ducibus confecta arx Leuka reuindicatur.

CCLI. Sigismundus R. H. controuersias ratione curatelae Alberti Ducis Austriae sopit.

Anno 1409.

CCLII. Idem Sigismundus patri Joannis de Hunyad, strenuo militi, terram Hunyadvár donat.

CCLIII. Vajuodae Transil. priuilegium largiuntur.

CCLIV. Sigismundus R. H. fraternali adoptioni inter Paulum de Kowar ac Stephanum de Mohora factae consensum superinducit.

CCLV. Paulum de Kouar per Capitulum Vaciense statui iubet.

Anno 1410.

CCLVI. Sigismundi regis donatio Laurentio, Bano Zewrinensi, suo beneplacito perdurante facta.

CCLVII. Valor grossorum latorum Pragensium relate ad denarios regis Sigismundi.

Anno 1411.

CCLVIII. Sigismundus Romanorum ac Hungariae Rex Albertum, Austriae Ducem, a tutela exemtum declarat.

CCLIX. Comitatus Castriferrei contra Garaios protestatorias edit.

CCLX. Comit. de Bodrogh super quarta filiali excontentata testimoniales largitur.

Anno 1412.

CCLXI. Sigismundus R. H. Francisco Osth castrum Kigyókő ob perduellionem ademtum in praemium fidelitatis restituit.

CCLXII. Idem portiones in Hermantiliay inter partes querulantes diuidi, metisque signatas, per Cap. Castriferrei statui praecipit.

CCLXIII. Conu. de Zala super euocatione M. Stephani de Felső Lindva facta relatoriae.

CCLXIV. Stiborius Vajuoda Trans. iura populorum Ciuitatis Bistricz conseruari praecipit.

CCLXV. Sigismundi literae priuilegiales super possessione Zalathnya.

Anno 1414.

CCLXVI. Absente se A. Ep. Strigon. ac regni Palatinum Vicarios plena forma constituit.

CCLXVII. Jura ciuium Bistricz. in Transilv. conseruari iubet.

Anno 1415.

CCLXVIII. Cap. Castriferrei metales possessionum Mindszenth ac Januspánfalva, Cot. Cast. Ferrei, exhibet.

CCLXIX. Cap. Bosnensis testimoniales super concordia inita ratione sex sessionum.

CCLXX. Comitatus Crisiensis in facto potentiae inquisitoriae.

Anno 1416.

CCLXXI. Sigismundus R. H. contra Joannem, fi-

lium Nicolai, olim Palatini, de Felső Lindva, potentiarium inquiri iubet.

CCLXXII. Cap. Scepus. literas anno 1369. datas, metales possessionis Kadoma continentes, transumit.

CCLXXIII. Conuentus Quinqueecclesiis celebratus lytri colligendi causa, in redemtionem Magnatum, qui in Bosnia capti fuerant.

CCLXXIV. Nicolai de Gara Palatini metas trium possessionum Ozlar, Uylak, ac Budavárimusth accomodantis.

CCLXXV. Constitutio procuratoria pro Plebano de Carpona contra Praepositum de Bozok coram notario publico facta.

Anno 1417.

CCLXXVI. Sigismundus R. H. Stephanum Ep. Transilu. ac Ladislaum, filios Emerici de Upor, remuneratur.

CCLXXVII. Idem Sigismundus haereditariam diuisionem Comitum de Bazyn per Petrum de Peren, Curiae regiae Judicem, perfici iubet.

CCLXXVIII. Cap. Nitriense reambulatorias possessionis Kraszna exhibet.

CCLXXIX. Cap. Castriferrei conuentionem inter proles Elisabethae de Hermantilay, dupplici matrimonio mediante confectam, testatur.

CCLXXX. Com. Crisiensis inquisitorias edit.

CCLXXXI. Hospitalariorum de Alba literae vetustate vitiatae.

Anno 1418.

CCLXXXII. Generalis procuratoria constitutio Andreae dicti Cheph de Gyorcha.

CCLXXXIII. Stephanus de Rozgon, Com. Temes. Ladislaum Canon. Chanadien. ab exercituatione supportatum commendat.

CCLXXXIV. Martinus V. PP. hospitale, a S. Stephano fundatum Romae, reparari, iubet.

Anno 1424.

CCLXXXV. Forgachy ratione molendini euocati.

Anno 1427.

CCLXXXVI. Epistola Barbarae Reginae ad Ciuitatem Poson. exarata, vt semet contra insultum Hussitarum muniat ac defendat.

CCLXXXVII. Senatui Kremnitz mandat, vt debita apud Math. Ebner Comitem Urburarum contracta expungat.

CCLXXXVIII. Mandatum Sigismundi R. H. Comitatui ac Ciuitati Poson praecipiens, vt Jobbagiones suos ad communiendam ac fossis cingendam Ciuitatem Poson. expediant.

CCLXXXIX. Literae Petri Henrici de Berzewicz, Tau. regal. Magistri ad Ciuitatem Poson, vt duos nuncios ad sedem Tauernicalem in octauis Epiphaniae celebrandam deputet.

Anno 1428.

CCXC. Sigismundus R. H. super actibus potentiariis per Nicolaum de Gara, filiumque eius Ladislaum ac horum Castellanos castri Dévén in rebus ac personis Ciuium Poson. commissis, per Capit. Poson. inquiri iubet.

Anno 1429.

CCXCI. Sigismundus R. H. Alexandrum Witaw-

dum, Magnum Litvaniae Principem in societatem Ordinis sui Diaconis, adsciscit.

Anno 1430.

CCXCII. Mandatum Sigismundi Romanorum regis, ac Hungariae, Bohemiae, etc. Ciuitati Poson, vt Styborio de Bolondocz, tuitionem partium superiorum contra Hussitas procuranti, pecuniam deputatam consignet.

CCXCIII. Donatio Sigismundi super domo, in suburbio Ciuitatis Poson. Vedricz dicto sita, Jacobo Boheim Magistro Carpentariorum collata.

CCXCIV. Idem Sigismundus pro laboribus Posonii continuatis Stephano de Rozgon. Comiti 2400. florenos monetae Quarting vocatae, de pecuniis cusionis Monetae suam Maiestatem concernentibus, assignat.

CCXCV. Idem Rex dispositionem suam iterat.

CCXCVI. Idem Rex ciuium Poson. gratuita subsidia, celebrat, ac facultate cudendae monetae remuneratur.

CCXCVII. Joannes Noffry de Bajmocz, Comes Tricesimarum, requirit Magistratum Poson. vt vina decimalia ob metum Hussitarum in Ciuitatem inuehere permittat.

Anno 1431.

CCXCVIII. Mandatum Sigismundi ad ciuitatem Poson. vt nauem cum nautis pro deuehendis vsque Budam muneribus Turcarum Imperatori, Amurathi destinatis, disponat.

CCXCIX. Mandatum eiusdem ad Ciuitatem Poson., vt Bombardistis, artificibus, lapicidis ac labo-

ratoribus, ad labores regios Posonium e Germania deducendis, hospitia congrua disponat.

Anno 1433.

CCC. Adiumentum per Sigismundum R. pro conseruatione ac custodia Ciuitatis Poson. Hussitarum insultibus expositae, deputatum.

Anno 1434.

CCCI. Literae Sigismundi, quibus Supremo Comiti, ac Ciuitati Poson. aduenturum se Posonium insinuat et prandium disponit.

CCCII. Idem Sigismundus munera strenalia suum vsque ab oris exteris aduentum Ciuitatem Poson. apud manus reseruare mandat.

Anno 1435.

CCCIII. Idem Sigismundus Ciuitati Strigon. immunitatem a tributo adiudicat.

CCCIV. Sigism. Possessiones Petri Cheh, Comitis Bodrogh, impignoratas per Joannem de Korogh remissas, attestatur.

CCCV. Idem Rex sua cura et impensis Ciuitates et castra Poson. Tyrnauiam, Szakolczam, Trenchinium, et alia in confinio Morauiae, et ad fluuium Vagum sita, contra incursiones Hussitarum munienda statuit.

CCCVI. Mandatum eiusdem regis ad Ciuitatem Poson., vt currus et equos pro deuehendis Posonio Tyrnauiam tormentis necessarios, Magistro Curiae Regiae, ac Thesaurario regio suppeditet.

CCCVII. Mandatum eiusdem Nuncio regis Mesopo-

taniae Karayluk sonans, vt Posonio ad se Tyrnauiam veniat.

CCCVIII. Mandatum eiusdem, vt Ciuitas Poson. pro reuehendis Posonium Tyrnauia monialibus, metu Hussitarum profugis, currus suppeditet.

Anno 1436.

CCCIX. Idem Sigismundus priuilegium, ne Ciues Poson per vllos in regno Hungariae impendiri queant, aut vllius iudicio adstare teneantur, renouat.

CCCX. Protectionales eiusdem tenoris.

CCCXI. Pro Michaële Ország de Guth, summo thesaurario Suo, litteras concessi Baronatus, speciali sub sigillo transcribit.

CCCXII. Idem priuilegium de trigesima haud soluenda Ciuibus Poson. confirmat.

CCCXIII. Vectigal Tricesimae regiae per Joannem Siebenlinder Castellanum regiualem Vetero Budensem, ac Solmarensem, mandato Sigismundi regis conscriptum.

CCCXIV. Literae Stephani de Rozgon Com. Poson. ad Senatum ciuit. Poson. de Sigismundi Imperatoris ac Regis Pragam ingressu.

Anno 1437.

CCCXV. Discordiae inter Eugenium IV. Papam ac Patres Basileae collectos.

CCCXVI. Magister Ordinis Teutonici Sigismundi Imp. gratiam quaerit.

CCCXVII. Sigismundus Pragae.

CCCXVIII. Idem Egrae.

CCCXIX. Idem Pragam reuersus.

CCCXX. Eidem aduentus Joannis Imp. ac Josephi Patriarchae Const. Ferraram aduentus notificatur.

CCCXXI. Eiusdem obitus Znoimae.

CCCXXII. Stephanus de Rozgon, Com. Poson. solennia illius funebria procurat.

Anno 1275.

CCCXXIII. Conuentus de Ságh transactionales super terra Teszér elargitur.

I.

Sigismundus, Marchio Brandenburgensis, Poloniae Dominus. A. 1382.

Wir Sigmund von Gotis gnaden Margraff czu Brandenburg und Herre des Kunigreichs zu Polen, entpiet in den Stetin Berlin und Colin unser Gunst und Gnade. Liebin getruwen, vor uns ist kommen, wie das die czwidracht eüwer Stete nicht nützlich sey. Darumb meynen wir und wollin ernstlich, das ir des eÿwirt, vnd einen Rat habit in beidin Stetin, und eÿntrichtig werden vmb alle ding uff die wort, das euwer Wesunghe beÿder seit dester richtiger werde, und das nicht enlassit, dar thut ir uns eÿnen sunderlichen Dank an. Gebin czu Posnaw nach Gotis geborte dritzen hundert jar darnach in dem czwei und achtigisten jare am Sunabinde nehist vor sünte Michils tage des Ertzigen Engels."

Ex originali Archiui regii Berolinen. Apud Phil. Wilhelm. Gercken Cod. Diplom. Brandenburg. Tom. III. p. 411. Sigismundus a Ludouico Hungariae ac Poloniae rege filiae suae natu maiori, Mariae desponsatus, ac consensu illorum, qui Zolii congregati sunt, vtriusque Rex fuerat designatus. Post Ludouici obitum Anno 1382. XIV. Septembris Sigismundus ad capessendum Poloniae regnum profectus, eorum, qui liberam regis electionem, ac regni independentiam quaerebant, Sigismundique de-

spotismum metuebant, opera, in congregatione anni eiusdem mense Decembri celebrata homagii depositionem, ac coronationem obtinere nequiuit. Ideo scripsit se mode Dominum Poloniae, fueratque re infecta in Hungariam reuersus. Dlugossus Hist. Polon. p. 70.

II.

Idem Sigismundus cum vicinis Principibus annos sex pacem conficit. A. 1382.

Sigismundus Dei gratia Marchio Brandenburgicus, et Sacri Romani Imperii Archicamerarius — cum vicinis Principibus Mecklenburgico ac Pomeraniae pacem annos sex sancit. Datum Budae (in originali Obyn) Anno Christi MCCCLXXXII. die Jouis proximo post festum S. Joannis Baptistae.

Indidem idem l. c. p. 400.

III.

Idem Sigismundus cum Episcopo Merseburgensi vnitur. A. 1382.

Sigismundus, cum Wenceslao, ac Johanne, Marchiones Brandenburgici vnionem sanciunt cum Friderico Episcopo Merseburgensi qua Archiepiscopatus Magdeburgensis Administratore. Datum in Budweis Anno Christi MCCCLXXXII. feria sexta proxima post festum Natiuitatis B. M. V."

Indidem idem l. c. p. 531.

IV.

Idem Sigismundus Marchio Brandenburgen. S. Rom. Imperii Archicamerarius, et Elector. A. 1382.

Wir Sigmund von Gotes Gnaden Margraue zu Brandenburg des heiligen Romischen Richs Erzcamerer und Kurfurste bekennen etc. Wann wir uns mit dem Erwirdigen Friderichen Bischoffen zu Mer-

seburg verweser und vorstender der Kirchen zu Meÿdeburg frundlichen geeynet, und vorbunden haben, als das unse briue und die seinen, die wir beide doruber gegeben haben, wol ussagen. Vnd derselbe Bischoff sulch act hundert marg, die wir haben uff der Vesten Plawen, zu erkennen gefazt hat und gestellet an den aller durchluchtigsten Fursten und Herren Wenzlawen Rom. Konig etc. unsern lieben Herren und bruder, also was er umb dieselben achthundert Marg fur recht und fruntschaft sprichet schaffet oder machet, das er des genzlich geuolgig seyn sol. Davon sollen und wollen wir ihm und der Kirchen zu Meidburg dieselben Vesten Plawen wider schiken und Schaffen. Were abir sache, das wir des nicht getun mochten ane geuerde, so sal und mag sich der vorgenannte Bischoff zu der vorgenanten Vesten Plawen zichen, und sich der nehmen ane hindernisse und widerstehen unser und aller ander, der wir gewaltig sein, und durch unsern willen tun und lassen ane geuerde. Mit urkund — MCCCLXXXII.

Idem indidem p. 135.

V.

Causa successionalis Annae, vxoris M. Nicolai Berzethe de Monostor, coram Judicio Ciuitatis Poson. A. 1382.

Nota, quod Magister Nicolaus Berzete de Monostor in persona Nobilis Dominae Annae uxoris suae, filiae videlicet condam Jacobi Judicis Posonien. veniens ad Posonium, ac ibidem in Posonio cum Judice ipsius Civitatis, mediante Jure Ciuitatis eiusdem occupavit quasdam Vineas in Territorio ipsius Ciuitatis existentes et habitas, videlicet Tybolt Flenscher, Tyrbort, Goltfucz ac Fuchsel nuncupatas. Tandem praedictus Magister Nicolaus Berzete iuxta

iustitiam dictae Civitatis coram proximo post occupationem dictarum Vinearum Judicio eiusdem Civitatis comparuit cum Litteris procuratoriis Capituli Boznensis et pleno mandato parte ab una, ac prolocutorem secundum iustitiam ipsius Civitatis sibi dari a Judice postulavit, qui sibi fuit datus, ubi idem prolocutor in persona ipsius Magistri Nicolai Berzete conquestus fuit eo modo videlicet quod praedictae Vineae modo praemisso occupatae ad praedictam Dominam Annam iure successorio essent devolutae, quod quidem percipientes possessores dictarum Vinearum, videlicet Martinus Kirichenknopf, Johannes Newrhawser, Nicolaus Schospurger, Nicolaus Tag, Jacobus Polcz, Georgius Protezzer, Petrus Reynischer, Nicolaus Vngerl, Johannes Kergel, ac Nykas filius Johannis de Tyrna, et similiter coram eodem Judicio praefatae Civitatis comparuerunt parte ab altera, nec non prolocutorem ipsis a Judice dari postularunt, qui eisdem fuit datus iure eiusdem Civitatis requirente. Ubi idem prolocutor in personis eorundem hominum videlicet possessorum notatarum Vinearum respondit eo modo: Domine Judex, ex quo prolocutor praefati Magistri Nicolai Berzete in persona eiusdem Magistri Nicolai Berzete conqueritur pro possessionibus haereditariis, unde posco praefatis possessoribus dictarum Vinearum dari et assignari in hac parte terminos iuris secundum iustitiam antedictae Civitatis, et sic Judex interogauit Ciues Juratos ipsius Civitatis, quae esset iustitia eiusdem Civitatis in hac parte, qui quidem Cives Jurati in ipsa Causa hanc fore iustitiam ipsius Civitatis affirmabant: Videlicet ex quo praedictus Magister Nicolaus Berzete conqueritur pro possessionibus haereditariis, ideo memorati posses-

sores praemissarum Vinearum secundum iustitiam praedictae Civitatis terminos iuris, scilicet tres quindenas habere possent Causa in eadem, et sic eisdem partibus ambabus mediante iure dictae Civitatis tres quindenae pro tribus terminis iuridicis erant deputatae, quibus terminis iuridicis per ipsum Magistrum Nicolaum Berzete perceptis et auditis, idem Magister Nicolaus Berzete Georgium Sartorem iuxta iustitiam eiusdem Civitatis in ipsa Causa fecit et constituit in suum verum atque legitimum Procuratorem Causam eandem obtinendi et procedendi. Tandem feria quarta proxima ante Festum Beatae Margarethae Virginis et Martyris, videlicet primo termino veniente praedictus Georgius Procurator coram Judicio praedictae Civitatis comparuit ab una, et similiter praefati homines, possessores scilicet praedictarum Vinearum in eodem primo termino coram ipsius Civitatis Judicio comparuerunt parte ex altera, et sic ipsis hominibus possessoribus videlicet praedictarum Vinearum postulantibus, — iustitia quoque dictae Civitatis requirente, ipsis ambabus partibus iterum erat praefixus secundus terminus iuris, videlicet quarta feria proxima ante festum Beati Jacobi Apostoli post hoc prox. affutura, quo quidem secundo termino veniente, praefatus Georgius Procurator coram dictae Civitatis Judicio iterum comparuit ab una, nec non etiam praedicti homines possessores scilicet antedictarum Vinearum modo consimili in eodem secundo termino comparuerunt parte ex altera. Itaque eisdem hominibus, possessoribus scilicet praedictarum Vinearum postulantibus secundum iustitiam dictae Civitatis, iterum eisdem ambabus partibus erat deputatus tertius et finalis terminus iuris, videlicet feria secunda proxi-

ma post festum Beati Bartholomei Apostoli post hunc prox. ventura, quo quidem ultimo iuridico et finali termino adhaerente, praelibatus Georgius Procurator iterum comparuit coram memoratae Civitatis Judicio ab una, et similiter praefati homines videlicet possessores dictarum Vinearum ibidem coram ipso Judicio comparuerunt parte ab altera, ubi prolocutor praedicti Georgii Procuratoris conquestus fuit eo modo, videlicet quod praedictae Vineae ad praefatam Dominam Annam iure successorio essent devolutae, et huiusmodi suam quaestionem dimisit ad Juramenta praedictorum hominum, scilicet possessorum Vinearum praedictarum, ubi prolocutor eorumdem hominum, possessorum ipsarum Vinearum respondit ex aduerso eo modo, videlicet prolocutor praedicti Georgii Procuratoris ipsos homines possessores earundem Vinearum in ipsa Causa secundum formam iuris pradictae Civitatis ad iuramenta coarctare non posset eo, quod ipsi possessores ipsarum Vinearum ipsas Vineas pro pecuniis ipsorum propriis a Nykus filio condam Jacobo Judicis Posoniensis emtionis titulo comparassent, ac easdem Vineas pluribus annis absque omni impetitione mediante iure et libertate dictae Ciuitatis possedissent pacifice et quiete, nec non super eisdem Vineis autentica literalia Instrumenta super emtionibus praedictarum Vinearum emanata haberent. Et sic Judex interrogauit Cives Juratos supradictae Civitatis, quae esset iustitia Civitatis ipsius in hac parte. Ubi ipsi Cives Jurati iuxta consvetudinariam Legem et iustitiam dictae Civitatis taliter diffinitive sententiando iudicaverunt ex eo, quod praedicti homines possessores praedictarum Vinearum ipsas Vineas pro pecuniis ipsorum propriis comparaverunt,

ac easdem Vineas secundum iustitiam praefatae Civitatis absque omni impetitione possederunt pacifice et quiete, nec non autentica literalia Instrumenta super ipsis Vineis habere dinoscuntur; ideo ipsi homines possessores praedictarum Vinearum ad Juramenta praedicta in Causa coarctari de iure non possunt. Unde praedicti homines possessores dictarum Vinearum easdem Vineas de caetero iure perpetuo in futurum possidere debent atque possunt, contradictione quorumlibet non obstante.

Ex vetustissimo Protocollo Urbis Posonien. in folio scripto transumsit et communicavit Georg. Gyurikovits.

Anno 1383.

VI.

Maria, Regina Hungariae, mercatores de Cibinio Transiluaniae per tricesimatores de Ovar, inconsuetis tributis, aut mercium disligationibus grauari, prohibet. A. 1383.

Maria Dei gratia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fidelibus suis vniuersis et singulis Tricesimatoribus et Tributariis, vbique intra ambitum regni nostri, signanter in Ovar nunc constitutis et in futurum constituendis, salutem et gratiam. Significatur nobis, mercatores de Cybinio et de aliis ciuitatibus nostris, partis Transyluanae, quomodo ipsi alias semper cum rebus ipsorum mercimonialibus, per loca tricesimalia et tributaria vestra, solutis iustis et consuetis tricesimis et tributis, libere iuissent, et expedite sine quolibet impedimento; nunc vero, dum ipsi cum mercimoniis ad vos peruenirent, tunc vos eosdem ad indebitam, iniustam tricesimae et tributi solutionem adstringeretis et compelleretis, resque eorum mercimoniales disliga-

retis, dissolueretis et disiungeretis. Cum tamen antiqua eorum consuetudo et libertas teneat et requirat, quod nullus tricesimatorum seu tributariorum ipsorum mercatorum mercantias dissoluere auderet; nisi prius vnam marcam auri currui appenderet; quam consuetudinem minime curaretis, in ipsorum praeiudicium satis magnum. Et quia ipsos mercatores in eorum antiquis consuetudinibus et libertatibus volumus illibate permanere; Fidelitati igitur vestrae firmo praecipimus regio sub edicto, quatenus a modo in deinceps ipsos mercatores nostros cum rebus eorum mercimonialibus per loca tricesimae et tributorum vestrorum transeuntes, solutis iustis et consuetis tricesimis et tributis non impediatis, neque ad inconsuetam tricesimae et tributi solutionem compellatis; imo nec eorum res mercimoniales dissoluatis, aut disligetis. Si autem ipsas res mercimoniales vultis dissoluere, et disiungere; tunc vnam marcam auri ipsorum currui prius appendatis, iuxta antiquam consuetudinem et libertatem; et quidcunque deinde ipso curru denegatum aut occultatum inueneritis, pro vobis conseruetis. Et aliud nullatenus facere audeatis, prout hoc idem olim Serenissimus Princeps Dominus Ludouicus Rex Hungariae, praedecessor noster carissimus suis litteris mediantibus, secreto suo sigillo consignatis deliberato duxerat et praecipiendo committendum. Datum Budae, die Dominico proximo post festum annunciationis Virginis gloriosae. Anno Domini MCCCLXXX. tertio.“ L. S.

E pergamena originali, ab extus Sigillo maiori, cuius literae non nisi paucae, crucisque dupplicis signum superest, cerae albae impresso, communita. — Maria in litteris ac sigillis vocatur quidem Regina, a natione

tamen appellata fuerat Rex, teste Laurentio de Monaeis, qui legatione apud eam fungebatur, in miserabili carmine ita canentis:

Hanc Regem appellant animis concordibus omnes
Regnicolae, illustrant hoc regis nomine sexum.

Ipsa certe litteris anno hoc editis fatetur se, vti filium masculum patri successisse.

VII.

Maria iure geniturae, vti filius masculus, succedens. A. 1383.

Maria Dei gracia regina Hungariae, etc. prefato Domino Ludouico Rege, genitore nostro karissimo, nutu diuino mediante, absque heredum masculinorum solacio ab hac luce decesso, nobisque ex eo iure geniture ad solium ipsius regni nostri hungarie, vti filius masculus ipsius olim genitoris nostri transcendentibus, et sceptrum regiminis eiusdem regni nostri gubernantibus, etc. Datum Bude, decimo die quindenarum festi Penthecostes, anno Domini MCCCLXXX. tercio."

Ex originali chartaceo. Sigillum chartae a tergo appressum cera alba. Effigies reginae sedentis, sinistra cum pomo ad medium pectus adducta, dextra sceptrum liliatum, corona itidem liliata, crines vtrinque ornati. Caetera nihil videntur. Pray MSS. tomo 53. p. 9.

VIII.

Eadem Maria literas donationales pro Nicolao de Gara Palatino transcribit, ac confirmat. A. 1383.

Maria, Dei gracia, Hungar. Dalmat. etc. regina, Princeps Salernitana, et honoris S. Angeli Domina — — ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire. Quod serenissimo Principe, Do-

mino Lodouico, Dei gracia illustri rege Hung. Pol. Dalm. etc. genitore nostro carissimo, laudande recordationis, volente Domino celi, cuius nutu omnia reguntur, et disponuntur, absque prole masculina de medio sublato, nobisque iure successorio et ordine geniture coronam et solium dicti regni Hungarie, ac sceptra regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, fidelis noster Magnificus vir, Dominus Nicolaus de Gara, regni nostri Hungar. Palatinus et Judex Comanorum, ad nostre serenitatis accedendo praesentiam, exhibuit nobis quasdam litteras etc. (has de verbo ad verbum inserit et confirmat). Datum per manus Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Domini Demetrÿ miseracione Diuina titt. SS. 4. coronatorum sacro sancte Rom. Ecclesie presbiteri Cardinalis sanctae Strigonien. Eccl. gubernatoris perpetui, locique eiusdem similiter perpetui, et aule nostre fidelis cancellary, Anno Domini MCCCLXXXIII. quarto kal. Julii, regni autem nostri anno secundo. Reuerendissimis et venerab. in Christo PP. eodem Domino Demetrio, gubernatore Eccles. Strigon. perpetuo, Lodouico Colocen. Petro Jadren. Ugolino Spalaten. et Vgone Ragusien. Archiepiscopis, Emerico Agrien. Paulo Zagrabien. Gublino Transiluan. Valentino 5 Ecclesien. Decretorum Doctore, Joanne Varadien. Guillermo Jaurien. Benedicto Wesprim. Joanne Chanad. Georgio Bosnen. Petro Vacien. Joanne Sirmien. Fratre Dominico Nitrien. Paulo Tinninien. Demetrio Nonen. Crisogono Tragurien. Matheo Sibinicen. Stephano Pharen. Jakobo Makaren. Michaële Scardonen. et Thoma Seniensi. — — —Corbauiensi sede vacante. — — — Nicolao de Gara Palatino et Judice Comanorum, Ladislao Wayuoda Transiluano, et Comite de Zo-

nuk, Comite Nicolao de Zeech, Judice Curie, Stephano de Lyndva, totius regni Sclauonie, Stephano, filio quondam Domini Stephani Bani, Dalm. et Croat. ac Stephano filio Phylpus, de Macho, Banis; Nicolao dicto Zambo Tauernicor. Blasio dicto Forgach, Pincernar. Nicolao, filio Nicolai de Telegd, Janitor. Ladislao, filio Nicolai de Wesen. Dapiferr. Stephano filio quondam Domini Dionysy Wayuodae Agazonum Magistris. Praedicto Nicolao dicto de Zambo, Comite Poson etc."

Pray MSS. Tom. 53. p. 15.

IX.

Maria regina Hungariae iubet Posonii monetam argenteam Quarting, vulgo Fillir, liga, pondere, valore atque typo praescriptis, cudi. A. 1384.

Nos Maria Dei gratia etc. — committimus, quod iidem ciues nostri Monetam nostram argenteam minorem, vulgo Quarting, appellatam, sic et eo modo, ac sub liga aut forma, prout eadem moneta nostra in Camara Crempniczensi et etiam in aliis Camaris nostris, de nostrae Maiestatis, Praelatorum et Baronum vnanimi decreto superinde facto, cuditur, cudi faciant et laborari. Ipsa siquidem moneta nostra minor Quarting vocata taliter, et sub tali liga cudi debet, quod ad quamlibet marcam argenti fini singuli, septem marcae cupri addi debent et admisceri, et de vna quaque marca tali mixta quingenti denarii cudantur, et laborentur, eademque moneta nostra ex vna parte habeat crucem duplicatam, ex alia vero parte Coronam, seu formam Coronae, et denarii quadringenti eiusdem iunioris monetae pro vno floreno auri cursum habeant, et recipiantur. Item disposuimus, quod im-

primis pro inchoatione huius cusionis monetae nostrae, et ad emendum argentum ac cambium faciendum nos mille ducentos florenos auri, ipsi etiam ciues nostri modo simili mille ducentos florenos similiter auri, qui simul computando faciunt bis mille quadringentos florenos auri, dabimus, quae quidem summa semper in Camera nostra pro praemissis expediendis debet remanere. Et quidquid lucri fuerit in moneta, de huiusmodi lucro ipsi ciues Posonienses coram M. fidelibus nostris, Stephano et Georgio Rozgon, Comitibus nostris Posoniensibus debitam facient relationem, habitaque huiusmodi relatione, medietatem talismodi lucri vel ex Cambio prouenientem, praeattacti Comites tollere debent semper et leuare, aliam vero medietatem eiusdem lucri memorati ciues nostri ad se tollere et recipere, ac pro republica et communi bono exponere debebunt; tandemque de dispositione et expositione huius singulis quatuor temporibus anni praeattactis Comitibus vel aliis nostris officialibus, plenam rationem dare tenentur — — —

E MSS. musei Nationalis Szechenyiani.

X.

Eadem Ciuibus Ragusinis priuilegium vini ac salis restaurat. An. 1383.

Nos Maria D. G. Regina Ung. Dal. Croatiae etc. Notum facimus tenore praesentium quibus expedit universis, quod fideles nostri Rector, Judices, Consilium et Commune Civitatis nostrae Ragusii missis ad nostram Majestatem providis viris Petro de Gondola, et Stephano de Luccaro eorum concivibus Nunciis et Ambasciat. nobis humiliter significarunt; quod nonnulli forent homines in dictis Regnis no-

stris Dalm. et Croat. qui vinum et salem ad quodam Castrum de novo per D. Regem Rasciae et Bosnae inter praedictam Ciuitatem nostram Ragusii et Ciuitatem nostram Chatari appellatam in loco Dracavizza nominato constructum, et etiam ad alia loca inconsveta contra libertatem et antiquam consvetudinem ipsius Civitatis nostrae Ragusii, et in opprobrium et diminutionem jurium ejusdem Civitatis nostrae portarent et deferrent, supplicant nobis, ipsis super hoc providere de remedio opportuno. Nos itaque volentes dictam Civitatem nostram Ragusii in suis libertatibus, et consvetudinibus antiquis illibate conseruare, ut exinde dicti Cives nostri discant sub Principe glorioso devote famulari, atque ab ipsis utilitatibus, et honoris materia, lucrumque fructiferum Regiae proveniat Majestati de consilio, consensu et beneplacita voluntate Serenissimae et Excellentissimae Principis Domine Elisab. praemissa D. G. R. Ung. Pol. Dal. etc. Genitricis nostrae carissimae, Praelatorumque et Baronum Reg. Nostri praematuro sancientes duximus committendum, ut a modo, et deinceps nullus Incolarum Regnorum nostrorum memoratorum Vinum, et Salem ad praedictum Castrum Novum in loco Dracavizza, ut praefertur, constructum, et ad alia loca inconsveta contra antiquam libertatem, et consvetudinem dictae Civitatis nostrae Ragusii et diminutionem jurium ejusdem Civitatis nostrae portare praesummat, vel deferre sub poena amissionis et privationis vinorum et salium praedictorum, et hoc volumus in foris et locis publicari in dictis Regnis nostris Dalm. et Croatiae palam ubique facere proclamari, prout etiam in formam nostri Priuilegii redigi faciemus, dum nobis eaedem in specie fuerint raportatae. Datum Bu-

dae sub magno nostro Sigillo Sabbatho prox. post quindenas Festi Paschae Domini Anno ejusdem. M. CCC. LXXXIII.

Ex originali. E Joanne Lucio. Tom. X. Vol. I. Codi: dedimus incomplete.

XI.

Elisabeth, regina mater, Emerico Bubek, Dalmat. et Croatiae Bano, quod Valachos e territorio Sibinicensium haud expulerit, exprobrat.

Elisabeth dei gratia regina Hungarie, polonie, dalmatie etc. fideli suo, Magnifico Viro domino Emerico Bubek, regnorum nostrorum dalmatie et croatie Bano, et ejus Vicesgerentibus salutem et gratiam. Ex gravi querela fidelium nostrorum nobilium virorum scilicet thome dominici et Johannis Naplavigh ambasiatorum civitatis nostre Sibinicensis noveritis nos percepisse qualiter: Olachi tam nostri, quam Johanis fily Ivan Nyelpeti — — — de cetina, multa dampna nocumenta, homicidia ac spolia in districtu nostre civitatis fecissent et comisissent, et continue facere non cessarent in eo videlicet quod dicti Olachi venientes, ad teritorium et districtum dicte nostre civitatis pascua ipsius civitatis ocupando, ofensiones interemptiones, ac alia facta naphanda perpetrarent potentialiter et minus iuste in prejudicium ipsorum ciuium nostrorum non modicum et desolationem ac destructionem civitatis nostre Sibinicensis antedicte et quod vos visis aliis litteris nostris preceptoriis dictos Olachos de ipso districtu civitatis nostre Sibinicensis non expulisetis nec ipsam penam seu condempnationem pene juxta continentias aliarum literarum nostrarum ex inde vobis dirrectarum, ab ipsis Olachys extorquere vo-

luissetis, neque velletis medietatem ipsius poene ipsis Cibinicensibus per ipsos Olachos dari et facere administrari: de quibus nimium admiramur et admirari non suficimus cur litterae nostrae Majestatis de quibus ipsum honorem Banatus conseruatis apud vos quali presumptionis audatia parvi penduntur et aspernantur vobis ex inde nimium imperamus, unde cum crescente contumatia Olachorum excrescere debeat et poena volumus igitur et fidelitati vestrae sicut per alias litteras nostras sic presentibus firmo firmius reginali damus sub edicto quatenus visis presentibus prefatos Olachos tam nostros, quam prefati Joanis filii Ivan Nyelpetÿ contumaces et rebelles de ipsorum districtu Sibinicensi expellere et removere medietatemque ducentorum florenorum juxta continentias aliarum litterarum nostrarum vobis loquentium publìc. exigere, aliam vero medietatem eorundem predictis fidelibus civ bus nostris Sibinicensibus per dictos Olachos persolvi et administrari facere debeatis plene, et integre dissimulatione, et occasione quibuslibet procul motis et aliud sub obtentu nostre gratie facere non ausuri in premissis ne iidem ulterius nobis conquerantur in hac parte. — In super comitimus vobis, ut nullus Olachus per totam vosilinam possit, neque valiat stare pascui facere nec morari ullo tempore modo superius expresso pro eo videlicet quod dicti Olachi in dicta vosilina comorantes, non tantum Sibinicensibus sed etiam Camerae Salium nostrorum ac navigantibus per mare inferunt gravamina non modica, atque damna et spolia perpetrant incessanter, imo super omnibus premissis ex parte predictorum Olachorum ipsis Sibinicensibus congruam impendatis satisfactionem dictante Juris aequitate et hoc ordi-

ne injungimus aliis banis et vicebanis ipsorum dictorum regnorum nostrorum dalmatiae et croatiae in futurum constituendis dantes eisdem similibus sub praeceptis. Datum Budae feria secunda proxima ante festum beati Adalberti Martyris. Anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tertio Praesentes autem post lecturam reddi jubemus exhibenti. Datum ut supra.

Ex Originali Membranaceo Diplomate per Nicolaum Jankovich.

XII.

Capitulum Jaurin, super violentia per Vice-Castellanum Poson. perpetrata Mariae reginae relationem praestat. A. 1383.

Excellentissimae Principi Dominae Mariae Dei Gratia Inclytae Reginae Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Capitulum Ecclesiae Jaurinensis orationes in Domino humiles et devotas. Noverit Vestra Maiestas, quod cum nos receptis litteris Magnifici Viri Nicolai Zambo Magistri Tavernicorum Vestrorum, Comitatumque Posoniensem tenentis pro Honore, modum et formam Judiciariae suae Commissionis inter Magistrum Ladislaum filium Petri dicti Castallan de Zenthleluk, quondam Castellanum Posoniensem Georgium filium Stephani de Genzenthe, Gregorium filium Germani fratrem praetitulati Stephani Actores ab una, item Kallarleukul Vice Judicem Posoniensem, Paulum filium Jacobi condam Judicis, Mendul Traleth Pannicidam circa Ecclesiam Beatae Virginis in eadem Civitate Posoniensi commorantem, Kythmagur Villicum, Sathur Juratum de Wudruch, Junkkerignofh Civem de eadem Posonio, Jekul Noriccer, Jensul Glosar, Philippum Magistrum Civium, Egidium Fuchterer, Ulricum Habur-

staser, Janus Hofar, Jeclinum Hanry, Jensul Ferul, Jacobum filium Goth, Jekul Santher, Nykul Marthaf, Gospurgar, Jacobum filium eiusdem, Janus Pran fratrem Walvarny, Petur de Lou Merthhavar, Linharth, Sentelleu, Jankul Petrum et Stephanum filios Rizter de Samaria, Henricum Ziz Mertul Kyruzkanoph, Clementem Pellificem, Wenenharth, Maurar, Leb Sutor, Ulreh gener Petren, Petrum et Stephanum filios Petri dicti Galambus, Nykus, Theusul, Henthul Judicem de dicta Wedrich, Cives praedictae Civitatis Posoniensis in Causam attractos parte ex altera denotantibus, iuxta continentiam earundem, una cum Magistro Symone Notario Judicis Curiae Vestrae pro homine Vestrae Reginalis Celsitudinis ambabus partibus in eisdem conscripto Magistrum Nicolaum Theutunicum pro parte praefatorum Actorum et Magistrum Blasium Decanum, Socios et Concanonicos nostros pro parte praetitulatorum Civium in Causam attractorum pro testimonio ad omnia ea exequenda, quae in praedictis litteris ipsius Magistri Tavernicorum seriose continebantur, duxissemus transmittendos; qui tandem ad nos reversi concorditer nobis retulerunt: ut ipsi in Octavis Festi Beati Jacobi Apostoli pr. nunc praeteriti ad praedictam Civitatem Posoniensem accessissent, ac primo Nicolaus Litteratus legitimus Procurator praetitulatorum Actorum praesentibus ipsis, nec non Judice, Juratis, et aliis Civibus ipsius Civitatis Posoniensis, ac annotatis in Causam attractis ad terram Castri Posoniensis accessissent, ibidemque quandam Domum et Curiam ostendissent, dicendo, quod ipsa Domus vel Curia Patris et Matris Katherinae tempore perpetrationis potentialis super eandem factae exstitisset, et tan-

dem dicti Judex Jurati Cives et alii in Causam Attracti aliam Domum vel Curiam praedictorum Patris et Matris ipsius Catherinae in alio loco, videlicet in terra vel tenutis dictae Civitatis Posoniensis habitam demonstrassent, asserentes, quod mansio et habitatio dictorum Parentum ipsius Katharinae in eo tempore potentiariae perpetrationis praemissae ibi fuisset; quibus pactis inquirere coepissent, et quidam homines, utpote duo vel tres dixissent, mansionem Parentum ipsius foeminae Katherinae nominatae tempore praemissi facti potentialis in Domo vel Curia ipsius Castri Posoniensis per Procuratorem dictorum Actorum ostensa habuisset; alii vero incomputabiles homines, videlicet Jobagiones Reginales, et populi Abbatiae Ecclesiae de Pilisio extra murum vel Civitatem Posoniensem commorantes in diversis locis vel plateis conscientiose requisiti dixissent in continentia in oppositum, quod Pater et Mater ipsius Katherinae tempore perpetrationis dictae potentiae non in terra dicti Castri Posoniensis superius ostensa, sed in Territorio praedictae Civitatis Posoniensis, ac in Domo in eodem Territorio habita, per eosdemque Cives demonstrata residentiam habuissent; praenotati etiam Judex, Jurati et Cives, praeter praemissa allegassent isto modo, quod ipsi secundum tenorem et continentiam Litterarum adiudicatoriarum praedicti Magistri Tavernicorum Vestrorum ex parte praetitulatorum Conciuium ipsorum dictis Actoribus Judicium et iustitiam in praemissa Causa prompti essent impendere et parati, et quia praefatis Regio et nostris hominibus in praedictis demonstrationibus Domorum et Mansionum Parentum ipsius Foeminae certitudo non fuisset, ideo ipsius huiusmodi iudicii et iustitiae impensionem per

eosdem Judicem et Juratos ex parte praedictorum Concivium ipsorum faciendam acceptare noluissent. Datum Quinto die termini praenotati, Anno Domini Millesimo Tercentesimo Octuagesimo tertio. L. S.

In dorso Documenti scripta sunt:

„Regiae Majestati pro Vice Judice et Ciuibus intra notatis contra Magistrum Ladislaum filium Castellan et alios infrascriptos super impensione cujusdam Judicii et justitiae, quae tamen fieri non potuit, et aliis intra specificatis, per regium et Capituli Jaurinen. homines in Octavis festi B. Jacobi Apostoli, modo infrascripto, et ad octavum diem earundem Octavar. ad judicandum."

Ex originali chartaceo, duobus sigillis impressis munito, transscripsit et communicavit Georg. Gyurikovits.

XIII.

Capitulum Poson. super quarta in Egyházos-Magyar fassionales edit. A. 1383.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod nobiles Domine Elena et Margaretha, filie Elisabeth, filie Michaelis, fily — Buthmeer, et Anna neptis eiusdem Domine Elisabeth, coram nobis personaliter constitute, oraculo viue vocis fatebantur isto modo, quod ipse duo iugera terrarum arabilium ipsis per Nicolaum filium Jacobi et Mychaelem et Stephanum, filios eiusdem Nicolai, racione, iuribus videlicet dote, et rebus parafernalibus ac quarta filiali prefate Domine Elisabeth ipsam pro porcionibus possessionarys predicti Mychaëlis in possessione Eghazasmagyar (sic) habite contingentibus, mediantibus alys litteris nostris in perpetuum datis et donatis, Mychaëli, filio Nicolai et per ipsum filys suis racione consanguineitatis

et proximitatis, vt premittitur, dicta duo iugera in ipsas deuoluta, consimiliter perpetuo et irreuocabiliter habenda, tenenda, et possidenda dedissent, et reddidissent, contulissent et assignassent, ymo predicte domine, Elena, Margaretha, et Anna de dicta Eghazasmagyar dederunt, contulerunt et assignarunt coram nobis vigore presencium mediante. Data feria sexta proxima ante festum Beati Bartholomei Apostoli. Anno Domini MCCCLXXX. tertio."

E charta orig. coll. Nic. Jankovics. Dorso inscriptum: Negyed.

XLV.

Capitulum Budense literas Belae IV. R. H. super castro Fülek adcasto, iussu Reginae Elisabeth transumit. A. 1383.

Nos Capitulum Ecclesiae Budensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit vniuersis: Quod religiosus vir Dominus Frater Joannes, Magister Cruciferorum de Calidis aquis in persona serenissimae Principis Dominae nostrae, Dominae Elisabeth, Dei gratia reginae Hungar. Croat. Dalmat. etc. nostram veniens in praesentiam, exhibuit nobis quasdam literas quondam Excellentissimi Principis Domini Belae, eadem Dei gratia regis Ungariae, felicis memoriae, priuilegiales, tenoris subsequentis, requirens nomine quo supra, vt easdem literis nostris inseri, transumi et transcribi facere dignaremur pro eadem, vberiorem ad cautelam, quarum tenor talis est: Bela (V. Tomo IV. vol. I. p. 401.) Nos igitur ipsius Domini Fratris Cruciferi requisitionibus, sicut praemittitur, in persona reginalis Maiestatis nobis factis, annuentes, praetactum priuilegium praefati quondam Domini Belae regis de verbo ad verbum, nihil adden-

do, nihilque diminuendo, praesentibus litteris nostris, inseri transumi et transcribi fecimus Jure suadente. Datum Sabbatho proximo ante festum Natiuitatis Beatae Virginis. Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, octuagesimo Tertio.“ L. S.

E membrana originali sat bene, in archiuo Camerali conseruata.

XV.

Capitulum Budense iussu reginae Mariae appertinentias castri Comárom a possessionibus Archiepiscopalibus distinguit. A. 1383.

Literae Capituli Budensis transumtitiae, continentes literas Mariae Reginae reambulatorias, quibus metis castrum Comarom cum suis appertinentiis a possessionibus Archiepiscopalibus Zakalos et Ekech distinguatur. Anno Domini MCCCLXXXIII.

Originales in archiuo Primatiali capsa V. nro 13.

XVI.

Nicolaus Zambo M. Tauernicorum regalium termino praescripto non venientes pro ciuibus Poson. conuincit. A. 1383.

Nos Nicolaus Zambo magister Tauarnicorum regalium, Comitatumque posoniensem tenens per honorem, damus pro memoria, quod Stephanus literatus dictus Nemeth ac Colomanus filius Jacobi ciues posonienses, pro Kellerlenbwl vice Judice eiusdem ciuitatis posoniensis, paulo filio Jacobi quondam Judicis, Mendeltrelech pannicida, circa ecclesiam beate Virginis commorante, Kychmeger villico, Gecheel Jurato de Bedrych Junkkyryhenknohy ciue de eadem, Jekelnerchther, Jensclylosar Philippo magistro ciuium, Egidio Fwettreh, Wluivhoborstraphar, Johanne tathach Jeklyuokhemch Jenflinoferel Jacobo filio Genth Jeklinoselther Nyklino Mar-

chalsh, Gespingar, Jacobo filio eiusdem Gespingar, Janpran fratre panduaryn Petro de Cow, Mecmonar Lèndenasd Senthleyl Denklyno, Petro et Stephano filys Reyter, de Samaria, Henricozosz, Mercelcynshynknolsh, Clemente pellifice Berentharth Mamar, Leeb sutore, Wlrico pentperenne (?), Petro et Stephano filiis Petri dicti Galambos Nykus teufel, Henelyno Judice dedicta Bedrith, cum procuratoriis literis eiusdem ciuitatis posoniensis contra Ladislaum filium Petri, fratrem castellani, Georgium filium Stephani de Gerzenche, et Gregorium filium Gyamari fratrem eiusdem Stephani ab octaua die octauarum festi beati Jacobi apostoli, triginta diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui iuxta literarum nostrarum adiudicatoriarum et Capituli Posoniensis restatutionalium super formam (?) in eysdem contentis ad recipiendam disqussionem, tanquam actores non venerunt neque miserunt, verum ipsos vt actores in iudicys regalibus commisimus fore conuictos si se rationabiliter non poterunt excusare datum in Wyssegrad tricesimo primo die termini prenotati, anno domini millesimo CCCLXXX. tertio.“ L. Sigilli in parte auersa laterali impressi.

E papyro originali collectionis Georgii Gyurikovits. Cera est viridis. Memorandum hic est M. Tauernicorum primo reginalium fuisse, mox correcte regalium fuisse scriptum, ob Mariam regem potius quam reginam.

Anno 1384.

XVII.

Maria Regina modum merces a forensibus Posonium inuectas tricesimandi ordinat.

Nos Maria Dei Gratia Regina Hungariae; Dal-

matiae, Croatiae etc. memoriae commendamus per praesentes, quod fideles nostri Magister Stephanus filius condam Jacobi Judicis, et Nicolaus Cives Civitatis nostrae Posoniensis suis, et universorum Civium nostrorum Civitate nostra de eadem in personis, in nostram et Dominae Reginae Genitricis nostrae carissimae venientes praesentiam, Nostrae declararunt Maiestati, quod quia de rebus mercimonialibus forensium seu Advenarum hominum, quibus iidem in ipsorum medio Cambium facientes Vina eorundem compararent, superflua Tricesima et de Vinis per eosdem in eadem Civitate comparatis reciperetur, ideo iidem Advenae et forenses homines cum dictis eorum rebus mercimonialibus non sic saepe, prout alias, sed raro ad ipsam Civitatem nostram cum eorum rebus praemissis venirent pro Cambio faciendo memorato, et sic iidem Cives nostri damnum per hoc et defectum paterentur valde magnum, supplicantes exinde per nos de remedio provideri opportuno. Et quia volumus, ut solutio dictae nostrae Tricesimae in dicta Civitate nostra fienda non in damnum et defectum ipsorum fidelium Civium nostrorum, quin potius ad commodum et utilitatem redundetur eorundem; ideo concessimus eisdem, et serie praesentium concedimus, ut a data praesentium infra integram annualem revolutionem praefati Advenae et forenses homines de praemissis eorum rebus mercimonialibus, nec non de Vinis super eisdem rebus ipsorum cambialiter comparatis, Tricesimam nostram sic et eo modo solvere debeant, prout ipsi eandem circa tres vel quatuor annos iam proxime elapsos solvere fuerint asveti. Quare Vobis fideli nostro Nambusculi de Florentia Comiti Tricesimar. Regni nostri, et Vice Tricesimato-

ri Vestro in dicta Posonio constituto praesentibus firmiter mandamus, quatenus praefatos Advenas et forenses homines in exactione Tricesimae nostrae ultra praemissam nostram comissionem molestare non debeatis, sed eandem Tricesimam de praedictis rebus et vinis eo modo recipiatis, prout eadem circa 3. vel 4. annos soluta exstitit per eosdem. Dat. Budae in Festo Corporis Christi, Anno eiusdem Millesimo Trecentesimo Octuagesimo quarto. (L. S.)

In charta exaratum.

XVIII.

Maria regina possessionem Zilaj Episcopatui Transiluano nouiter donat ac perpetuat. A. 1384.

Nos Maria, Dei gratia, regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus — — quod Serenissimo Principe, Domino Ludouico, eadem Dei gratia, Illustrissimo Rege Hungariae, et Poloniae, Dalmatiae etc. laudandae recordationis, Genitore nostro charissimo, volente Domino coeli, cuius nutu omnia reguntur et disponuntur, absque prole masculina de medio sublato, Nobisque iure successorio et ordine geniturae, coronam et solium dicti regni Hungariae, ac sceptrum regiminis ipsius genitoris nostri feliciter adeptis, Fidelis noster Venerabilis in Christo Pater, Dominus Gublinus, Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus, Ecclesiae Albensis Transiluanae, ad nostram et Illustrissimae ac Serenissimae Principis, Dominae Elizabeth, eadem Dei gratia, reginae Hungariae, matris nostrae charissimae, Praelatorumque et Baronum nostrorum veniens praesentiam, nobis humiliter declarauit: Quomodo Praedecessores sui in pacifico dominio cuiusdam possessionis dicti Episcopa-

tus sui Zilah (hodie Zilaj) nominatae, sub monte Meszes vocato existentis, a longissimi temporis spatio, et a tempore per tempus, de cuius contrario memoria hominum non existit, perstitissent, et etiam nunc ipse persisteret de praesenti; sed instrumenta literaria, factum praedictae possessionis Zilah tangentia, a dicto Episcopatu abalienata ex casu haberentur: Supplicans, per Nostram Maiestatem sibi ac dicto Episcopatui, ne subeuntibus temporum circulis, praefatae Ecclesiae suae et consequenter Episcopatui eiusdem Ecclesiae, in praemissis suis Juribus contingat vacillare, vt de remedio prouideremus opportuno. Nos itaque, cui interest Ecclesiarum commodis succurrere oportunis, ob spem potissimum et deuotionem nostram, quam gerimus et habemus ad Beatissimum Michaëlem Archangelum, in cuius nomine glorioso praedicta Ecclesia Albensis Transiluana dignoscitur fuisse constructa, ne eadem ecclesia ex defectu praedictorum Instrumentorum, per calumniantium et litigiosorum hominum incursus, in suis Juribus queat periclitari; tum pro eo, tum etiam ex eo, quia a plerisque Praelatis et Baronibus Nostris fidelibus, et specialiter a Reuerendissimo in Christo Patre, Domino Demetrio — — — Presbitero Cardinale, Gubernatore Sanctae Strigoniensis Ecclesiae perpetuo, et Aulae nostrae Cancellario, qui sedi ipsius Ecclesiae Albensis Transyluanae per plures annos praefuisse, et eam laudabiliter tenuisse et gubernasse, perhibetur, clare, sufficienterque sumus informatae, vt omnes Episcopi ipsius Ecclesiae pro tempore constituti, in pacifico dominio memoratae possessionis Zilah appellatae, a longissimi temporis spacio, et a tempore et per tempus, de cuius contrario memoria hominum

non existit, perstitissent, vt etiam idem Dominus Episcopus staret de praesenti, memoratam possessionem Zilah vocatam, cum omnibus suis vtilitatibus, et pertinentiis vniuersis, sub eisdem metis et terminis et limitatiouibus metarum, quibus eadem ab olim vsa extitit, et possessa, eidem Ecclesiae B. Michaëlis Archangeli, et per consequens Episcopatui eiusdem Ecclesiae, confirmamus, et in perpetuam hereditatem asserimus. Imo eandem de consilio, consensu, et beneplacita voluntate dictorum Dominae Reginae, Genitricis nostrae, Praelatorumque et Baronum nostrorum, omni eo iure, et titulo, sicut et in quantum ad nostram collationem dignoscitur pertinere, denuo et denouo damus, donamus, et conferimus, harum nostrarum, testimonio literarum, quas in formam nostri Priuilegii redigi faciemus, dum Nobis eaedem in specie fuerint reportatae. Datum Budae Feria quinta, proxima ante Dominicam Ramis Palmarum. Anno Domini M. CCCLXXXIV. L. S.

Ex archiuo Ecclesiae Albensis Transiluanae: Fascicul. IV. nro 1.

XIX.

Eadem Ciuibus Poson. super immunitatibus protectionales elargitur. Anno 1384.

Maria Dei Gratia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. fidelibus suis universis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, item Civitatibus, et liberis Villis, ipsarumque Rectoribus, Judicibus, et Villicis, ac Tributariis, quibus praesentes ostendentur, Salutem et Gratiam. Noveritis, Nos ex querulosa insinuatione fidelium Civium et Hospitum Nostrorum de Posonio percepis-

se., quod vos in libertatibus eorum ab antiquo observatis, per Illustres Reges Praedecessores Nostros ipsis datis et concessis, ac per Successores eorundem Regum, et per olim Serenissimum Principem Dominum Lodovicum Regem Hungariae etc. Genitorem Nostrum Carissimum piae recordationis confirmatis minime conservaretis, imo contra formam dictae libertatis eorum tributarias exactiones, et alias illegitimas solutiones exigi et extorqueri faceretis ab eisdem in derogamen et detrimentum praedictae Libertatis eorundem valde magnum. Unde cum Nos eandem Civitatem nostram Posoniensem, et Cives ac Hospites Nostros in eadem Civitate nostra commorantes, in praedicta et aliis libertatibus ipsorum indemniter velimus conservare, Fidelitati igitur Universitatis Vestrae firmo Reginali damus sub Edicto, quatenus visis praesentibus a modo et deinceps in antea praedictos Cives et Hospites Nostros, et singulos singulariter in ipsa Civitate Nostra commorantes, per loca Tributorum vestrorum, et Nostrorum, cum personis et rebus eorum mercimonialibus, cuiuscunque generis vel materiei existant, vel alias quovismodo transeuntes, iuxta modum et formam praemissae libertatis eorum euntes et redeuntes, prout in aliis litteris ipsius condam Genitoris Nostri exinde confectis videbitis contineri, absque omnis tributi solutione, libere et secure, sine omni impedimento abire et transire permittatis, et aliud, sicut Nostram Reginalem incurrere formidatis indignationem, nullatenus facientes in praemissis, scituri constanter, quodsi in contemptum huiusmodi Nostri Mandati secus feceritis in praemissis, extunc commisimus, et vigore praesentium committimus Magnifico Viro Nicolao de Gara, Palatino Regni

Nostri Hungariae, ut praedictos Cives et Hospites Nostros Posonienses, a vobis, et quibuslibet vestrum in praemissis tueatur et defendat, et quodsi damnum aliquod eisdem Civibus Nostris, aut iniuriam aliquam, vel molestiam inferre praesumeretis, idem Dominus Palatinus, vel vices suas gerens vestris cum gravaminibus recuperare cum plenitudine satisfactionis debeat Civibus Nostris praelibatis. Dat. Budae Feria 6-a prox. ante Dominicam Septuagesimae, Anno Domini MCCCLXXXIII.

Sub Sigillo minori infra textum rubrae cerae impresso scriptum est: R-o M. Nicol. Zambo Secret. in litteris regiualibus per Dionisium No — — — sien. Diploma est in membrana exaratum.

In aliis litteris protectionalibus sequente 1384. editis eundem textum de verbo ad verbum continentibus, inque membrana exaratis ponitur in conclusione: „Datum Budae feria secunda prox. post Dominicam Ramispalmar. Anno Domini Millesimo CCC-o octvagesimo quarto." Sigillum magnum Ludovici Regis dorso in alba cera impressum est, habens circumscriptionem eiusdem Regis titulos continentem. Georg. Gyurikovits.

XX.

Eadem iisdem super nundinis priuilegium. A. 1384.

Maria Dei Gratia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fidelibus suis Judici, Juratis et universis Civibus nostris de Posonio salutem et gratiam. Noveritis quod fideles nostri Magister Stephanus filius condam Jacobi Judicis, et Nicolaus Concives vestri suis et Vestrae Universitatis in personis in nostram, et Serenissimae Principis Dominae Elisabeth praemissa Dei gratia Reginae Hungariae, Po-

loniae, Dalmatiae etc. Genitricis nostrae carissimae venientes praesentiam, nostrae humiliter supplicarunt Maiestati, ut nos in medio vestri modum et consvetudinem Cambii in Mercimonialibus et aliis rebus fiendi pro Vestro et Regnicolarum nostrorum commodo disponere, Nundinasque seu Forum annuale liberum Vobis et ad dictam Civitatem Vestram Posoniensem concedere dignaremur. Super quibus sic eidem Universitatis Vestrae Fidelitati praesentibus respondimus: quod, quia nos iuxta nostrum Regii Regiminis officium pro utilitate et perpetuo commodo Vestro et Regnicolarum nostrorum praedictorum intendere volumus, ideo habita praesentium notitia, una cum aliis fidelibus Civibus aliarum Civitatum nostrarum inibi circumsitarum speciales et maturos habendo Tractatus, si Nostram Maiestatem, sic et eo modo de dispositione praemissi Cambii et termino celebrationis praedictae Congregationis per vestras Literas certissimas informabitis, ut huiusmodi constitutio Cambii praedicti, celebratioque dictae Congregationis sine defectu Jurium nostrorum Regalium, specialiter Tricesimalium, et absque praeiudicio dictarum aliarum Civitatum nostrarum, et specialiter Civitatis nostrae Budensis fieri et stabiliri potuerit, extunc Supplicationem Vestram praemissam ad exauditionis gratiam vestrum admittemus iuxta votum, et quid quid in praemissis duxeritis faciendum, per Vestras Litteras efficaces studeatis nos informare. Datum Budae in Festo Sanctissimae Trinitatis Anno Domini Millesimo Tercentesimo Octvagesimo quarto. (L. S.) Maximi dorso appressi.

- Communicavit Georg. Gyurikovits.

XXI.

Maria Regina Montanistas de Riuulis Dominarum, ac Felső-Bánya ab vsu siluae nigrae regalis prohiberi vetat. A. 1384.

Litera Domine Marie regine, Bude. Sabbato proximo ante festum Beati Valentini Martyris annó Domini millesimo, trecentesimo, octuagesimo quarto emanato, condam Wolk Wajuode, Comiti Zathmarien. nec non Drag et Joanni, fratribus eiusdem, praeceptorie loquen. edocebat: quod significan. sibi fidel. ciuibus et hospitibus suis de riuulo Dominarum et de medio monte, vt ipsi Wolk et fratres sui predicti, in sylua sua regali nigra, ipsis ligna succidere, et carbones concremari, et alia pro vsibus eorum, et praesertim pro montanis suis necessaria, ipsis penitus interdixissent, immo laborat. montanarum suarum de ipsa sylua expulissent, et auffugassent: Quapropter rationibus et causis, literis in eisdem denotatis, eisdem mandasset, vt deinceps praedictos ciues et hospites suos de praedictis ciuitatibus, et quoslibet laboratores, pro vtilitate montanistarum exinde insistentes, a lignis in dicta sylua sua nigra regali succidendis et carbonibus concremandis, ac alys necessarys, eorumdem et montanarum suarum de eisdem expediendis, nequaquam prohibere et interdicere auderent; sed permitterent eosdem dicta sylua libere et secure vti, atque frui, nullam iniuriam vel molestiam propter hoc eis inferentes vel inferri facientes."

E iudiciariis Mathjae regis anno 1479. emanatis. Kaprinai MSS. Tomo XVI. sub B. nro VII. e carthario Vrbium Montanarum.

XXII.

Eadem Transactionem familiae Scarus ratam habet. A. 1384.

Nos Maria Dei Gratia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus: Quod Matthias filius Stephani, Flii Nicolai de Scarus, et Stephanus filius Ladislai de eadem pro se ipso personaliter, ac idem Stephanus pro eodem Ladislao Patre, et Blasio fratre suis. Nec non Iidem Stephanus, et Matthias pro Tomboldo et Joanne filiis Petri de dicta Scarus sine Litteris Procuratoriis. Quor. onera et gravamina, si infrascripta compositione persistere nollent, super se ipsos assummendo ab una; — parte vero ab altera Farkasius filius Joannis de praedicta Scarus, et Konya filius suus pro se ipsis similiter personaliter, ac dictus Farkasius pro Ladislao filio suo cum Procuratoriis Litteris Conventus Ecclesiae de Jazow; nec non Albertus filius Ladislai de dicta Scarus similiter personaliter. Item Stephanus Sándor; et Nicolaus filii Andreae de Hamva pro se similiter personaliter, ac Joannes filius Leustachii de Ablocz pro Jacobo et Joanne filiis Andreae praedicti cum Procuratoriis Litteris praedicti Conventus de Jaszow, ac Petrus, et Andreas filii Joannis de memorata Hamva pro se similiter personaliter, et pro Nicolao Fratre ipsorum, dein Petrus cum Procuratoriis litteris saepedicti Conventus de Jaszow, ac pro Andrea filio Petri praedicti, nobiles sine Litteris Procuratoriis, cujus onus et gravamen: si infrascripta compositione persistere nollent, super se ipsos assumendo. Nec non praedictus Farkasius pro Joanne filio Petri praedicti de dicta Hamva cum Procuratoriis litteris dicti Conventus de Jaszow coram nobis constituti con-

fessi exstiterunt viva voce in hunc modum: Quod ipsi per ordinationem, et compositionem proborum, et nobilium virorum quoddam concambium in quibusdam possessionariis portionibus ipsorum infra declarandis fecissent. Quod praefati Matthias, Stephanus, Ladislaus, nec non Tomboldus, et Joannes portionem eorum possessionariam in Possessione Kis Runya vocata habitam cum universis suis utilitatibus, et pertinentiis annotatis Farkasio Konya, Ladislao, Alberto, Stephano Sándor, Nicolao, Jacobo, Joanni, Petro, Andreae, Nicolao; — Andreae Joanni titulo et Jure Concambii perpetuo tenendam, possidendam, et habendam dedissent, et contulissent, imo dederunt, et contulerunt nostri in praesentia. Aeque praememorati Farkasius, Konya, Ladislaus, Albertus, Stephanus Sándor, Nicolaus Jacobus, Joannes Petrus, Andreas, Nicolaus, Andreas de portionibus saepedictis Matthiae, Stephano, Ladislao, Blasio, Tomboldo et Joanni etiam portionem ipsorum possessionariam consimiliter, et cum eodem Jure similiter cum omnibus suis utilitatibus, et pertinentiis quibuslibet similiter in aeviternum tenendam de portione Possessionaria condam Boehk in dicta Possessione Skarus vocata habitam, et ipsos contingentem dedissent, et contulissent, imo dederunt, et contulerunt nostro in conspectu. — Iidem vero praefati Farkasius, Konya, Ladislaus, Albertus, Stephanus Sándor, Nicolaus, Jacobus, Joannes, Petrus, Andreas, Nicolaus, Andreas, Andreas et Joannes de dicta portione possessionaria condam Elek in dicta portione Possessionaria Scarus habita si praedictae possessionariae portioni in dicta Possessione Kis Runya vocatae consimilem et aequivalentem dare non posset, tunc in sup-

plementum, et adaequationem ejusdem de alia portione ipsorum possessionaria in dicta Possessione Scarus habita propria dare tenetur Matthiae, Stephano, Ladislao, Blasio, Tomboldo, et Joanni antedictis: Hoc non praetermisso, quod ipsae Partes se se mutuo, et alternate contra quoslibet Impetitores in facto dictarum portionum Possessionariarum cum propriis laboribus et expensis eorum defendere et expedire tenerentur. Datum Budae tertio die Festi Beatae Catherinae Virginis et Martyris anno Domini MCCCLXXXIV. Locus Sigilli a tergo impressi.

E Cymelio Quinqueecclesiensi.

XXIII.

Elisabeth Reginae gratia Herbordo in poena capitis facta. A. 1384.

Nos Elisabeth Dei gracia Regina Hungarie, Polonie, Dalmacie etc. memorie commendamus per presentes, quod nos ad instantem supplicacionem reuerendi in Christo Patris, Domini Valentini, Episcopi Quinque-Ecclesiensis, et magnifici viri Nicolai de Gara, regni nostri Palatini, ac magistri Johannis, fily Osl, nobis pro Herborto, filio Johannis de Herbortya, allatarum, ipsum Herbortum a nota facti potencie, seu labe latrociny, quas hucusque quouis modo intulisse, perhibetur, duximus graciose expiandum et absoluendum, capiti, possessionibus, et rebus quibuslibet ipsius Herborti graciam et misericordiam faciendo specialem in his scriptis, ita videlicet, quod praefati domini V. episcopus et Palatinus, ac magister Johannes, de rebus et possessionibus ipsius Herborti lesis et dampnificatis per ipsum, pecuniaria solucione mediocriter satisfacere teneantur, et quantumcunque idem Herbortus in-

consimilibus — — — — deprehendi, ydem dominus Nicolaus Palatinus ac magister Johannes memoratum Herbortum — — regie presentare tenebuntur, prout ipsi ad id se obligarunt sponte, nostro in conspectu. Quare vobis fidelibus nostris magnificis viris dominis Palatino et Judici Curie regie vel vices vestras gerentibus, et generaliter cunctis regni nostri Judicibus, seu Justiciarys, presentes inspecturis, firmo reginali damus sub edicto, quatenus ipsum Herbortum contra formam premisse nostre gracie ei facte, in iudicio vel extra nullatenus debeatis impedire, vel aggrauare, aut quouis modo perturbare. Secus non facturi. Datum in Themeswar secundo die natiuitatis Virginis gloriose. Anno Domini MCCCLXXX. quarto."

E charta orig. collectionis Nicolai Jankovich.

XXIV.

Eadem Elisabeth Thomam de S. Georgio Dalm. ac Croatiae Banum Valachos e territorio Sibinicen. exigere, ac damnum resarcire, iubet. A. 1384.

Elisabeth dei gratia Regina Hungarie, Polonie, Dalmatie etc. fideli suo magnifico viro comiti Thome de Sancto Georgio Regnorum nostrorum Dalmatie et Croatie Bano, salutem et gratiam. Noveritis nos alias fideli nostro magnifico viro Emerico Bubek tunc Bano nostro firmiter comisisse, quod propter multa Dampna furta et praedas et plurimas injurias, per quosdam Olachos in districtu Civitatis nostre Sibinici comorantes illatas subditis civibus civitatis nostre predicte, in eorum pascuis animalium et bonis deberet eis inhibere aditum ad loca, et teritorium eorundem nostrorum civium in quibus damnum ipsis dicti Olachi aliquomodo possent inferre, sub pena

florenorum ducentorum. In quam prefati Olachi mandatum nostrum, et decretam ordinationem prorsus ausu temuario spernentes, tunc incurisse per literas capituli nonensis alias nobis allatas nostre constitit majestati. Quam quidem penam pretactus Emericus, tunc sicut prefertur illic banus noster, Jussionibus nostris non obstantibus ab ipsis Olachis exigere postposuit quare cum dicti Olachi sicut nobis assertum est, in eorum pravis actibus magis atque magis nequiter perseverantes, damna et furticinia multa dictis civibus nostris Sibinicensibus in eorum teritorio vineis et pascuis animalium suorum incessanter, inferre minime formidarent vestre fidelitati reginalibus scriptis nostris districte percipiendo mandamus quatenus dictos Olachos debeatis, omni causa remota ad solvendum dictam penam ducentorum florenorum absque dilatione compescere, ut a similium perpetratiore delictorum, eisdem materia detur repisiscendi, quorum quidem ducentorum florenorum medietatem vobis, et reliquam medietatem civibus nostris praedictis volumus cedere. Utque predictis Olachis omnimoda inposterum damnificandi, prefatos Cives et subditos nostros precidatur facultas fidelitati vestre prefate comitimus et mandamus quatenus Olachis ipsis debeatis precipere ut ab illatione hujusmodi damnorum et injuriarum se penitus abstinere debeant, secundumque ut alias per nostram Majestatem decretum exstitit, et ordinatum territorium predictorum civium nostrorum, nequaquam habitare presumant, alioquin, ubi hec nostra mandata eorum temeritate transgrederentur, volumus eosdem simili pena ducentorum florenorum, per vos omnino puniri, quam in eo casu scilicet transgressionis mandatorum nostrorum irreme-

diabiliter, ab ipsis debeatis exigere, vobis et praenotatis Civibus nostris, aequali portione cedendam secus sub nostre grauis indignationis obtentu nullatenus facere presumentes, presentes vero post lecturam earundem reddi jubemus presentanti. Datum Budae die 18-o mensis July Anno Domini M. CCCLXXXIV. Septima indictione.

Diploma originale Membranaceum Ch. Sigillo Reginali ab intus impresso possidet Nicol. Jankovich.

XXV.

Guillermus Episcopus Jaurinensis cantoratui decimam de Lovaszpatona restituit. A. 1384.

Nos Guillermus dei et apostolice Sedis gracia Episcopus Jauriensis, notum facimus vniuersis, et singulis presentes nostras literas inspecturis, quod quamuis nos ex inductione aliquorum vniuersas decimas ville Loazpatana, sub decimacione seu cultello de Vazar existentis, a discreto et honorabili viro Domino Johanne Cantore pro tempore abstuleramus, quia tamen idem Dominus Cantor ex serie literarum priuilegialium praedecessorum nostrorum Episcoporum de eo, quod ipse decime, omni Juris titulo, dignitati Cantoratus Ecclesie nostre Jaurien. predicte pertinere dinoscantur, nos informauit, prout lucidius in ipsis litteris priuilegialibus continetur: Ideo nos dictas decimas predicte ville Loazpatana eidem Domino Cantori et sue dignitati possidendam et percipiendam remisimus et remittimus patrocinio presencium litterarum nostrarum mediante. Datum Jaurini in festo Exaltationis sancte Crucis, Anno Domini MCCCLXXX. quarto." L. S.

Ex originali. In sigillo rotundo expresse legitur: Episco-

pus Jauriensis in perigraphe; in area quadrantes signum eius proprium repraesentant.

XXVI.

Capituli Varadinensis super medietate possessionis Keresztur Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli donata testimoniales. A. 1384.

Capitulum Ecclesiae Varadiensis omnibus — — — salutem — — — proinde Vniuersis pateat haec lecturis: Quod constitutis coram Nobis Magistro Nicolao, filio Alberti de Suk, Nobile de partibus Transyluanis, vna cum Barlaba, Dauid, Michaële, et Elia, filiis suis ab vna, discreto autem viro Ladislao — — — Capellano pro Venerabili in Christo Patre, Domino Andrea, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Transyluano, Domino suo, parte ab altera, confessum exstitit viua voce, — — — per eosdem Nicolaum, — — quod ob deuotionem, quam ipsi ad Ecclesiam Beati Michaelis Archangeli haberent, tam pro salute animarum Michaelis, et Petri, fratrum suorum, quam eorum, rectam medietatem possessionariae cuiusdam portionis Keresztur vocatae, in Comitatu de Thorda existentis, ab oriente, ex parte possessionis Saarpatak vocatae, habitam, quae pridem olim pro dote et rebus paraphernalibus Nobilis Dominae Tolonch vocatae, sororis suae vterinae, ad ipsos fuerat deuoluta, vna cum Jure patronatus Ecclesiae lapideae, sub honore sanctae Crucis, in facie eiusdem possessionis fundatae, nec non terris arabilibus — — — et quibuslibet alys vtilitatibus, — — — quae tunc sunt, — — — vel humana industria existente fieri possunt in futurum, ad eandem medietatem pertinentibus, sub eisdem metis — — — — donassent et contulissent eidem Ecclesiae B. Michaelis Archangeli, per ipsam-

que Episcopatui, et praedicto Domino Andreae Episcopo, et sibi succedentibus et iure donationis dederunt coram Nobis — perpetuo possidendam; nihil dominii — — — assumentes (euictionem legalem) In cuius memoriam — Datum — — — Anno (numerus est detritus).

Ex archiuo Capituli Alben. Transilu. Fasci. IV. nro 38.

XXVII.

Capitulum Budense de possessione quadam Leand, Cott. Bars vendita fassiones edit. A. 1384.

Litera Capituli Budensis Nobis praesentata, tertio die festi Beati Andreae Apostoli. Anno Domini Millesimo Trecentesimo octuagesimo quarto patenter emanata, continuerat: Quomodo Strenuus Miles, Magister Joannes, ac Jacobus et Ladislaus filii Clementis de Telegd, ab vna, parte vero ab altera Sebastianus Literatus, filius Thomae de Bela coram ipso Capitulo personaliter constituti, ydem Magistri Joannes, Jacobus et Ladislaus, confessi extitissent: Quod ipsi quandam possessionem ipsorum, Leand vocatam, in Comitatu Barsensi, iuxta fluuium Garan habitam cum omnibus suis vtilitatibus ac Ecclesia lapidea in eadem ad honorem Sancti Nicolai Confessoris constructa, aliisque vsibus et proprietatibus praefato Magistro Sebastiano et Joanni, fratri suo vterino, et Ladislao filio eiusdem Joannis, haeredibusque eorum pro Mille florenis, vt dixissent, plene ab eisdem receptis, et habitis, vendidissent iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, sub expeditoria cautione, conditioneque literis in eisdem declarata."

Ex adiudicatoriis Nicolai de Gara anno 1415. emanatis.

XXVIII.

Coenobia pro Eremitis S. Pauli fundantur. A. 1384.

Coenobia Corporis Christi de Vngh per familiam Drugeth; B. M. Virginis ac S. Elisabeth ad Albam Juliam per Goblinum Episcopum Transiluaniae; item B. M. Virginis de Thold, per Nicolaum Zambo de de Mezeolak pro Eremitis S. Pauli fundantur. Anno MCCCLXXXIV-o.

Ex archiuo PP. Paulinorum. In libro memorabilium residentiae Eremitarum S. Pauli de Unghvár leguntur: „Anno 1384. Magnifica Domina relicta condam Comitis Joannis Drugeth de Gereb cum filio suo Ladislao coepit fundare Monasterium Sanctissimi Corporis Christi de Ungvar, vt docent literae Dominae Elisabeth reginae. Postea idem Ladislaus donauit eisdem Monasterio particulam terrae Godolyás simul cum 130. iugeribus terrae arabilis, ac etiam aliis trigiuta, et molendino duarum rotarum, nec non duabus vineis, quarum vna vocatur Kanthor Szölöje, in territorio Ungvár, alia in Domonya. De his literae in Conuentu Lelesensi."

XXIX.

Capitulum Budense iussu reginae Mariae par metalium pro Demetrio Cardinali et A. Episcopo Strigoniensi elargitur. A. 1384.

Nos capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus, quod nos literas serenissime Principis domine Marie dei gracia regine hungarie, dalmacie, Croacie etc. requisitorias nouo et secreto suo sigillo consignatas, nobis directas, reuerentia, qua decuit, recepimus in hec verba: M a r i a, dei gracia regina hungarie, dalmacie, crouacie, etc. fidelibus suis capitulo ecclesie Budensis, Salutem et graciam. Refert nobis reuerendissimus in Xto pater dominus demetrius Cardinalis Strigoniensis, quod quedam lite-

ralia instrumenta factum metarum cuiusdam possessionis dicte sue ecclesie woskuth vocate, tangentia ab ipso casualiter deperdita forent atque alienata, quorum alia paria in vestra sacristia seu conseruatorio Ecclesie vestrae more solito reposita haberentur, que nunc pro tuicione Jurium suorum nimium haberentur necessaria, Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus predicta paria dictorum litteralium Instrumentorum in antedicta vestra sacristia seu conseruatorio ecclesie vestre diligenter requiri et reinueniri faciatis, requisitorumque et reinuentorum tenorem, si factum metarum dicte possessionis waskuth vocatae tangere agnoueritis, extunc in transcripto literarum vestrarum eidem concedatis, ad cautelam; cauentes tamen, ne fraus vel dolus interueniat in hac parte aliqualis, aliud non facturi. Datum Budae feria tertia proxima post festum ascensionis domini anno eiusdem M-mo CCC-mo LXXX-mo quarto. Nos itaque mandatis ipsius domine nostre regine in omnibus obedire cupientes, vt tenemur, quodddam par priuilegii nostri super possessione Waskuth vocata, in nostra Sacristia seu conseruatorio ecclesie nostre predicte diligenter requiri et reinueniri feceramus, cuius tenor per omnia is est: Capitulum Budensis ecclesie, omnibus Christi fidelibus, presens sriptum inspecturis Salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Stephanus filius Nicolai de Waskuth ab vna et Magister Nicolaus specialis notarius domine regine parte ab altera coram nobis constituti, idem Stephanus filius Nicolai, dixit et est confessus viua voce, quod ipse particulam cuiusdam possessionis Kyshatwand vocate,

litigiosam vsque nunc inter ipsum et predictum magistrum Nicolaum proborúm virorum et nobilium composicionibus et ordinacionibus interuenientibus, vt ipsi et eorum posteritates in pacis pulchritudine quirent permanere, metis infra dicendis distinctam a parte possessionis eiusdem Magistri Nicolai existentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinentiis tam pro bono pacis quam etiam pro viginti quinque florenis plene ab eodem Magistro Nicolao receptis et habitis, perpetuo et irreuocabiliter eidem Magistro Nicolao annuisset et vendidisset, ymo idem Stephanus, vt dixit de consensu omnium proximorum suorum specialiter Thomae filii Ladislai in nostri praesentia personaliter stantis et consentientis, annuit et vendidit, coram nobis, tenendam habendam et possidendam; mete autem, quibus predicta possessionaria portio ab alia parte distinguitur, prout eciam Laurencius, filius Pethene. homo regius et Magister Michaël socius et Concanonicus noster, ad alia negocia ad preceptum per ipsum Dominum regem literatorie nobis iniunctum transmissi nobis retulerunt, isto ordine currerent, seu cursum haberent, primo inciperet in quodam prato circa quemdam fluuium, qui separet a possessione domini Archiepiscopi Strigoniensis, et eiusdem Stephani filii Nicolai dicti Waskuth, et ibi tres metas erexissent. Inde cursiue ad villam Domini Archiepiscopi Keresztur vocatam, in eodem prato vnam metam erexissent. Inde ad partem septemtrionalem in terra arabili, in monte, vnam metam erexissent, abhinc ad eandem plagam penes viam, qua itur de Kerestur ad Harkyan iuxta metam antiquam aliam de nouo erexissent. Inde circa rubetum ad occidentem, in terra arabili ad vnam metam erexissent, abhinc ad eandem pla-

gam in latere cuiusdam rubeti sub arbore, que vulgo dicitur Tulfa, vnam metam erexissent, abhinc ad eandem plagam in quodam loco, vbi caderet in viam antiquam, vnam metam erexissent, abhinc supra eandem viam ad partem septemtrionalem in eadem via, vbi circa eandem viam complures metas erexissent, et perueniret ad metas Thome, filii Ladislai, filii Matthei, vbi vnam metam erexissent, et sic veniret ad dictas tres metas, vbi prius incepissent, et sic terminarentur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes literas nostras priuilegiales, sigillique nostri munimine roboratas, alphabeto intercisas, ad petitionem parcium duximus concedendas. Datum per manus magistri Alberti lectoris ecclesie nostre, in octauis festi beati Jacobi Apostoli anno Domini MCCCLXII-o, presentibus viris discretis magistris Petro cantore, Petro custode, Ladislao, Emerico, Michaële, Nicolao, marco, Jacobo et aliis Canonicis in eadem Ecclesia nostra deo deuote famulantibus. Nos itaque, sicut premittitur, mandatis dicte domine nostre regine in omnibus obtemperare cupientes, vt tenemur, tenorem et formam predicti paris reinuenti de verbo ad verbum presentibus litteris nostris inseri faciendo dicto domino cardinali dedimus ad cautelam, ipsum par priuilegii nostri in dictam sacristiam nostram more solito reponentes. Datum feria quarta proxima post festum ascensionis Domini anno eiusdem Millesimo CCC-mo octuagesimo quarto.“ L. Sigilli dorsaliter impressi.

E membrana originali bene conseruata. Collectionis Augustini Szalay. In dorso signata: Litera metalis possessiones Kyshotwon, quae continguatur possessioni Keresztur, alio nomine Waskuth.“

XXX.

Conuentus S. Adriani de Zala prohibitorias vendendarum in possessione Ivanch portionum elargitur. A. 1384.

Anno MCCCLXXXIV-o Joannes, filius Gregorii, filii Nicolai, dicti Zakal, de Ivanch, Gregorium, Patrem dicti Joannis, a venditione portionum in possessionibus Ivanch, vtraque Lugas, vtraque Izaagh, ac Nemetfalu vocatis, ab emptione vero Gregorium, filium Ladislai, Georgium, filium Joannis, et Petrum, filium alterius Ladislai, de dicta Ivanch, coram conuentu Ecclesiae Zaladiensis inhibet et prohibet."

E tabulario J. Curiae regiae.

XXXI.

Documentum vigentis auiticitatis. A. 1384.

Joannes filius Nicolai de Chapy, et Nicolaus, filius Petri de Sándorhaza, vt actores contra Jannem, filium Ladislai, alterum item Joannem, Rectorem Ecclesiae de Szent Ivan et Joannem, filium Blasii, de Vajda, velut Incattos propter certam donationem, portioni in possessione Chapy existenti, et per defectum Nicolai dicti Macsár, impetratae, superinductam, in octauis procedunt: in quo processu Incatti deficientem fratrem suum congenerationalem fuisse allegant, et hoc adminiculo productorum documentorum etiam comprobant, quare partes J. tanquam deficientis Nicolai congregationales absoluuntur. Anno MCCCLXXXIV-o."

Ex analectis Alex. Gyurikovics.

XXXII.

Nicolaus de Gara, Palatinus, literas M. Benedicti anno 1266. *emanatas, Szkárosios concernentes, priuilegialiter transumit. A.* 1384.

Nos Nicolaus de Gara, regni Hungariae Pala-

tinus, et Judex Cumanorum, memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit vniuersis: Quod cum Farkasius, filius Joannis et Jacobus, filius Andreae de Szkáros, in causa inter ipsos, vt in causam attractos, ab vna, et inter Stephanum, filium Nicolai de eadem Szkáros, velluti actorem, parte ab altera, in facto cuiusdam possessionariae portionis condam Alberti, filii Jacobi, filii Elek, in eadem Szkaros, existentis, in octauis festi Epiphaniarum Domini coram nobis habita, contra eundem Stephanum, filium Nicolai, quasdam literas Magistri Benedicti, Judicis Curiae Domini Stephani, olim regis Hungariae, priuilegiales, tenoris infrascripti, nostri in praesentiam exhibuissent, mox idem Stephanus personaliter in nostram praesentiam exurgendo, et Nicolaum, filium Venceslai, inter alios in eisdem litteris priuilegialibus conscriptos, memoratum genitorem praedicti Nicolai Patris sui fore asserendo, nos in eo humili partium cum instantia postulauit, vt tenorem ipsarum litterarum priuilegialium, litteris nostris similiter priuilegialibus transcribi et transumi facere, sibique dare dignaremur ad cautelam; quarum quidem litterarum priuilegialium ipsius Magistri Benedicti tenor per omnia talis est: Nos Mr Benedictus (v. supra anno 1266.) Nos igitur praemissam eiusdem Stephani petitionem eo, quod idem filius Nicolai, filii praedicti Nicolai, filii Wenceslai, fore reuera perhibetur, iustam et iuri consonam fore censentes, tenorem ipsarum literarum priuilegialium, non abrasarum, non cancellatarum, nec in aliqua parte viciatarum, imo omni suspicionis vicio carentium, de verbo ad verbum, praesentibus litteris nostris priuilegialibus, inscribi, et inseri faciendo, eidem Ste-

phano, filio Nicolai, duximus concedendum, communi iustitia obseruata in hac parte. Datum in Visegrad tricesimo die dictarum octauarum festi Epiphaniarum Domini. Anno eiusdem MCCCLXXXIV. L. S. pendentis.

Communicauit Alex. Gyurikovics.

XXXIII.

Idem Palatinus iuxta rescriptum Capituli Agriensis diuisionem terrae Szkáros de Kis-Hamva partibus adiudicat. A. 1384.

Magnifico Viro Domino Nicolao de Gara, regni Hungariae Palatino et Judici Cumanorum. Capitulum Ecclesiae Agriensis sincerae reuerentiae et honoris continuum incrementum. Noueritis, quod cum nos litteris vestris adiudicatoriis, simul et compositionalibus honorifice receptis, tenoribus earumdem visis et perlectis, cum Magistro Blasio, dicto de Sárköz, Curiae vestrae notario, homine Vestro, ad infrascripta peragenda specialiter transmisso, duos homines nostros, videlicet Magistrum Stephanum, dictum Kalandai, Concanonicum nostrum, pro parte Stephani, filii Nicolai de Szkaros, actoris, ac Dominum Thomam Sacerdotem, Magistrum Altaris Sancti Nicolai Confessoris, de eadem Ecclesia nostra, pro parte Farkasii, filii Joannis, Alberti filii Ladislai, Petri filii Alexandri, Joannis, Sandor et Jacobi, filiorum Andreae, Jacobi et Andreae, filiorum Joannis, et Joannis filii Petri, ac aliorum Nobilium de dicta Szkaros, in causam attractorum, in dictisque litteris vestris nominatim conscriptorum, ad videndam diuisionem, remissionem, et statutionem possessionis Kis Runya, alio nomine Kis Hamva nominatae, ac portionis possessionariae condam Alberti, filii Jacobi, in dicta Szkaros habitae,

nec non statutionem quartae partis terrae trium aratrorum, intra metas dictae possessionis Szkaros existentis, a parte possessionis Perbes adiacentis, et metarum erectionem dictarum possessionis et possessionariae portionis pro testimoniis destinassemus. Tandem iidem vester et nostri homines ad nos redeuntes, nobis concorditer retulerunt isto modo: Quod ipsi die Dominico proximo post quindenas festi Beati Georgy Martyris nunc praeteritas, cum eisdem Stephano, filio Nicolai, actore; Farkasio filio Joannis, Jacobo, et Sándor filiis Andreae, et Joanne, filio Petri, ac Alberto, filio Ladislai, nec non quibusdam aliis Nobilibus in dicta Szkaros accessissent ad facies possessionum Szkáros et Kis Runya, alio nomine Kis Hamva vocatarum, et primo vicinis, et commetaneis dictae possessionis Szkáros, legitime conuocatis ac eisdem praesentibus, praescriptam portionem possessionariam dicti Alberti, filii Jacobi, in eadem Szkáros existentem, signis metalibus vndeque circumdatam, in qua primum locum sessionalem eiusdem aedificiis destitutum, decem integras sessionés populosas reperissent, in duas partes rectas et aequales diuisissent, et vnam partem earumdem a parte Ecclesiae Beati Martini Confessoris, adiacentem, praefato Stephano, filio Nicolai, et filio ac proximis eiusdem, residuam viro partem earumdem memoratis Nobilibus in causam attractis, ac posteritatibus earumdem statuissent perpetuo possidendas. Metae vero, quibus dicta portio possessessionaria praescripti Alberti, filii Jacobi, circumdatur, prout idem vester et nostri homines nobis expresserunt, hoc ordine praetenduntur: Quod prima meta portionis possessionariae praedictae incipit ab vna arbore pomi meta terrea circumfossa, et iux-

ta fluuium Bánpataka vocatum, a parte orientali existentem, vnde ad partem orientalem eundo, iungit vnam metam, terream, angularem, per ipsos de nouo erectam, a qua ad plagam meridionalem girando, et in platea dictae villae Szkáros parumper transeundo, venit ad aliam metam terream similiter de nouo erectam, de qua ad eandem plagam pergendo, attingit similiter vnam metam terream nouiter erectam, abindeque adhuc ad dictam plagam pergendo, venit ad vnam arborem salicis, similiter meta terrea circumfossam, vnde ad eandem plagam currendo peruenit ad riuulum Thuróczpataka nominatum, quem pertranseundo et in planicie eundo, venit ad alium riuulum in illis partibus Megyespatak nominatum; contra autem meatum per longum spatium pertranscendendo, venit ad vnum magnum lapidem, Tompakeu nominatum, de quo ad montem Azajnok dictum ascendendo iungit vnam arborem querci meta terrea circumfossam, a qua per Bercz ipsius ad plagam orientalem, per longum spacium transeundo, peruenit ad decem metas terreas, Nobilibus de Valy, Magistris Dionysio, et Petro filio Blasii de Zech, Gregorio, filio Oth, Possessioni Felseo Falu vocatae, ac praescriptae portioni possessionariae ipsius Alberti, fily Jacobi separantes, iuxta quas similiter vnam nouam metam terream erexissent; de quibus ad plagam septemtrionalem declinando et de ipso Bercz descendendo, venit, ad vnum fontem pro meta derelictum. Vnde in vna silua ad praescriptam plagam currendo, peruenit ad aliam arborem querci, similiter meta terrea circumfossam; abindeque in eisdem terris arabilibus pergendo, venit ad vnam metam terream nouiter erectam, a qua in eadem plaga in planicie per

modicum spacium currendo, peruenit ad vnam metam terream, iuxta viam ad villam Felsőfalu vocatam, ducentem positam, et erectam, quam pertranseundo, et parum percurrendo, peruenit ad praedictum fluuium Thurocz pataka nominatum; vnde ad plagam orientalem declinando, et in antiquo meatu ipsius riuuli per longum spacium transeundo, venit ad priorem locum, vbi incepissent, et ibi terminaretur. Terras vero arabiles, prata, siluas, nemora, et quaslibet extrinsecas vtilitates dictae portionis possessionariae, ad communem vsum reliquissent Partibus praenotatis. Hisque peractis ad faciem dictae particulae terrae a parte eiusdem Perbes adiacentis, ad tria aratra regalis mensurae sufficientis accedentes, quartam partem eiusdem, per eundem Stephanum, filium Nicolai a praedictis nobilibus Incattis, vt dicitur, in lite obtentam, eisdem Farkasio et Jacobo, caeterisque fratribus, ac proximis eorumdem reliquissent possidendam. Quibus sic peractis, ad faciem memoratae possessionis Kis-Kunya, alio nomine Kis Hamwa vocatae, similiter vicinis, et commetaneis eiusdem legitime conuocatis, ipsisque praesentibus accedentes eandem possessionem primitus, vt asseritur, ad sex aratra mensurae regalis aestimatam, similiter in duas partes diuisissent, et vnam partem eiusdem ex parte Ecclesiae S. Georgy Martyris de eadem adiacentem, metis infrascriptis ab alia sua parte distinctam et separatam annotato Stephano, filio Nicolai, dictam vero aliam partem eiusdem praedictis Farkasio et Jacobo, caeterisque fratribus, et proximis eorumdem, contradictione inibi facta non obstante, statuissent possidendas. Metae vero, quibus dictae portiones ab inuicem distinquüntur, hoc ordine protenduntur: quod

a fluuio Sajo in loco Köves Rév nominato, a plaga orientali egrediendo, ad plagam meridionalem tendendo venit ad vnam metam terream, iuxta quemdam aluęum, nouiter erectam, de quo ad eandem plagam pergendo, iungit secundam metam terream; de qua parumper ad eandem plagam currendo venit ad tertiam metam terream, similiter de nouo erectam; deinde per modicum spacium currendo, venit ad quartam metam terream, de qua quemdam montem ascendendo, et per longum spacium currendo peruenit ad quintam metam inter duas vias positam, et erectam; a qua ad eandem plagam eundo iungit vnam arborem metalem terrea meta circumfossam; de quo intrat meatum riuuli Ipolnok-Pataka nominatum; in quo per longum spatium transeundo exit de ęodem ad plagam meridionalem, vbi vnam metam terream cumulassent, abindeque per vnam viam transeundo, venit ad arborem piri meta terrea circumfossam; a qua parumper currendo, annectit vnam arborem salicis similiter meta terrea circumfossam, de qua adhuc ad praescriptam plagam currendo, et quemdam montem ascendendo, peruenit ad metas possessionis Baracza vocatae, vbi ipsi in cacumine dicti montis vnam angularem metam erexissent, a qua ad plagam septemtrionalem flectendo, et per vnum Bércz ipsius montis per longum spacium currendo, de monte ad orientalem partem girando venit ad vnam metam terream, per quemdam alueum positam, et erectam, quem transeundo, et in terris arabilibus per longum spacium currendo, venit ad vnam arborem populeam, meta terrea circumfossam; de qua alium montem ascendendo iungit arborem querci, similiter meta terrea circumfossam; abindeque adhuc

ad eandem plagam currendo, et meatum dicti fluuii Ipolnok pataka transeundo ad tertium montem ascendendo, peruenit ad vnam metam terream, in vertice dicti montis planitie cumulatam, de qua ad eandem plagam per quoddam nemus transeundo venit ad vnam arborem querci, meta terrea circumfossam, vnde in eodem nemore per longum spacium eundo, iungit arborem ilicis metalem, abindeque de praedicto monte ad eandem plagam descendendo annectit aliam arborem querci similiter meta terrea circumfossam; a qua modicum spatium inter terras arabiles transeundo vnam metam erexissent, a qua per longum spacium in eadem plaga currendo venit ad vnam metam terream in prato de nouo eleuatam, abindeque per paruum spatium transeundo peruenit ad vnum lignum Symelcheufa (Szemercefa) nominatum, similiter meta terrea circumfossum, vnde per modicum spatium currendo intrat fluuium Sajó praenotatum, vbi inceperat, et ibi terminaretur. Datum Sabbatho proximo post terminum praenotatum anno Domini MCCCLXXXIV.

Quibus quidem literis exhibitis, quia ex tenore earumdem praedicti noster et ipsius Capituli Agriensis homines in praefixo, et ad hoc assignato termino ad facies praedictarum possessionum, Szkaros et Kis Runya, alio nomine Kis Hanva vocatarum, vicinorum et commetaneorum ipsarum legitimis conuocationibus praehabitis, et partibus praedictis praesentibus, accessisse, habitaque prius legitima reambulatione earumdem, praeattactam portionem possessionariam annotati quondam Alberti, filii Jacobi, in eadem Skaros habitam, nec non praefatam possessionem Kis-Runya, alio nomine Kis-Hanva, appellatam, cum quibuslibet vtilitatibus et pertinen-

tiis dictae possessioni Kis Runya in praescriptas duas partes rectas et aequales diuisisse, vnamque earumdem duarum partium praenominatis Stephano, filio Nicolai, ac filio ac proximis eiusdem: aliam autem medietatem ipsarum, nec non praescriptam quartam partem dictae particulae terrae trium aratrorum a parte Perbes adiacentis, memoratis Farkasio, filio Joannis, Alberto filio Ladislai, et aliis fratribus eorumdem praenotatis, sub inclusione et separatione praescriptarum metarum, in perpetuum statuisse, et commisisse; vtilitates autem dictae possessionariae portionis praedicti quondam Alberti, filii Jacobi, in dicta Skaros habitae, communi vsui parcium earumdem reliquisse, ex dictis litteris memorati Capituli Agriensis rescriptionalibus manifeste reperiebantur. Pro eo Praelatorum et Baronum regnique nobilium, praeassumpto consilio, praeattactas medietates dictarum portionis possessionariae in dicta Szkaros habitae, olim praesciti Alberti, item possessionis Kis-Runya, alio nomine Kis Hanva, vocatae memorato Stephano filio Nicolai, praemisso modo statutam, cum quibuslibet suis vtilitatibus et pertinentiis vniuersis, eidem Stephano et Matthiae filio suo, ac aliis eius proximis, quibus conuenit, alia medietatis earumdem, et dicta quarta parte praetactae particulae terrae trium aratrorum a parte Perbes adiacentis, memoratis Farkasio et suis Fratribus praenotatis ac eorum successoribus vniuersis, similiter in perpetuum remanertibus, omnino secundum continentiam praescriptarum literarum annotati Capituli Agriensis rescriptionalium in superioribus verbaliter conscriptarum eo iure, quo ipsis dignoscitur pertinere, reliquimus, et commisimus in sempiternum possidere, tenere, pariter et habere, sine praeiudi-

cio iuris alieni. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, praesesentes eidem Stephano, filio Nicolai, concessimus literas nostras priuilegiales pendentis et authentici sigilli nostri muminine roboratas. Datum Budae vigesima die octauarum festi Pentecóstes praedictarum. Anno Domini MCCCLXXXIV-o supradicto." L. S. pendentis."

Commun. Alexander Gyurikovics.

XXXIV.

M. Nicolai Zambo Magistri Tauernicorum regalium pro ciuibus regalibus Poson. contra Abbatem S. Martini de sacro monte Pannoniae prorogatoriae. A. 1384.

Nos Nicolaus Zambo magister tauarnicorum regalium comitatumque posoniensem tenens pro honore damus pro memoria quod causam quam religiosus vir Dominus frater Stephanus abbas ecclesie sancti Martini sacri montis Pannonie pro quo dominus Petrus cum procuratoriis literis conuentus loci eiusdem astitit contra Cristan Benthlow Johannem Herder dictum et dominam relictam Mendel ciues regales de posonio pro quibus Stephanus literatus cum procuratorys literis capituli ecclesie posoniensis comparuit Juxta continentiam literarum dicti capituli citatoriarum, pariter et recaptiuatoriarum, super facto contradictionis statutionis tertie partis cuiusdam tributi seu nauigy lucri in portu danuby vulgariter Chalórew vocati. In quindenis diey domini proxime in festum epiphaniarum domini mouere habebat coram nobis, quia dictus procurator dictorum in causam attractorum causa in premissa non respondebat sed eandem in vlteriorem terminum eo grauamine quo conueniret per nos differri postulabat pro eo ad octauas festi beati Georgy mar-

tyris nunc venturas duximus prorogandam, vt tunc ydem in causam attracti cum Judicio trium marcarum per eosdem deponendo ad premissa respondere teneantur datum in Wissegrad octauo die termini prenotati anno domini MCCCLXXX. quarto.“ L. S. fracti, ex parte conspicui.

Ex originalibus Collectionis Georgii Gyurikovics clause emanatis cum inscriptione coaeua: Pro cristan Benthlo ciuibus regalibus de Posonio et alys intrascriptis contra religiosum virum dominum fratrem Stephanum abbatem ecclesie sancti Martini sacris montis Pannonie ad octauas festi beati Georgii Martyris prorogatorie.“ In papyro.

XXXV.

Idem eadem in causa. A. 1384.

Nos Nicolaus Zambo, Magister Tavernicorum Regalium, Comitatumque Posoniensem tenens pro honore. Damus pro memoria, quod Causam, quam religiosus Vir Dominus Frater Stephanus Abbas Ecclesiae Sancti Martini Sacri Montis Pannoniae, pro quo Dominus frater Petrus Praepositus cum procur. literis Conventus eiusdem astitit contra Cristan Benchlow, Johannem Herder dictum, et Dominam relictam Mendel Cives Regal. de Posonio, pro quibus Stephanus literatus cum procuratoriis literis Capituli Ecclesiae Posoniensis comparuit, iuxta continentiam literarum nostrarum prorogatoriarum super facto contradictionis statutionis tertiae partis cuiusdam tributi seu navigii lucri in portu Danubii vulgariter Chalórév vocati in octavis Festi Beati Georgii Martyris movere habebat coram nobis, de partium procur. voluntate ad octavas festi Beati Michaelis Archangeli nunc venturi duximus prorogand. Da-

tum in Wyssegrad octauo die termini praedicti anno MCCCLXXX. quarto.

Ex autographo chartaceo desumsit et communicavit Georg. Gyurikovits.

XXXVI.

Idem Abbatem de Pilis in tres domos Poson. per Cap. Budon. introduci iubet. A. 1384.

M. Nicolaus Zambo, Magister Tauernicorum regalium Joannem Abbatem de Pilis in tres domos iure pignoratitio Posonii tentas per Capitulum Posoniense introduci iubet octauo die feriae quartae proxime post festum B. Dionysii Martyris. Anno Domini MCCCLXXXIV.

Vide sensum sub anno 1404.

XXXVII.

Compulsoriae instrumentorum edendorum ergo apostolicae. A. 1384.

Johannes Trefnant legum doctor Canonicus Assanensis Domini nostri pape Capellanus et ipsius sacri palacy causarum apostolici ac cause et partibus infrascriptis ab eodem domino nostro papa Auditor specialiter deputatus Vniuersis et singulis Abbatibus prioribus prepositis decanis Archidiaconis Cantoribus Scholasticis Thesauararys tam Cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum Canonicis, parochialium ecclesiarum rectoribus et eorum loca tenentibus presbiteris curatis et non curatis notarys et tabellionibus publicis ac Clericis quibuscunque in Curia romana existentibus nec non per ciuitates et dioeces. Strigoniensem Wesprimiensem Agriensem et Waciensem alias vbilibet constitutis ad quem vel ad quos presentes nostre litere peruenerint seu quibus fuerint presentate Salutem in domino et mandatis no-

stris ymo verius apostolicis firmiter obedire. Ex parte sanctissimi in Xto patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia Pape VI. quamdam commissionem siue supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentatam nos cum ea qua decuit reuerencia recepisse noueritis tenorem qui sequitur continentem Dignetur S V causam et causas quam et quas audiebat bone memorie dominus Johannes mombraÿ vestri sacri palatii causarum olim auditor et que pendebant ac verti et esse sperabantur coram eo inter deuotum virum Benedictum Episcopum Vesprimien. ex vna parte et religiosas dominas Abbatissam moniales et conuentum monasterii beate Marie virginis de veteri buda Vesprimien. dÿoc. ordinis sancte Clare de et super nonnullis decimis et rebus aliis in dictis causis deductis et ipsarum occasione parte ex altera alicui alteri de dominis dicti palatii causar. committere resumendas in eodem statu quo vltimo remanserunt coram dicto condam domino Johanne et vlterius audiendas cognoscendas decidendas et fine debito terminandas cum emergentibus incidentibus dependentiis et connexis. in fine vero dicte commission. siue supplicat. cedule scripta erant de altera manu et litera superiori litere ipsius cedule prorsus et omnino dissimili et diuersa hec verba videlicet Audiat Magister Johannes Trefnant et resumat et iusticiam faciat cuiusquidem commissionibus Vngarie ad nonnullos actus citatorios Juramentum precessos in causa huiusmodi subsequenter constitutus coram nobis Thomas de fideli procurator predictarum religiosarum dominarum abbatisse monialium et conuentus monasterii beate marie virginis de veteri buda Vesprimien. dyoc. ordinis sancte Clare predictarum principales in predicta com-

missione principaliter nominatarum de cuius procurationis mandato nobis per legitima documenta — nobis exposuit querulose quod nonnulli domini prelati Judices aduocati pocuratores notarii clerici et Tabelliones publici alieque persone tam ecclesiastice quam seculares in curia romana existentes nec non ciuitates et dyoc. predictar. tenent et detinent ac habent in Fegris archiuis notis et prothocollis suis ac sciunt et sciant habentes ac detinentes nonnulla iura priuilegia literas apostolicas, regia et instrumenta literas scripturas processus acta seu munimenta causas prefatas ac ius ipsarum dominarum principales continentes et tangentes, seu ad eas pertinencia et spectantia quibus pro defensione iurium ipsius Ecclesie vti at que nondum habere potuit ut dicebat neque potest. Quare nos cum instantia debita requisiuit ut sibi super hoc de oportuno remedio prouidere ac literas conpulsorias contra prefatos dominos prelatos aduocatos Judices procuratores et clericos notarios et Tabelliones publicos et alias personas quascunque hic in Romana curia et extra et ad partes decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Johannes Auditor prefatus attendentes requisitionem huiusmodi tanquam iustam et racioni consonam et quia iusta petentibus non est denegandus assensus vos omnes et singulos supradictos quibus seu cui presentes nostre litere diriguntur et qui super hoc fueritis requisiti seu fuerit requisitus auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte tenore presencium requirimus et monemus primo secundo et tercio peremptorie vobisque ac vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatenus vos et vestrum quilibet qui super hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit re-

quisitus infra sex dierum spatium post presentationem seu notificationem presencium et requisitionem huiusmodi vobis statim et medietate sequentium quorum sex dierum duos pro secundo et reliquos duos pro tercio peremptorie termino ac monitionis c a u s a vobis vniuersis et singulis assignamus postquam pro parte dictarum dominarum Abbatisse monialium et conuentus predictarum principalium seu earum procur. aut exhibitorem presencium fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus. Ita et taliter quod in his exequendis alter vestrum alterum non expectet nec vnus per alium se excuset prefatos Dominos prelatos Judices aduocatos procuratores notarios clericos et tabelliones publicos et personas alias quascunque quas ipse domine Abbatissa moniales et conuentus vel earum procuratores aut exhibitores presencium vos dixerint nominandos vel ipsorum quemlibet communiter vel diuisim ex parte nostra ymo verius apostolica canonice et peremptorie moneatis quos nos etiam tenore presencium requirimus et monemus quatenus infra duodecim dierum spacium quorum dierum quatuor pro primo quatuor pro secundo et reliquos quatuor dies uobis vniuersis et singulis pro tertio et peremptorio termino ac monitionis causa assignet et nos etiam eis et eorum cuilibet assignamus omnia et singula acta actitata literas et quecunque priuilegia bullas Instrumenta scripta processus et quecunque alia munimenta predictas causas eiusmodi tangentia, et continentia ac dictis dominabus principalibus pro defensione iurium suorum necessaria seu ad ipsas dominas quomodolibet spectantia vel eorum transcripta in publicam formam redacta seu sigillis authenticis sigillata ac alias sub tali modo et forma quod eis in Judicio et extra me-

rito valeat et debeat fides plenaria adhiberi eisdem dominabus principalibus vel earum procuratori aut exhibitori presentium uobis uel alteri auditori loco nostri forsitan in huiusmodi causa surrogando ad Romanam curiam deferendi sine fraude et difficultate et contradictione quibuslibet assignare et tradere studeant nichil in eis addendo vel minuendo quod facti substantiam immutet aut uitiet intellectum. Si vero acta instrumenta priuilegia bullae transcripta per vos seu alias personas quascunque detineantur abscondita detentores ipsorum ad reuelandum et exhibendum Abbatisse et Conuentui predictarum compellatis satisfactionem promittere quibus impendenda fuerit satisfactio de suo salario competenti. Quod si forte premissa omnia et singula prout ad vos et vestrum quemlibet pertinent nonadimpleueritis seu non adimpleuerint aut aliquid in contrarium feceritis seu fecerint seu dolum uel fraudem in premissis commiseritis seu commiserint per vos vel alium seu alios, aut mandatis nostris ymo verius apostolicis non parueritis seu paruerint cum effectu nos tam in vos quam in ipsos nec non in contradictores quoslibet et rebelles exnunc prout extunc singulariter in singulos dicta Canonica monitione premissa excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis Absolutionem vero omnium et singulorum qui pcefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint quoquo modo nobis vel superiori nostro tantummodo reseruamus. Diem vero monicionis et requisicionis huiusmodi atque formam et quidquid in premissis duxeritis faciendum ac que et quanta sit dictis scripturis seu munimentis fides adhibenda nobis per vestras patentes literas aut instrumentum publicum harum literarum seriem seu designacionem continentes seu continens remissas fide-

liter intimandum commendamus. In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem presentes nostras compulsorias literas seu potius publicum instrumentum per Nicolaum de Magnarithey notarium publicum iuriumque et huiusmodi cause coram nobis Scribam infrascriptum subscribi et publicari mandauimus nostrique sigilli iussimus appensione muniri. Datum et actum Neapoli in palatio causarum apostolico nobis inibi n o s t r a r u m harum causarum ad iura reddenda pro tribunali sedentibus sub anno a natiuitate domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto Indiccione septima mensis Januarii die decima octaua pontificatus sanctissimi in Xto patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia Pape sexti. Presentibus discretis Viris magistris refinaldo de Wotston et Arnoldo Haen notariis publicis nostrisque scribis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis."

Signum notariale: Et ego Nicolaus de Magnarithey clericus leodiensis dioc. publicus apostolica auctoritate Notarius ac Venerabilis circumspecti viri Domini Johannis Tresnant Auditoris supra nominati et huiusmodi cause coram eo Scriba premissis omnibus et singulis dum sicut premittitur agerentur et fierent vna cum prenotatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi. Ideoque hoc presens publicum instrumentum meum confeci et manupropria scripsi et publicaui et in hanc publicam formam redegi signo et nomine meis solitis et consuetis vna cum dicti domini Auditoris sigilli appensione signaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum."

XXXVIII.

Transactionales coram Judicis Curiae regiae notario. A. **1384.**

Antiqua minuta Transactionalium Regalium,

quod posteaquam vigore adiudicatoriarum de Anno 1381. filius Ladislai de Heuháza curiae Regiae notarius cum testimonio Conventus N. exemtionem facere, ac deficientis Alberti Bona bifariam dividere voluisset, tunc Nicolaus filius Andreae de Hamva cum Jacobo fratre suo et Joanne filio Petri de eadem Hamva manu armata exequentes repulisset, et ad dandam rationem huius violentiae repulsionis evocatus exstitisset, tandem actor Stephanus filius Nicolai pro se et pro Mathia filio, item Stephano et Blasio filiis Nicolai, Thomboldo et Johanne filiis Petri Fratribus Patruelibus ab una; item Jacobus, Sandrinus, Joannes, Stephanus et Nicolaus filii Andreae, Joannes filius Petri, Nicolaus et Petrus filii Joannis, Andreas filius Petri, alter Andreas filius Joannis filii Alexii, item Farkasius filius Joannis ac Konya, Ladislaus, Stanislaus, Thomas, Joannes, et Andreas filii eiusdem Farkasii, Albertus filius Ladislai, et Thomas filius Andreae, ab alia partibus, taliter accordassent, quod praefatus Stephanus filius Nicolai quartam partem ipsius terrae trium aratrorum a parte possessionis Perses habitae, quam Juridice reobtinuisset, praedictis Farkasio et Jacobo, eorumque cointeressatis, quandam portionem praefati condam Alberti filii Jacobi fratris ipsorum condivisionalis in Skárus habitam, ac possessionis eiusdem Alberti Kis Runya alias Kis Hamva mediedatem Actoribus spopondisset remittendam; si vero talem Divissionem Incatti non adimplerent, tum in succubitu Duelli facti potentialis convincerentur, et haec Transactio pro Executione dirigitur ad aliquem Locum authenticum. Homo Regius magister Blasius dictus de Sárköz de Curia Regia denominatur.

E Capitulo Scepusiensi Gabr. Nagy.

Anno 1385.

XXXIX.

Reginae Hungariae Hedwigem filiam ac sororem suam Wilhelmo, Austriae Duci, compactorum fide tradendam procurant. An. 1385.

Nos Elisabeth et Maria, Dei gratia Regine Vngarie, Croacie, Dalmatie etc. Demetrius, miseratione diuina titulo Sanctorum quatuor coronatorum, presbiter Cardinalis, Gubernator Ecclesie Strigoniensis, Valentinus Episcopus Quinqueecclesiensis, Ladislaus, Dux Opulie, ac Nicolaus de Gara, regni Vngarie predicti Palatinus, profitemur et notum facimus tenore presencium Vniuersis. Quod quemadmodum Serenissimus Princeps, Dominus noster, dominus Lodouicus, dominus noster graciosissimus, quondam Rex Vngarie, felicis recordationis, parentelam et matrimonialem contractum disposuerat, fecerat et ordinauerat temporibus vite sue, inter illustrem et inclytam dominam Hedwigem, filiam et sororem nostram, et inclytum Principem, Dominum Wilhelmum, Ducem Austrie, iuxta tenorem et continentiam litterarum super inde confectarum, et emanatarum, que in suo robore et firmitate debeant permanere, sic quoque promittimus et spondemus nos ambe regine sub virtute et honore regie maiestatis: Nos vero prefati — — Cardinalis, — Episcopus Quinque-Ecclesiensis — Dux Opulie — ac Nicolaus Palatinus, per titulum nostrorum honorum, fide videlicet iuramentorum, que super hoc corporaliter prestitimus, ad sancta Dei Euangelia. Quod nos dictas parentelam et matrimonium, inter prefatos, Dominam Hedwigem et Dominum Wilhelmum Ducem, plene et integraliter perficere vo-

lumus secundum statuta et consuetudines veri iusti et legalis matrimonii, ac sacramenti matrimonialis, infra hinc et festum Assumpcionis Beate Virginis ac mense Augusti, proxime affuturi: remota omni illegitima et fraudulosa dilacione. Nos eciam in contrarium predictorum nichil attemptabimus, nec quolibet ingenio volumus, nec tenebimur facere, per quod dictum matrimonium impediri, vel per fraudem aliquam publicam vel priuatam, consummacionem ipsius matrimonii valeat irritari. Similiter quoque alios quoscunque, consumationem eiusdem matrimonii impedire volentes, nullatenus permittemus, omni doli et fraudis malicia procul mota. Ob hocque Nos Regine prefate commisimus et harum serie committimus vobis illustri Principi, Domino Ladislao, Duci Opulie etc. auunculo nostro carissimo, dando et elargiendo vobis plenam et integram potestatem, quatenus prefatum matrimonium infra prescriptum terminum consummare debeatis, prefatamque dominam Hedwigem, filiam et sororem nostram, prenominato Duci Wilhelmo apponatis et in thoro nuptiali collocetis ad amplexus coniugales, detisque eisdem locum et copiam coniacendi et commorandi, prout ad matrimonialiter coniunctos pertinet; et in hac parte nullam faciatis dilacionem. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Jacobi Apostoli. Anno Domini MCCCLXXX. quinto."

Herrgott Monum. Aug. dom. Austr. Tom. III. nro XVIII.

Hedwigis, spe conseruandi regnum Poloniae, Jagelloni Lituaniae Principi, Wladislao dicto, concessa illud cum Gallicia et Lodomeria a Corona Hungariae abstulit, anno 1399. defuncta. Wilhelmus obitum vsque Hedwigis mansit coelebs, anno 1406. XV. Julii ad plures abiit; dum vixit Albertum IV. sub tutela sua continuit.

LX.

Elisabeth regina ciuitati Poson. super nundinis Dominica Laetare celebrandis priuilegium largitur. A. 1385.

Nos Elisabet Dei Gratia Regina Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes uniuersis: Quod Nos, qui ex debito Regiminis Nostrae Reginalis Maiestatis, ac de innata Nobis pietatis Clementia profectus, et commoda fidelium Incolarum Nostrorum Regni Ungariae praedicti, et potissime illorum Incolarum, qui in Confiniis et Civitatibus Confiniorum iam dicti Regni existunt, totis desideriis ampliare cupientes, ut tandem Reginali Munificentia fulciti et adiuti, incrementum recipiant salutare; ad votivam et humilem fidelium nostrorum Judicis, Juratorum et universorum Civium et Hospitum Nostrorum de Civitate Posoniensi directe in confiniis Theotunicorum situata supplicationis instantiam Nobis porrectam, et ut eadem Civitas personis, rebus, et bonis latius augmentetur, de consilio Praelatorum et Baronum Nostrorum, eidem Civitati ipsiusque Incolis de gratia speciali concessimus, ac praesentium testimonio concedimus et donamus, singulis annis in Dominica Laetare proxime ventura incipiendo, octo dies ante ipsam Dominicam, et octo dies post eandem nundinas seu forum annuale in dicta Civitate Posoniensi perpetuo celebraturas. Quo circa vos universos et singulos Mercatores, et alterius negotiationis homines, ad quos praesentium notitia pervenerit affidamus et assecuramus, quatenus ad praefatas Nundinas, seu forum annuale in Civitate Posoniensi statutum ad dies in praesentibus Litteris declaratos, una cum rebus et mercibus, quas adducitis, sine omni tributi solutione ad ipsam Civitatem accedere, ibi-

que pacifice et hinc expeditis et factis mercationibus et negotiationibus vestris, similiter una cum rebus et mercibus vestris etiam absque omni tributi solutione secure et pacifice ad propria valeatis et poteritis remeare. Et hoc idem comittimus in Foris et Locis publicis proclamari, praesentes autem, dum Nobis reportate fuerint, sub Sigillo Nostro maiori privilegialiter emanari faciemus. Datum Budae octavo die Festi Epiphaniarum Domini. Anno Millesimo Tercentesimo Octuagesimo quinto.

Originale in membrana expeditum; Sigilum valde parvum caput Draconis inter duas caudas praeseferens, cerae rubrae impressum. Communicavit Georg. Gyurikovits.

XLI.

Maria regina libertates, iura Ciuibus de Solna, alias Sylna, a Carolo rege concessas, confirmat. S. A.

Anno Domini 1584. Viennae duodecima mensis Octobris datae sunt literae regiae Maiestatis Ferdinandi, priuilegiales manu suae Maiestatis subscriptae, sigilloque secreto suo impendenti communitae, quibus mediant. regia Maiestas serenissimi regis Ludouici, Praedecessoris et sorory suae Maiestatis continent. in se tenores literarum Serenissimorum quondam Dominorum Wladislai, Mathiae, Alberti, Sigismundi, similiter regum Hungar. et Dominae Mariae reginae, praedecessorum nostrorum, felicium recordationum, habent. in se confirmatiue quasdam literas Serenissimi quondam Principis, Domini Caroli, similiter regis Hungar. super subsequentibus libertattbus, per eundem Carolum regem Ciuibus et incolis Oppidi Solna datis et concessis. Primo quod per vnum milliare, nullus operarius, quoquo nomine censeatur, alias nisi in ipsa ciuita-

te nostra de Sylna possit residere; et sua opera exercere, ac etiam vniuersi piscatores vsque ad vnum milliare constituti, ad eandem Ciuitatem debeant: Item in quatuor locis tributorum, videlicet Badaeim, Juthasin, Strechen, et Trenchen vocatis, nullum tributum, nullumque theloneum ydem hospites vllo vnquam tempore soluere teneantur. Pro omnibus autem censibus, redditibus, prouentibus, et censibus ad castrum Lethawa ante dari solitis, non plus, quam ducentos florenos auri, in auro dare teneantur, in duobus terminis, scilicet festo diui Michaelis et diui Georgy Martyris. Item quod a Jurisdictione Castellanorum, et in ambiguis causis, non ad Thesin (Thessin) quia extra regnum existit, sed ad ciuitatem corpona, recursum habere debeant. Ipsi hospites de dictis alys villis seruitia, datia et collectas more hucusque solito officialibus et regi dare teneantur. Plebanum, quem voluerint eligant, praesentent autem confirmandum ordinario praesuli. Item lucrum Camerae, quod denarios fumales ipsi dicunt, soluant secundum solitam consuetudinem. Liberae conditionis homines commorandi gratia libere in dictum oppidum venire possint, et rursum libere egredi. Item nullus Magnatum et Baronum, absque voluntate, super ipsos descensus facere audeat. Memoratis ciuibus et hospitibus de Sylna, ipsorumque haeredibus, et successoribus vniuersis in perpetuum confirmauit, approbauit, et ratificauit. Saluis Juribus alienis."

E libro regio. Kaprinay MSS. sub B. tomo XXVIII. pag. 239—240.

XLII.

Caroli Parui Neapolitani caedes. A. 1385.

In demselben Jahre (MCCCLXXXV.) an dem

andern tag noch sant Dorotheatag wart Kunig Karle von Nopols erslagen zu Offen, in der Vesten in der Stuben, do man sicht in die Capellen, und det das Fargatz Wallas, und der kunig war begraben zu sant Andreas by der Blindenburg und in hetten etlich ungerische Herren gein Ungern geladen."

Ita coaenus Windeck in MSS. cap. XI.

XLIII.

Elisabeth ac Mariae reginarum Captiuitas. A. 1385.

In dem jare XIII. hundert und LXXXV. an sant Jacobsobent, do ving Janus Wanus (Ban) der Croaten, konigin Elizabeth kunig Ludwiges Hausfraw und Maria Ir tochter, des itzunt koniges Sigmund erste Hawsfrawe und schlugen Garan den Niclausen das hawpt ab, und wurffen es der konigen also plutig in den wagen, und verderbeten Fargatz Wallas und vil ander fromer lewte und geschah vor Schlos Gorian uff dem velde."

Idem cap. X.

XLIV.

Sigmundus Marchionatum suum Brandenburgensem ad auxilium contra Hungariam obtinendum, Wenceslao Romanorum ac Bohemorum regi transscribit. A. 1385.

Wir Sigmund von Gotis gnaden Margrafe czu Brandenburgh und des heyligen Romischen Reyches Erzkamerer bekennen und thun kund allen offentlichen, mit diesem briue die yn sehen horen oder lesen, Wanne wir durch mancherley gebrechen dy vnser Lande do Markte czu Brandenburch teglichen bekomment und auch durch hülfe willen, die uns der allerdurchleuchtigste Fürste Herre Wenzlaw Romischer und Behmiser Kunige unser lieber Herre

und Bruder irczaiget und noch irczaigen sol in unseren Sachen gen dem Kunigreich czu Hungeren und besonderlich das frid und gnade in demselben unserm lande der Marke bestellet werden, des seyn wir überein kommen mit dem aller durchleüchtigsten Fürsten und Herrn Herrn Wenczlaw Rom. und Behemischen Kunige unserem lieben Herren und Brudere, das her sich unterwinden sol der obgenanten unser Landen der Marke czu Brandenburch und treten ihm der abe noch der briue ausweisung dy er uns und wir yem beidenseiten eynander geben und vormacht haben; und sol alle Haupleute, Vogte, und Amechtleute setzen entsetzen, recht als wir selben. Hirumb gebieten wir allen Bissofen Mannen und Steten allen Amtleuten und allen unseren lieben getrewen in dem obgenanten unserm Lande der Marke, und weisen die an an den obgenanten unsern herren und Bruder noch derselben briue aufweisunge, die wir beiderseit eynander gebin, und vormacht haben, und wellen das ir dem oft genanten Kunig Wenczlaw unsern Herren und Bruder gehorsam und wartende seit und volget seinen geboten, als ihr uns selben getan habt. Wer aber diese Schickung unde Gemecht nicht thun wolden als vorgeschriben ist. dy schullen von stad an czu uns komen so wellen wir yn das müntlich befehlen. Mit urkund diz briues an den wir unse Ingesigel haben lasen hengen, der geben ist noch Christs geburd dreytzenhundert jar dor noch in dem fünf und achtzgisten Jaren an sende Marien Magdalenen abende.“ L. Sigilli equestris bene conseruati.

Apud Gercke l. c. ex originali Borolinen. p. 134. sq. Hanc Sigismundi cessionem Brandenburgici ea duntaxat sub conditione acceptarunt, vt Joannes, Dux Gorlitziensis con-

stituatur Venceslai in Marchia Vicarius; secus ipsos Sigismundus abalienaret. Ibidem p. 136—7.

XLV.

Sigismundus Marchio Brandenburgensis a Wilhelmo de Sternberg pecunias mutuat. A. 1385.

Sigismundus Marchio Brandenburgensis Wilhelmo de Sternberg dicto de Zlin, assecurationem dat super nongentis aureis mutuo datis. Datum Budin. Anno Domini MCCCLXXXV.

Ex Historia Diplomatica domus Sternbergicae p. 39. Habetur eadem pagina etiam alia assecuratio eiusdem Sigismundi super mille aureis eodem loco et anno, octo tamen diebus serius, id est in octaua S. Wenceslai data.

XLVI.

Item Sigismundus Wilhelmum de Sternberg, ac milites huius in stipendium suum contra factiosos Hungaros suscipit. Anno 1385.

Wir Sigmund von Gottes Gnaden Marcgrafe zu Brandenburg und des heiligen Römischen Reichs Ertzkamerer bekennen und thun kund offentlichen yn diesem Briue. Wanne der Edel Wilhelm von Sternberg Herr zu Swietlow yn unsern Geschefften zu dem Königreiche in Hungarn, mitt seinem Volke uns dynen meinet, und wird nach seinem Vermögen, des geloben wir demselben Herren Wilhelm von Sternberg mit Krafft diz Briues an Argel ist, und wollen em, und auch seynem Volke steen vor alle redeliche Schadenn, die sy nemen, in sóthanen unserem Dinste. Geschehe oder icht an den vorgenten Herren Wilhelm von Sternberg, do Gott vor sey, so geloben wir zu seiner Hande Alschen seynem Sone, und Zdenken von Sternberg etc. die

alle vorbeschrieben Meinunge stet und ganz zu haldenn. Des haben wir unser Ingesigel lassen hengen an diesem Briue zu Urkunde derselben, ist zu Brne nach Christs Geburt dreitzen Hundert Jahr, dar nach in den fünf und aichtzigsten Jare des Dienstages zu der hailigen Creutzwochen."

Indidem.

XLVII.

Idem fideli Ciuitati Poson. libertates, immunitates, ac consuetudines confirmat, ac defensionem contra hostes addicit. A. 1385.

Sigismundus Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archi Camerarius tenore praesentium. memoriae comendantes profitemur, quibus expedit universis. Quia prudentes Viri Jurati Cives, totaque Communitas Civitatis Posoniensis animadvertentes adversus ordinationem et dispositionem per Clarissimum Principem Dominum Ludovicum felicis recordationis Hungariae, Poloniae, Dalmatiae Regem inter praeclaram Dominam Mariam natam eiusdem ac nos factas et roboratas, usque modo multas nobis fieri et inferri prorogationes et obprobria, sentientesque eadem maxime nobis fore cordi, et huiusmodi dilationes nos nolle pati, nec tollerare per amplius, sed magis prosequi nostra negotia seu agenda sine intermissione per Regnum Hungariae, iidem Jurati et Communitas Civitatis Posoniensis fidelitatem, quam gesserunt quoad Sublimationem nostrae Claritatis, effectualiter demonstrantes, rotundo animo et absque quovis obstaculo se nostrae Ditioni subiecerunt, debitisque praestitis obstagiis in ipsorum Dominum naturalem nos reverenter susceperunt; Nos igitur dictorum Juratorum Civium et Consulum nostrae Civitatis Poso-

niensis advertentes fiduciam, non per errorem, sed Consiliariorum nostrorum et fidelium accedente consilio et deliberatione, ipsorum Civium universa et singula Jura, libertates, immunitates, et bonas consvetudines, quae et quas a Clarissimo Domino Ludovico divae memoriae Rege Hungariae antedicto, nec non a Gloriosissimis Principibus Praedecessoribus ipsius largitas et concessas dinoscuntur obtinere, benignitate nobis innata confirmavimus, ipsisque eadem concedimus et confirmamus praesentium per vigorem, volentes ipsos in eisdem inviolabiliter conservari et tenere, imo eadem augmentare gratiosius temporis in processu, etiam praefatos Cives Juratos et Communitatem Civitatis Posoniensis tueri et defensare volumus ab omnibus ipsorum inimicis nostra potentia mediante. In cuius rei Testimonium Sigillum nostrum de certa nostra scientia praesentibus est appensum, et nos Jodocus et Procopius Moraviae Marchiones dictam confirmationem et omnia promissa debite et legitime concessa fore cognoscentes una cum Domino Sigismundo praefato Patruo nostro rata habere volentes atque grata, cum Sigillo ipsius Domini Sigismundi amborum nostrum Sigilla iussimus appendenda. Datum in Campis prope Posonium, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octogesimo quinto, Feria Quarta in crastino Assumptionis Virginis Gloriosae.

Sigill. pendens Sigismundi	Sigill. pendens Jodoci	Sigill. pendens Procopii.

Ex originali in membrana exarato descriptum et communicatum per Georg. Gyurikovits.

XLVIII.

Idem ciuitati Poson. se tricesimam, Jaurinum ac Semptauiam transpositurum, promittit. A. 1385.

Sigismundus Dei Gratia Marchio Brandenburgensis Sacri Romani Imperii Archi Camerarius memoriae commendamus, quibus expedit universis: Quod venientes ad Nostri praesentiam Judex et Jurati Consules Civitatis nostrae Posoniensis Nobis proposuerunt, quia Tricesimarum debita in Jaurino et Sempthe ab antiquo exacta dinoscuntur et recepta, sed Clarissimus Dominus Lodovicus, divae memoriae Hungariae, Poloniae, Dalmatiae Rex motus de locis praefatis Tricesimam transtulerat eandem usque Posonium, volens, quatenus huiusmodi Tricesimarum debita in ipsa Civitate Posoniensi exigerentur per amplius, imo ibidem sunt exacta usque modo, in Consvetudinis dictae Civitatis praeiudicium singulare. Nos igitur dictorum Fidelium nostrorum Judicis et Juratorum Consulum nostrae Civitatis Posoniensis fidei constantiam advertentes, et precibus eorundem inclinati, cum deliberatione et nostrorum Consiliariorum consilio assumsimus eosdem, ipsisque promittimus per praesentes, quod cum Jaurinen. Civitas et Sempthe dominio seu ditioni nostrae subiugabuntur, extunc de consilio nostrorum Praelatorum, et Baronum Regni Hungariae supradictas Tricesimas, quae hucusque exactae sunt et recipiuntur in Civitate Posoniensi, perpetue removebimus, imo transferemus ad eandem Jauriensem Civitatem et Sempthe, ut ibidem prout antea, exigantur. Harum, quibus Sigillum nostrum appensum est, Testimonio literarum. Datum in Campis prope Posonium, Anno Domini Millesimo Tercen-

tesimo Octuagesimo quinto in crastino Assumptionis."

Originale in membrana, sigillum maximum pendens optime conservatum et inviolatum. Communicavit Georg. Gyurikovits.

XLIX.

Idem ciuitatem Poson. Jodoco ac Procopio, Marchionibus Morauiae, oppignorare necessitatur. A. 1385.

Sigismundus Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, nec non Sacri Romani Imperii Archi Camerarius memoriae commendantes significamus tenore praesentium quibus expedit universis: Quod licet Nos Civitatem Nostram Posoniensem Illustribus Jodoco et Procopio Marchionibus Moraviae Patruis Nostris dilectis pignoris titulo obligaverimus; tamen quia Fideles Cives Nostri Posonienses, qui Celsitudini Nostrae merae fidelitatis exhibuerunt constantias, Nostramque voluntatem conservaverunt in hac parte, Fidelibus iisdem Civibus Nostris Posoniensibus promittimus, assumimus, et Nos obligamus sincero corde, quod praefatam Civitatem Nostram Posoniensem absque omni dampno et gravamine eorundem Fidelium Civium Nostrorum Posoniensium redimere volumus atque liberare ab Illustribus Jodoco et Procopio Marchionibus Moraviae Patruis Nostris memoratis, harum, quibus Sigillum Nostrum praesentibus est appensum. Datum in Campis ex alia parte Danubii prope Posonium, Anno Domini Millesimo Tercentesimo Octuagesimo Quinto, Feria Tertia proxima ante Festum Sancti Bartholomaei Apostoli.

In membrana. Sigillum pendens magnum praesefert Equitem concitato equo insidentem, et in pectore scutum, in

quo duae aquilae et duo leones conspiciuntur, tenentem. In circumferentia legitur: „S: SIGISMVNDI de Boemia, Dei gratia Marchionis Brandenburgen." Oppignorationem hanc Urbis Posoniensis memorat Math. Bel in Not. nov. Hung. T. 1. in Historia Urbis M. 1. Sect. 1. Cap. III. §. XXVII. pag. 147. his verbis: „Sigismundus saluti suae consulturus, relicta uxore, in Bohemiam effugit. Et itinere, ut sibi forte sumtus compararet, exsulaturus, Pisonium Jodoco et Procopio Marchionibus Moraviae, patruelibus suis, anno 1385. pignori dedit, quadriennio post, cum jam rebus praeesset, etc. nimirum 1389. numerato aere redemtum." Hac occasione non videtur urbem subintrasse, cum authographum in campis trans Danubium procurrentibus, quos nostra aetate Köptsinienses, germanico idiomate „Kittseer Haide" vocamus emanaverit. Georg. Gyurikovits.

L.

Procuratoriae regnicolarum ad Ciues Poson. vt reginis captiuis fideles maneant. A. 1385.

Paulus Dei et Apostolicae Sedis Gratia, Episcopus Zagrabiensis Ecclesiae, Stephanus olim Wayvoda, Nicolaus de Zeech pridem Judex Curiae Regiae, Johannes nuper Banus de Macho, Nicolaus Zambo condam Tavarnicorum Regalium Magister, et Stephanus filius condam Dionisii Wayvodae, caeterique Barones, Fratres, Proximi, Amici, Socii, et Adhaerentes nostrae Ligae Providis Viris Judici Juratis et universis Civibus seu Hospitibus Civitatis Posoniensis salutem et prosperos ad vota successus. Amici nostri carissimi! Vestram Amicitiam volumus non latere, quod licet inter nos et aliquos Regnicolas Regni Hungariae seminante humani generis inimico disceptationis rancor et perniciosus invidiae li-

vor fuerit, tamen divino prius cooperante Numine et dispositione ac salubri ordinatione Serenissimarum Principum Dominarum Elizabeth et Mariae eadem Dei Gratia Reginarum Ungariae etc. Illustrium Dominarum Nostrarum Gratiosarum, ac Praelatorum et Baronum suorum interveniente praemissa omnia et eorum singula ad pristinam reduximus pacis votivae tranquillitatem. Unde Vestram Amicitiam requirimus sincero ex affectu, quatenus omnem ambiguitatem, quam hucusque forsan gessistis de cordibus et animis vestris penitus evellentes, dictis Dominabus Nostris Gratiosis, in omnibus earum agendis et servitiis, seu expeditionibus, dum opus fuerit, imo semper et indesinenter mera fidelitatis flagrantia, et sincerae fidei constantia, una Nobiscum et aliis Regnicolis suis inviolabiliter praecipue in tuitione Confinium Regnorum ipsarum adesse velitis, hortantes vos sincero zelo attente, ut praemissa in Foris et Locis publicis, ac medio vestri palam faciatis proclamari. Datum in Posegavia Feria tertio proxima post Festum Ascensionis Domini, Anno eiusdem Millesimo Tercentesimo Octuagesimo Quinto.

In charta expeditae, tribus Sigillis viridi cerae appressis munitae, quorum unum praesefert Draconem ore hiante, expansis alis, cauda convoluta; aliud ostendit aquilam bicipitem, quae tamen duplicato draconi magis similis est; ex utraque ejus parte sunt litterae N. — I. et epigraphe: S. NICOLAI DE ZEETH — —; tertio insculptus visitur agnus paschalis cum vexillo, et epigraphe attrita. Georgius Gyurikovits.

LI.

Gregorius IX. PP. Crucigeros Hungariae ac Dalmatiae ad bellan-

dum contra Turcos, cum Magistro Rhodio proficisci iubet. A. 1385.

Gregorius etc. Hospitalariis Hungariae ac Dalmatiae. — Ingentissima damna, aliaque mala animarum et Corporum, non absque flebili memoratu fidelium recitanda, quae venerunt propter Christianorum negligentiam, in grauissimum dispendium fidei Christianae commissam, piget et pudet recolere; sed id cogit vrgens necessitas, vt ostensis negligentiae culpis et infelicissimis euentibus subsecutis, ex eis ipsae culpae horreantur detestabilius, et promtioribus animis possibilis emendatio praebeatur, et si quidem notissimum, quod olim etiam de multorum memoria impÿ Turchi, persecutores nominis Christiani, non inuenta resistentia sufficienti fidelium, post dissipationem multarum, quae fertiles erant et inhabitate per populos Christianos, inuaserunt et occuparunt et destruxerunt ferme totum gloriosum Imperium Romaniae, et sibi tributarium effecerunt abductis ab inde in seruitutem miserrimam infinitis personis, vtriusque sexus, quas ad terras suas abducere voluerunt, iamque Imperium Bulgariae et regnum Seruiae aliasque partes dictorum Christianorum crudeliter impetere asseruntur, Ciuitas quoque gloriosa Constantinopolitana et eius Imperator illustris, adeo sunt arctati a Turchis eisdem, quod non solum eis tributarii facti sunt, sed fere in eorum manibus consistunt, nisi ipsis per auxilium fidelium occidentalium celeriter succurratur; regnumque Armeniae minoris, vtique Christianum, positum inter Saracenos et Turcos eosdem, iam longis temporibus auxilium fidelium Occidentalium etiam minimum non praesensit, propter quod paulatim et quasi totaliter in manus decidit impio-

rum. Praemissis igitur et nonnullis aliis, vtilibus et necessariis causis circa istam materiam, quae consultius subticemus, matura deliberatione digestis, ad laudem Dei, defensionem et dilatationem dictae fidei, gloriam et honorem Romanae Ecclesiae, animarum vestrarum salutem, et religionis vestrae reformationem aut augmentum in spiritualibus, et temporalibus, dante Domino prouenturum, auctoritate Apostolica duximus ordinandum, vt quingenti fratres milites dicti hospitalis et totidem eorum scutiferi tempore veris anni Natiuitatis Domini millesimi tercentesimi octuagesimi quinti ad partes Romaniae praefatas debeant transfretare, in eisdem partibus ad dictae sedis beneplacitum permansuri, et gesturi bellum contra Turcos, prout per dilectos filios Magistrum et Conuentum Rhodi dicti hospitalis, et alios Praesidentes et Consiliarios ad hoc deputandos pro tempore prouide disponetur etc. Datum Auin. VI. Idibus Decembris. Anno V."

E Codice Diplomatico Crucigerorum Tomo I. fol. 141. Vires has suas Prior Auranae non in Turcos, sed contra Dominas suas naturales, Hungariae reginas conuerterat.

LII.

Demetrius A. Episc. Strigon. ac Cardinalis varias lites componit. A. 1385.

Demetrius Cardinalis et Archiepiscopus Strigoniensis lites varias tum circa decimas Capituli Agriensis, tum circa Jura ecclesiae Varadiensis, tum alia bona ecclesiastica componit. Anno Domini M. CCC. LXXXV.

E MSS. Héveneai tomo B. p. 144.

LIII.

Capitulum Castriferrei super dote ac paraphernalibus nobili Dominae Elisabeth de Franklo expeditis, testimoniales largitur. A. 1385.

Tenor Literae priuilegialis Capituli Castriferrei in festo Beati Nicolai Confessoris Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo quinto emanatae transcribens in se de verbo ad verbum continentiam aliarum Literarum eiusdem capituli priuilegialium secundo die octauarum Festi Natiuitatis Beati Joannis Baptistae, Anno Domini Millesimo, trecentesimo, quadragesimo secundo editarum, et modo consimili in eorum sacristia ad regium praeceptum requisitarum explanabat: Quod Paulus, filius Joannis de Poth, Comitatus Sopronien. pro se, Stephanus vero, filius Stephani de Bogjoslo, pro nobili Domina, Elisabeth vocata, relicta Joannis, fily Frank de Franklo, Domina Matre scilicet dicti Pauli, cum procuratorys literis praeceptor domus Hospitalis de Sopronio, coram dicto Capitulo Castriferrei personaliter constituti, Michaëlem et Joannem, filios Göns de Franklo, receptis ab eisdem viginti quinque marcis denariorum super dote et rebus parafernalibus praefatae Nobilis Dominae Elisabeth, ipse Paulus Procurator et filius, dictus vero Stephanus velut Procurator legitimus eiusdem Dominae Elisabeth penitus et per omnia reddidissent expeditos."

Ex iisdem C. Simonis de Rozgony Curiae regiae Judicis litteris, anno 1412.

LIV.

Capitulum Castriferrei super vno loco molendini, in fluuio Raba cesso, fassionales edit. A. 1385.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie

commendamus quod Magister Johannes filius Leukus de Azzonfalva sua ac Nicolai — — fily sui in personis cujus honus et Gravamina per omnia super se assumpsit coram nobis personaliter constitutus oraculo vive vocis confessus exstitit eo modo: ut ipsi unum locum molendini in fluvio Raba in contermino praemisse Possessionis suae inter curiam suam propriam et curiam Magistri Joannis filii Osl fratris sui Patruelis de eadem, in terra sua propria habitum adnotato Magistro Joanni filio Osl et suis Posteris natis et nascendis tum ratione dilectionis fraternalis tum etiam receptis ab eodem Magistro Joanne triginta marcis denariorum dedisset, et sub forma venditionis tradidisset imo dedit et tradidit coram nobis Testimonio praesentium mediante. Datum feria tertia proxima post Dominicam Ramis Palmarum Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimo quinto."

Originale Autographum est in Archivo Nicolai Jankovich.

LV.

Idem Cap. Benedictum de Kolta iura sua super possessione Reznuk M. Nicolao de Egerwar cesisse, fatetur. A. 1385.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie comendamus quod Benedictus filius Blasy de Kolta, et nobilis domina Margareta vocata consors sua coram nobis personaliter constituti Ministerio vivae vocis confessi exstiterunt eo modo ut ipsi universa jura ipsorum tam — — dotalitia quam quartalia ac alia comodolibet nominata, ipsos in possessionariis portionibus condam Clementis fily Salamonis de Reznuk, ubilibet et in quibuslibet Comitatibus adjacentibus contingentia cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis universis Magistro Nicolao, filio Michaë-

lis de Egurvar ratione dilectionis proximitatis, dedissent donassent et contulissent Jure perpetuo irrevocabiliter possidere, tenere, pariter et habere imo, dederunt donarunt, et contulerunt coram nobis Testimonio Praesentium mediante. Datum feria secunda proxima post festum Beate Margarete Virginis et Martiris Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimo quinto.

Originale Autographum est in Archivo Nicolai Jankovich.

LVI.

Capitulum Jaurin. filios Petri de Pottyond iussu regis Sigismundi rite statutos rescribit. A. 1385.

Capitulum Ecclesiae Jauriensis omnibus Christi fidelibus, praesentibus pariter et futuris praesentem paginam intuentibus salutem ab eo qui est omnium vera salus. Ad universorum notitiam tam praesentiam quam futurorum harum serie volumus fieri manifestum. Quod cum nos litteras statutorias Serenissimi Principis Domini Sigismundi Dei gratia Inclyti Regis Hungariae, Dalmatiae, Croat. etc. Domini nostri gratiosi, cum omni Reverentia qua decuit recepissemes tenoris infrascripti. Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae Dal. Croatiae Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo Ecclesiae Jaur. Salutem et Gratiam. Dicitur nobis in Personis Stephani et Joannis filiorum Petri de Pothiunt, quod ipsi in Dominium cujusdam posseseionariae Portionis ipsorum in praedicta portione habitae in Comitatu Supruniensi apud manus suas habitas, sibi titulo quartae filialis adtinentes legitime vellent introire si contradictio cujuspiam ipsis non obviaret in hac parte aliqualis, super quo fidelitati vestrae firmiter percipiendo mandamus, quatenus Vestrum

mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo Presente Georgius filius Joannis de Chorna, vel Laurentius de Pastor, et alter Laurentius filius Joannis de Kisfalud, ac Benedictus de Jobbaháza sive Joannes filius Ompot, aliis absentibus homo noster ad faciem praedictae Portionis possessionariae in dicta possessione Pothyund vocata vicinis et commetaneis suis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo introducat praefatos Stephanum et Joannem im Dominium ejusdem statuatque eandem ipsis eo jure quo eis dignoscitur pertinere perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra adnotatum Stephanum et Joannem nostram in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis, eorum reddituros: ac post haec ipsius possessionariae introductionis, et statutionis seriem —————— si necesse fuerit nomina contradictorum et citatorum si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Visegrat feria quinta proxima post festum Beati Bartholomaei Apostoli Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimo quinto. Nos etiam praeceptis ejusdem Domini Nostri Regis, in omnibus obtemperare cupientes, ut tenemur una cum praefato Joanne filio Ompoth de Chaford, homine ejusdem Domini Nostri Regis in eisdem litteris suis inter alias nominatim conscripto hominem nostrum videlicet Jacobum Chori nostri Clericum ad praemissa suo modo peragenda pro testimonio transmisimus fidedignum: qui post modum ad nos reversi nobis uniformiter rettulerunt, quod ipsi feria quarta post festum Nativitatis beatae Virginis Gloriosae nunc proxime praeteritum ad faciem praedictae portionis possessionariae, videlicet unius Ses-

sionis — — Jugera terrarum arabilium in diversis locis et aliis utilitatibus in dicta possessione Pothyund vocata et intra metas ejusdem vicinis et cometaneis suis universis inibi legitime convocatis, et praesentibus accessissent introduxissentque praefatos Stephanum et Joannem in Dominium ejusdem possessionariae portionis ac statuissent eandem ipsis eo Jure quo eis dignoscitur pertinere perpetuo possidendam nullo penitus contradictore inibi apparente, in cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem literas nostras Privilegiales eisdem concessimus, Sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum Duodecimo die statutionis praenotatae. Anno Domini superius expresso. Praesentibus honorabilibus et discretis viris Dominis Andrea praeposito Joanne Cantore et altero Joanne custode ceterisque dominis et Canonicis Ecclesiae nostrae — — — existentibus ac Deo devote famulantibus.

Originale hujus Diplomatis in Membrana scriptum sed parumper laceratum, sigilloque destitutum asservat Nicol. Jankovich.

LVII.

Capitulum Nitriense bullam Bonifacii PP. VIII. monialium S. Clarae immunitatoriam priuilegialiter transcribit. A. 1385.

Capitulum Ecclesie Nitriensis omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum tam praesencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod religiosus vir frater Mychaël minister ordinis fratrum minorum in regno hungarie constitutus, ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam literas seu Bullas in cordula sericea more romane curie bullatas, san-

ctissimi in Xto patris domini Bonifacy Papae temporis infrascripti Supplicans nobis cum instancia, quod quia easdem propter viarum discrimina et diuersos euentus semper et vbique in specie secum ferre formidarent. Igitur tenorem earumdem in formam nostri priuilegy rescribi facere dignaremur, quarum tenor per omnia hyc est Bonifacius episcopus seruus seruorum dei dilectis in Xto filiabus vniuersis abbatissis et conuentibus monialium inclusarum siue ordinis sancte Clare siue sancti Damiani seu minorisse dicantur Salutem et apostolicam benedictionem. laudabilis sacra religio que in monasterys vestris a vobis et alys personis in eis degentibus, sub onere voluntarie paupertatis iugiter colitur, sic a vobis mundane dissolucionis relegauit illecebras, vt inter alia claustralis abstinencie nexibus relegatis puritate fulgeatis abstinencie regularis et voluntatis libertatem coarctantes omnino sub obediencie debito dignam ac sedulam exhibeatis domino seruitutem, hinc est quod nos pium et congruum reputantes vt vos illa prosequamur gracia quam vestris necessitatibus fore perspicuimus oportunam, vobis vniuersis et singulis auctoritate presencium indulgemus vt ad praestationem decimarum de quibuscunque possessionibus et alys omnibus bonis vestris que in presenciarum habetis et iustis modis prestante domino aquisiueritis in futurum, vel ad contribuendum et procurandum quemlibet ordinariorum et etiam legatorum et nunciorum sedis apostolice a quibuslibet etiam collectis ac ad exhibendum pedagia telonia et alias exactiones quibusuis regibus principibus seu alys personis secularibus minime teneamini nec ad id compelli aliquomodo valeatis nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collationis

infringere vel ei ausu temerario contraire, Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum anagnie quinto nonas Juny pontificatus nostri anno secundo, Nos igitur iustis et legitimis supplicationibus prefati mynistri fauorabiliter inclinati presentes Bullas non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas sed omni prorsus suspicione carentes reperiendo, tenorem earumdem de verbo ad verbum sine variacione aliquali presentibus literis nostris priuilegialibus inseri facientes sigillique nostri autentici appensione munimine roboratis eidem mynistro duximus conceden. maiorem ad cautelam datum sabatho proximo ante dominicam oculi anno domini millesimo CCC. LXXX. quinto magistro Johanne lectore ecclesie nostre predicte existente."

Ex originali archiui nostri.

LVIII.

Nicolai de Zeech Palatini literae adiudicatoriae super molendino Püspökiensi Anno 1383. *et relatoriae Capituli Budensis. An.* 1385.

Literae Nicolai de Zeech, regni Hungariae Palatini, adiudicatoriae super distractione cuiusdam molendini in loco propinguo ad molendinum Archiepiscopale in Püspöky constructum, et quod nunquam ibidem aliud molendinum erigi possit. Datum Budae sedecimo die festi Epiphaniarum Anno Domini MCCCLXXXIII. Cum inclusis relatoriis Capituli Budensis literis super distractione clausurae, ac restitutione molendini. Anno MCCCLXXXV.

Originales in archiuo Primatiali Capsa H. nro 4—0. — Fuit exitus anni huius Reginis admodum funestus; ipsis enim

praesentibus Albae regiae XXXI. Decembris Carolus Paruus, Caroli Dirachini filius per factiosos ad capessendum regimen inuitatus fuerat diro omine coronatus: V. Raphaini Caresini chronicon apud Murat. XII. p. 476. Ast regnum mala arte quaesitum magno scelere perdidit Anni subsequi 7-a Februarii in camera reginarum crebris Blasii Forgach Bacillorum ictibus sauciatus, paulo post spiritum Visegradini exhalauit. XXIV. Februarii. Idem. Cf. Thuroczii Chronicon. III. c. 8.

LIX.

Idem Palatinus quartalicia possessionis Szakácsi nobilibus de Eresztvény adiudicat. A. 1385.

Nos Nicolaus de Zeech Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum. Memorie comendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis. Quod Magister Petrus filius Nicolai de Ereszthvén Prothonotarius Judicis Curie Regie, pro se personaliter, et pro Johanne, et Paulo fratribus suis cum procuratoriis Litteris Conventus Symegiensis. Juxta continentiam Litterarum Serenissime Principis Elisabeth Regine Hungarie Domine nostre, prorogatoriar. In octavis festi beati Michaëlis Archangeli in anno proxime transacto preteritis ad presentiam Magnifici viri Nicolai de Gara pridem similiter Regni Hungarie Palatini accedendo, contra nobiles Dominas Claram relictam Thome fily Petri de Sauul, ac relictam Johannis fily Pethus de Gunchel, et consortem Petri fily Johannis de Deed simul cum eisdem litteris Reginalibus, procuratoriis quasdam septem litteras unam videlicet nostram tunc nobis honorem Judicatus Curie Regie tenentibus adjudicatorias Comitatui Zaladiensi directas, et aliam eiusdem Conventus Domine nostre Regine rescriptionalem

nec non duas similiter nostras Judiciales, ac quintam modo simili ipsius Conventus Zaladiensis evocatorias, nec non sextam, et septimam predictas litteras Reginales dilatorias, ac etiam quedam paria litterarum nostrarum prorogationalium in diversis annis, et terminis confectas, et emanata prout per litteras dicti Domini Nicolai de Gara Palatini informationales eidem presentasset, ex quibus predicte littere nostre adjudicatorie, et procuratorie ac Judiciales, nec non dicti Conventus Zaladiensis rescriptionales declaressent, Quod cum nobiles Domine consors Petri fily Johannis de Deed, et relicta Thome fily Petri de Sauul, filie videlicet Pauli fily Heem de Zakach nec non relicta Johannis fily Pethur de Gunchel filia Thome fily Andree de dicta Zakachy ex nobili Domina filia predicti Heem prenarrata Domine nostre Regine nobis presentibus in eo querimoniam erexissent. Quod Magister Petrus, Paulus, et Johannes fily Nicolai fily Gede de Zakachy similiter personaliter adherentes ipsis Nicolao, et Johanne filys predicti Pauli fily Heem fratribus eorum defunctis, de possessionariis portionibus eorumdem in dicta Zakachi habitis eis de Juribus ipsarum quartalibus minime satisfactione impensa potencionaliter exclusissent. Ipsaque Reginalis Serenitas nobis inter ipsas partes Judicium, et Justiciam impremissis facere precepisset. Tandem secundo die octavarum festi beati Martyni Confessoris, In anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo secundo pretactarum nobis tribunal Judiciale sedentibus predicte Domine in nostram personaliter accedentes presentiam praemissam earum propositionem reiterantes prefata Domina relicta Thome de Sauul allegasset primo. Quod ipsa dicto Thome homini ignobili, et

inpossessionato copulata extitisset, et ex eodem unam filiam genitam haberet, unde sibi Jus suum quartale de predictis portionibus paternis cum possessione deberet provenire. Quibus auditis predicti Magistri Petrus, Paulus, et Johannes fily Nicolai modo simili personaliter coram nobis adherentes, respondissent ex adverso. Quod ipsi predictas Dominas de prefatis portionibus possessionariis condam prefatorum Nicolai, et Johannis filiorum Pauli potentialiter non exclusissent, sed predicte portiones possessionarie eorumdem filiorum Pauli ipsis, ac Benedicto filio ipsius Nicolai fratribus ipsorum patruelibus, et condivisionalibus absque heredibus abhoc seculo transmigratis in ipsos devolute extitissent. Ipse vero domine filie ipsius Pauli, ac Domina Mater prefate Domine relicte Johannis fily Pethus de eisdem portionibus olim nobilibus maritis copulate, et extradate extitissent. Ipsa etiam Domina relicta Thomae non homini ignobili, et inpossessionato, sed eidem Thome nobili de Sauul fuisset matrimonialiter copulata. Et ibidem quasdam litteras predicti Symegiensis Conventus privilegiales, In anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo octavo, quarto die octavarum diei medy quadragesime confectas nobis presentassent declarantes. Quod cum juxta continentiam litterarum Serenissimi Principis Domini Ludovici pridem Incliti Regis hungarie pie memorie, sub majori suo Sigillo consignatarum obligationalium in dictis octavis diei medy quadragesime per tres probos, et nobiles viros coram testimonio dicti Conventus inter predictos Magistrum Petrum, Paulum et Johannem filios Nicolai fily Gede de Zakach ab una, et inter annotatos Johannem, et Nicolaum filios Pauli fily Heem de eadem Zakach

parte ab altera. Supra serto possessionariis, et aliis factis sub obligatione quinquaginta marcarum pro parte ipsum arbitrium refutante subportando apud Ecclesiam omnium sanctorum in dicta Zakachi constructa arbitrium fieri debuisset, Ipseque Conventus ipsis octavis adherentibus ad videndum et audiendum ipsum arbitrium fratrem Andream Sacerdotem unum ex ipsis pro ipsorum testimonio transmisisset. Tandem idem ad ipsum Conventum reversus presentibus predicto Magistro Petro pro se, ac dictis Paulo, et Johanne fratribus suis. Item Johanne filio Pauli similiter pro se, et annotato Nicolao fratre suo coram eodem Conventu adherentibus retulisset eo modo. Quod ipse partes in predictis octavis diei medy quadragesime in presentia sui tres probos, et nobiles viros pro ipsorum arbitris consedere fecissent. Qui quidem probi, et nobiles viri auditis partium propositionibus, quia ex ipsarum partium relatione easdem partes fratres condivisionales fore cognovissent, et super quibusdam particulis silvarum prati, et locorum molendinorum easdem contendere, et litigare percepissent. Ideo ydem arbitri ipsis partibus volentibus, et per omnia acceptantibus taliter arbitrati extitissent. Quod sopitis, et sedatis omnibus causis factis dampnis, nocumentis ac quibuslibet maleficiorum generibus usque tunc inter ipsos habitis, et exortis locus molendini in Gythwazar existens devolvi deberet, et devoluta extitisset fraternali condivisione mediante filys Pauli fily Heem prenotatis. Alter autem locus molendini inter duas Silvas utrasque Magaskertvel vocatas habitus cedere deberet, ymo cessisset filys Nicolai fily Gede prenotatis. Ita tamen quod in piscatura simul cum arboribus, ac viminibus intra Clau-

suras dictorum molendinorum crescentibus partes communiter uti deberent. Silva autem Othuserdew vocata inter ipsas partes in duas partes coequales divisa extitisset, cuius vera medietas a parte meridionali existens ipsis filys Nicolai altera vero medietas a plaga septemtrionali habita dictis filys' Pauli fily Heem fuisset devoluta, pratum vero Zyul vocatum similiter in duas partes dividendum commisissent. Silva autem Vagutherdew — vocata eisdem filys Nicolai fily' Gede sicut prius eorum extitisset perpetuo relinquissent. Hoc adjecto quod eedem partes omnes litteras Inquisitionales, prohibitionales, et alias superfacto possessionario contra sese usque tunc emanatas vanas frivolas, et viribus carituras reliquissent. In aliis autem terris, et possessionariis Juribus ipsarum partium easdem omnino eodem modo sicut predecessores eorumdem divisissent, et usque tunc ipse partes tenuissent perennaliter easdem partes commisissent permansuras sub obligatione premissa in dictis litteris regalibus contenta, et expressa, quibus quidem litteris exhibitis et expositis, quia dicti fily Pauli fily Heem cum ipsis filys Nicolai infraternali, et condivisionali linea existere, tam ex tenore predicti — — etiam ex relatione ipsarum Dominarum nobis agniti fuissent. Nos absque estimatione predictarum possessionariarum portionum prelibatorum filiorum Pauli, ac rescientia et renumeratione — — hujus utque condam dictus Thomas in prefata possessione Sauul homo nobilis vel inpossessionatus fuerit inter ipsas partes congruens Judicium facare non potuissemus adeoque — — regius et prefati Conventus Zaladiensis homines transmitti debuissent necessario. Pro eo nos dicti Conventus Zaladiensis amicitiam litteratorie petiissemus diligen-

ter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infra declarandus in octavis festi Pasce Domini tunc venturi ad facies predictarum possessionariarum portionum, predictorum filiorum Pauli vicinis, et commetaneis earumdem universis legitime inibi convocatis, ac partibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo easdem habita prius ipsarum reambulatione regali mensura mensurando, vel si mensurari nequiret et visu considerando, visis, et circumscriptis quibuslibet ipsarum utilitatibus, et fructuositatibusdeum pro oculis habendo cum alys probis viris odio, favore, et timore cujuslibet partis postergatis estimaret Regni consvetudine requirente. Ibidem etiam ab eisdem vicinis, et commetaneis nobilibusque conprovincialibus et ab alys quibus deceret, et oportunum fieret, et signanter a nobilibus de predicta Sauul, ac vicinis, et commetaneis ejusdem possessionis illic conuocatis, de eo utrum prelatus Thomas filius Petri in eadem possessione Sauul homo nobilis, et possessionatus fuerit sciret, et inquireret omnimodam veritatem. Et posthec ipsius possessionarie estimationis, et communis inquisitionis seriem cum propriis, et possessionem attestantium nominibus ad octavas festi beati Georgii Martiris, similiter tunc affuturas Domine nostre Regine fideliter rescriberet Conventus Zaladiensis prenotatus, ut tunc habita reportatione seriei premissorum, ad solutionem premisse quarte filialis prefatis Dominabus, et aliis quibus congrueret, prout conveniret faciendam terminum assignaremus congruentem. Ipse igitur Conuentus Zaladiensis, receptis premissis litteris nostris juxta earundem continentiam una cum Benedicto Litterato de Kakonya homine Regio Ni-

celaum litteratum ipsorum hominem ad contenta earundem litterarum exequenda, pro testimonio transmisisset. Qui demum ad ipsum Conventum reversi uniformiter retulissent. Quod ipsi in dictis octavis festi pasce domini ad facies predictarum possessionum condam Nicolai, et Johannis filiorum Pauli fily Heem in dicta Zakach habitarum vicinis, et commetaneis earundem universis legitime in ibi convocatis, et ipsis, ac dictis magistro Petro, ac Paulo et Johanne filys Nicolai in causam attractis presentibus accedendo, licet ipsam possessionariam estimationem facere prompti fuissent, et parati. Tamen quia predicte nobiles Domine filie ipsius Pauli fily Heem, ac relicta Johannis fily Pethus ad ipsam possessionariam estimationem faciendam accedere noluissent, sed ipsos Regium, et Conventus homines ab ipsa estimatione facienda prohibuissent. Igitur dictam possessionariam estimationem facere nequivissent. Ibidem vero a vicinis et commetaneis nobilibusque comprouincialibus et ab alys quibus decens, et opportunum fuisset videlicet a Nicolao filio Petri de dicta Sauul Francisco filio Mych de Dench Mych filio Joannis de eadem, Dominico filio Stephani de Monyoreukerek Gregorio filio Lucasy de Feyereghaz commetaneis ipsius possessionis Sauul. Item Bekes et Mych filys Elysy Gregorio filio Elek et Benedicto de Kerezthus filys Petri Petro filio Andree, Nicolao filio Petew Ladislao dicto Bakator de Nagzakach ac Petro filio Lucasy Stephano filio Petri Gregorio filio Nicolai, Johanne et Mych filys Zeke Johanne filio Kunchel Antonio filio Jacobi de Kiszakach Georgio filio Anthimi de Tapson commetaneis ipsius possessionis Nagzakach. Clemente filio Johannis de Horvathkuth vicino ipsius possessionis Sauul Johanne

filio Johannis de Bothyan Johanne filio Emerici de Mykola, et Georgio filio Johannis de Cosma, et aliis quam pluribus nobilibus comprovincialibus et hominibus communibus ac popularibus hujusmodi scivissent veritatem. Quod condam Thomas filius Petri maritus videlicet unius predictarum dominarum filiarum Pauli in dicta possessione Sauul homo nobilis, et possessionatus extitisset. Ad quas quidem octavas festi beati Georgy martiris annotata domina relicta Johannis fily Pethus actrix existendo perfatum magistrum Petrum in sua, ac predictorum fratrum suorum in personis legitimis diebus ipsarum octavarum — — vocata non venisset, nec misisset, sed se in — — agravari permisisset, discussio vero premisse cause inter predictas alias dominas videlicet consortem Petri fily Johannis de Deed, et relictam Thome fily Petri actrices, et inter predictos magistrum Petrum, et fratres suos quibusdam prorogationum cautelis, et terminis interventium ad — — octavas festi beati Georgii martiris In anno proxime — — — prorogative devenisset, ad quas eedem Domine filie scilicet Pauli similiter non venissent, nec misissent, sed se similiter in Judicys regalibus aggravari permisissent. Relique vero tres Litere, una similiter dicti Conventus Zaladiensis evocatoria, et due predicte Domine nostre regine prorogatorie expressissent. Quod regius et dicti Conventus homines in eisdem litteris nominati ad litteratorium mandatum ipsius Domine Elisabeth Regine transmissi feria tertia proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste in dicto anno proxime elapso preteritum inter alias dominas ad prefatam Dominam Claram relictam Thome fily Petri accedendo eandem verbo Regio admonuissent, ut ipsa

quartam suam filialem cum pecunia, recipere debe-ret a Petro Johanne, et Paulo prenotatis. Que qui-dem Domina dictam quartam suam puellarem ab eisdem rehabere recusasset ratione, cujus eandem dominam ydem Regius, et dicti Conventus homines eodem die, et in facie dicte possessionis Zakach, contra eosdem filios Nicolai ad quintum decimum diem predicti festi nativitatis Beati Johannis Bapti-ste tunc affuturi in ipsius Reginalis Majestatis pre-sentiam evocassent. A quo quidem quintodecimo die ipsam causam inter easdem partes, ipsa Regina-lis serenitas licet eedem partes litteras, et instru-menta earum factum dicte cause ipsarum tangentes, et contingentia coram sua majestate exhibuissent. Tamen propter Baronum suorum absentiam ad di-ctas octavas festi beati Mychaelis Archangelis in ipsius Domini Nicolai de Gara Palatini presentiam prorogasset eo modo, ut eadem nobilis Domina re-licta Thome medio tempore in predictis possessiona-riis portionibus condam filiorum Pauli in dicta Za-kach habitis pridem mediantibus litteris suis regina-libus per Vicecomitem Symegiensem sibi statutis nullam desolationem — an super silvam exactorie fa-cere deberet. In quibus etiam octavis de eo quod eadem domina relicta Thome litis inter medio ipsi reginali majestati querimoniam porigendo se in do-minium dictarum portionum possessionariarum in-troduci facere procurasset, ideo Nicolaus de Gara Palatinus deliberare deberet Jure exigente, ubi et-iam videlicet in presentia ejusdem Domine nostrae Regine, quia prelibata Domina relicta Johannis fily Pethus personaliter adherendo se neptem predicti Heem fore, et sibi similiter quartam filialem de eis-dem portionibus provenire debere, et se in dictam

causam immiscere velle, allegasset predictis partibus id benigne consentientibus. Ideo eadem domina Regina ipsam causam inter dictos filios Nicolai, et inter annotatam dominam relictam Johannis habitam de earundem part — voluntate, similiter ad ipsas octavas festi beati Michaelis Archangeli in ipsius Domini Nicolai Palatini presentiam distulisset, ad quas quidem octavas eedem Domine relicte videlicet Thome, et Johannis per ipsum Magistrum Petrum — — sua, et predictorum fratrum suorum in personis cum precuratoriis litteris dicti Conventus Symeghiensis legitimis diebus ipsarum octavarum coram ipso Nicolao de Gara Palatino expectate in ipsius presentiam non venissent, nec misissent, se in Judicys aggravari permittendo, postulans prefatus Magister Petrus sibi et dictis fratribus suis exparte predicti — — Juris equitatem impertiri impremissis. Et quia eedem Domine consors Petri fily Johannis, et relicta Thome filie Pauli fily Hemm, et relicta Johannis fily Pethus in premissis discusionem recepture de dictisque Judiciis ipsi Palatino, et parti adverse satisfacture, evocande fore vise fuissent pro eo idem Dominus Palatinus et annotatum Conventum Zaladiensem litteratorie petivisset diligenter quatenus ipsorum mitteret hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus infra declarandus prefatas Dominas filias Pauli relictam Johannis in praemissis discussionem recepturas, de dictisque Judiciis modo premisso in ipsas agregatis in toto videlicet septuaginta duas marcas facientes — — et partibus adversis satisfacturas, contra annotatos filios Nicolai in ipsius Palatini evocaret presentiam ad terminum competentem. Et posthec ipsius evocationis seriem cum nominibus evocatorum, et

termino assignato eidem Domino Palatino amicabiliter rescriberet Conventus Zaladiensis prenotatus. Tandem ipso Domino Nicolao de Gara — — — Inquindenis octavarum festi beati Martini confessoris proxime preteritis una cum Regni nobilibus profaciendo moderativo Judicio causantibus in sede sua Judiciaria sedente Nicolaus filius — — pro magistro Petro Johanne et Paulo filys Nicolai de Zakach cum procuratoriis litteris nostris ad ipsius Domini Nicolai de Gara Palatini veniendo presentiam — — — dicti Conventus Zaladiensis super premissis rescriptionales eidem Palatino presentasset. In quibus idem Palatinus prefatas nobiles dominas consortem Petri fily Johannis de Deed in eadem Deed, ac relictam Thome fily Petri de Sauul nec non relictam Johannis fily Pethus in eadem Zakach portionibus videlicet ipsarum possessionariis — — — filyum, Pethus de Zakachy suum Palatinalem, et fratrem Georgium presbiterum dicti Conventus homines In octavis festi beati Martini, confessoris tunc preteritis ad premissa contra annotatos magistrum Petrum Johannem et Paulum filios Nicolai de Erezthwen ad dictas quindenas octavarum festi beati Martini confessoris legitime evocatas fuisse comperisset manifeste. Ad quas quidem — — prefate nobiles domine prefatum Nicolaum filium Gregory legitimum procuratorem memorati magistri Petri, Johannis, et Pauli filiorum, et Nicolai legitimis diebus quindenarum earumdem coram eodem Domino Nicolao de Gara expectate in ipsius presentiam non venissent nec misissent, nec Judicia Septuaginta duarum marcarum persolvere debentes, persolvissent se pro earum non venientia in Judicys consvetis, et pro non solutione dictorum Judiciorum in dupplo eorundem

mediantibus litteris ipsius Domini Palatini Judicialibus convinci — — permittendo Postulans prefatus Nicolaus filius Gregory procurator ipsorum filiorum Nicolai eisdem ex parte prefatarum nobilium Dominarum Juris equitatem per ipsum Nicolaum Palatinum impertiri. Et quia prelibate nobiles Domine consors Petri fily Johannis de Deed, ac relicta Thome fily Petri de Sauul, nec non relicta Johannis fily Pethus ad premissa in tribus foris comprovincialibus proclamande fore vise fuissent. Pro eo idem Palatinus amicitiam dicti Conventus Symegiensis litteratorie petivisset diligenter, quatenus ipsorum mitteret hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo — — suus infra declarandus memoratas nobiles dominas consortem Petry fily Johannis de Deed, ac relictam Thome fily Petri de Sauul nec non relictam Johannis fily Pethus de Gunthel in premissis discussionem recepturas, ac de dictis Judicys centum et septuaginta unius marcarum satisfacturas contra annotatos magistrum Petrum Johannem, et Paulum filios Nicolai ad quindenas festi Epiphaniarum domini tunc venturi in tribus foris comprovincialibus publice, et manifeste in ipsius Palatini presentiam faceret proclamari Insinuando ibidem ut si venirent, et in premissis discussionem reciperent, ac de dictis Judicys satisfacerent bene quidem alioquin non obstante ipsarum absentia et rebellione idem Palatinus finem debitum imponeret in premissis dilacione absque omni. Et posthec ipsius trine forensis proclamationis seriem cum nominibus proclamatarum ad easdem quidem ipsi Palatino amicabiliter rescriberet Conventus Symegyensis prenotatus. A quibus quidem quindenis festi Epiphaniarum domini dum discussio premissorum partes inter predi-

ctas Reginali litteratorio edicto interveniente secundum series litterarum ejusdem Nicolai Palatini prorogatoriarum, simul cum dictis Judicys Centum, et Septuaginta unius marcarum ad octavas diei medy quadragesime interventure prorogative deuenta extitisset. Tandem ipsis octavis instantibus Gregorius filius Lucasy pro iam dictis Magistro Petro, Johanne, et Paulo filys Nicolai de Erezthwen cum procuratorim litteris nostris in ipsius dicti Nicolai Palatini presentiam veniendo litteras dicti Conventus Symegiensis super premissis rescriptionales easdem presentasset. In quibus ipse Dominus Palatinus per Johannem de Mykola suum Palatinalem et fratrem Anthonium predicti Conventus homines memoratas nobiles Dominas consortem Petri fily Johannis de Deed, et relictam Thome fily Petri et Sauul filias videlicet Pauli fily Hemi, nec non relictam Johannis fily Pethus de Gunchel Sabbato proximo ante festum Epiphaniarum domini proxime preteritum in Sumegvar secunda feria tunc — — in Wasarusmerenye. Tertio autem, et ultimo feria quinta similiter tunc proxime sequenti in Marczaly — — scilicet foris conprovincialibus villis in eisdem celebratis. Contra annotatos magistrum Petrum Paulum et Johannem filyos Nicolai de Erezthw iuxta suam Judiciariam commissionem antedictam easdem quidem ad premissa suam Palatinalem inpresentiam legitime proclamatas fuisse comperisset evidenter. Ad quas ejasdem octavas — — proxime prefate nobiles Domine per iam dictum procuratorem dictorum filiorum Nicolai in personis eorumdem congruis diebus — — earundem coram ipso Nicolai de Gara Palatino expectae in ejusdem presentiam non venissent nec misissent, nec persolvissent Judicia prenotata se pro

earum non venientia in Judicys cônsvetis, et pro non solutione — Judiciorum in dupplo eorundem mediantibus litteris ipsius Palatini Judicialibus exinde confectis convinci — — postulans prefatus procurator annotatorum magistri Petri, et fratrum ejusdem eisdem in premissis Juris equitatem per ipsum Palatinum elargiri, verum quia prefate Domine filie Pauli fily Hemi, et relicta Johannis fily Pethus in predictis possessionariis portionibus condam predictorum Nicolai et Johannis filiorum Pauli in dicta Zakach habitis non plus nisi Jus quarte secundum previa earum allegata habere, et optinere posse, prefati vero magistri Petrus Paulus, et Johannes fily Nicolai fratres condivisionales eorundem filiorum Pauli fily Hemi esse et extitisse. Nos etiam ipsas partes ad estimationem earundem portionum possessionariarum adjudicando transmisisse ex premissis agniti fuissent, et fuissemus, vnaque ipsarum Dominarum videlicet relicta Thome de Sauul ipsius litis inter medio predicte Domine nostre Regine sinistre conquerendo se in dominium earundem totalium portionum possessionariarum introduci fecisse dicta fuisset, vt etiam ex premissis litteris Reginalibus apparuisset dictis nihilominus dominabus modo premisso ad discusionem ipsius Cause venire renuentibus eedem primo evocate, et tandem in tribus foris comprovincialibus proclamate ad nullum premissorum terminorum eis Juridice assignatorum venire vel mittere curassent, sed tamquam contumaces se Judiciorum oneribus aggravari permittendo. A facie Juris, et Justitie penitus absentassent obhoc quoque iidem magister Petrus Paulus et Johannes fily Nicolai in dominium dictarum portionum possessionariarum tanquam a fratribus ipsorum condivisionalibus

in eos devolutarum ad prescriptum quoque literatorium mandatum dicte Domine nostre Regine ipsi Domine relicte Thome premisso modo statutarum Introducendi, et ipse eisdem restatuende fore apparuissent. Pro eo idem Dominus Nicolaus de Gara Palatinus amicitiam dicti Conventus Zaladiensis litteratorie petivisset diligenter, quatenus ipsor. mitterent hominum pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus Palatinalis infra declarandus ad faciem dicte Possessionis Zakachy vocate vicinis, et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis ac presentibus accedendo ibi preatactas portiones possessionarias predictorum condam filiorum Pauli fratrum predictorum Magistri Petri, Johannis, et Pauli condivisionalium in dicta Zakachy habitas statueret, et committeret eisdem magistro Petro, Johanni, et Paulo filys Nicolai, ac eorum heredibus ac posteritatibus universis perpetuo possidendas contradictione prefatarum nobilium dominarum, et aliorum quorumlibet, Eoquod in tam longinqua litis ventillacione nullus alter, preter ipsas dominas intromiserat se causam in eandem obviari non valente. Et posthec ipsius Possessionarie statutionis seriem ad octavas festi beati Georgy Martyris tunc venturis ipsi Palatino nominaliter rescriberet Conventus Zaladiensis supradictus. In quibus etiam octavis idem Palatinus tum de eo, quod eedem Domine Jura earum quartalia persequentes ad recipiendam discussionem premissorum nec evocate nec in tribus foris comprovincialibus venire curassent, tum etiam de eo, quod annotata Domina relicta Thome de Sauul se litis intermedio Domine nostre Regine sinistre conquerendo in dominium dictarum portionum possessionariarum introduci fecisset, deliberaret Jure exi-

gente. A quibusquidem octavis festi beati Georgii Martiris dum discussio premissorum Juxta seriem litterarum dicti Domini Nicolai de Gara Palatini dilata, et Reginali litteratorio mandato ad presentes octavas festi beati Michaelis Archangeli protelata extitisset. Tandem ipsis octavis instantibus medioque tempore ipso honore Palatinatus ab ipso Nicolao de Gara ablato, et eodem honore per reginalem majestatem nobis collato prefati magister Petrus Paulus, et Johannes fily Nicolai personaliter in nostram accedentes presentiam quasdam litteras predicti Conventus Zaladiensis super premissis rescriptionales nobis presentarunt, hunc tenorem continentes: Magnifico viro, et honesto domino Nicolao de Gara Regni Hungarie Palatino, et Judici Cumanor. Domino, et amico eorum cum honore conventus Monastery Beati Adriani Martiris de Zala amicitiam paratam debito cum honore litteris vestris adjudicatoriis modum et formam vestre Judiciarie dispositionis in se exprimentibus nobis directis amicabiliter receptis, et juxta earundem continentiam una cum Clemente filio Johannis de Horvathkuth — — vestro in eisdem litteris vestris inter alios expresso nostrum hominem videlicet Religiosum virum fratrem Georgium sacerdotem, unum ex nobis ad contenta earundem — vestrarum facienda, et peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui demum ad nos exinde reversi nobis concordiae retulerunt. Quod idem homo vester presente prescripto nostro testimonio feria tertia proxima post festum beati Georgy Martiris proxime preteritum evoluta ad faciem possessionis Zakachy nuncupate vicinis, et commetaneis suis universis in ibi legitime convocatis, et presentibus accesissent. Ibique quasdam portiones

possessionarias Nicolai, et Johannis filiorum condam Pauli fily Heem de dicta Zakachy fratrum Magistri Petri Johannis, et Pauli condivisionalium in dicta Zakachy habitas prefatis magistro Petro Johanni, et Paulo filys Nicolai, ac eorundem heredibus at successoribus ac posteritatibus universis perpetuo possidendas, contradicione nobilium dominarum filiarum predicti Pauli fily Heem nec non relicte Johannis fily Pethus de Gunthel, et aliorum quorumlibet non obstante statuisset, et commisisset. Datum Sexto die termini prenotati Anno Domini millesimo tercentesimo octuagesimo tertio. Quibus quidem litteris exhibitis, et expositis, quia ex serie earundem predicte portiones possessionarie condam ipsorum Nicolai, et Johannis filiorum Pauli fily Heem in dicta Zakachy habite. Juxta sententiam et Judiciariam commissionem prelibati Domini Nicolai de Gara pridem Palatini, rite, juste, ac legitime latam, annotatis magistro Petro Paulo, et Johanni filys Nicolai per ejusdem Palatini, et annotati Conventus Zaladiensis homines perpetuo statute extitisse adinveniebantur. Pro eo una cum Baronibus, et regni Nobilibus nobiscum in Judicio adherentibus easdem portiones possessionarias, cum omnibus earum utilitatibus et pertinencys, annotatis magistro Petro, Paulo, et Johanni filys Nicolai eorundemque heredibus et successoribus universis eo Jure quo eis donassent pertinere relinquimus, et confirmamus perpetuo et irrevocabiliter possidendas tenendas, pariter et habendas. Salvis Juribus alienis. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes eisdem filys Nicolai concessimus litteras nostras privilegiales pendentis, et autentici Sigilli nostri munimine roboratas. Datum Bude vigesimo quarto die octava-

rum festi beati Mychaelis Archangeli predictarum. Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto prenotato.

Originale Autographum Membranaceum possidet Nicolaus Jankovich.

Anno 1386.

LX.

Sigismundus Marchio Brandenburg, ad componendas inter se, ac reginas, regnicolasque Hungariae controuersias, in Wenceslaum, Romanorum ac Bohemiae regem compromittit. A. 1386.

Sigismundus Dei gratia Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archi-Camerarius, Jodocus et Procopius Morauiae Marchiones. Notum facimus tenore praesentium Vniuersis, quod de sinceritate amoris, fidei, legalitatis ac iustitiae Serenissimi ac Inuictissimi Principis et Domini Domini Wenceslai Regis Romanorum semper Augusti, et Bohemiae Regis, Domini Fratris et Patrui nostri charissimi, indubie confidentes, in ipsum compromisimus, et veluti sincerum, fidum et aequum arbitrum, amicabilem compositorem et diffinitorem deliberate, bona fide, sine fraude et dolo, in virtute Juramenti praestiti compromittimus ex certis nostris scientiis per praesentes, de et super vniuersis et singulis displicentiis, guerris, litibus, discordiis, et controversiis, pro parte nostra, et omnium et singulorum nobis adhaerentium, prout fraternali dispositioni et ordinationi suae recepit, ab vna; nec non Serenissimarum Dominarum Mariae, consortis nostrae, Sigismundi, et Elisabeth Matris dilectae, Ungariae, Dalma-

tiae, Croatie etc. Regnorum, nec non Praelatorum, Baronum et singulorum incolarum Regnorum ipsorum, et eis adhaerentium parte ex altera, habitis et subortis vsque praesens. Promittentes eadem bona fide nostra, dicto Serenissimo Principi Domino, et Fratri ac Patruo nostro charissimo Wenceslao Romanorum et Bohemiae regi, quod quidquid ipse inter nos vtrasque partes, praedictas, auditis vtrobique nostris intentionibus, informationibus, articulis et motiuis signanter super capitulis subscriptis summarie, videlicet super restitutione, et rehabitione Dominae Mariae Reginae Hungariae nostrae Sigismundi praedicti Conthoralis charissimae, item super status nostri honorifica, prout nostra requirit conditio, prouisione; item super bonis illis, quae sunt sita circa metas Austriae, et Morauiae assignatione, et illorum bonorum libera et propria possessione; item super nostrorum debitorum vniuersorum ratione guerrae, et dissensionis praesentis, contractorum, hinc inde plenarie solutione; item super literarum nostrarum Sigismundi praedicti, quas Illustres Marchiones Morauiae, Patrui nostri charissimi, super bonis, quae sunt inter flumina Wag et Danubium sita, a nobis obtinere noscuntur, confirmatione; item super certis bonis, quae adiutores nostri a nobis obtinent, corroboratione; item super certis displicentiarum Regni Vngariae incolarum, cuiuscunque status vel conditionis extiterint, et omnium aliorum ad regnum Vngariae pertinentium, quas ex eo, quod nobis et nostris adiutoribus adhaeserunt, incurrisse formidant, plena et totali relaxatione, et circa bona possessiones, et hereditates eorum, atque statum, Jura et

consuetudines regni, conservatione. Prout haec omnia in articulis praefato Serenissimo Principi Domino fratri et patruo nostro charissimo exhibitis, et oblatis capitulatim distincte et specifice sunt expressa, ordinabit, dictabit, pronunciabit, faciet, diffiniet et concludet, quod hoc ipsum volumus, debemus et tenemur, absque fraude et dolo tenere, facere, adimplere et inuiolabiliter obseruare. Et nihilominus in omnibus et singulis eidem nostro gratioso Domino Fratri et patruo charissimo, Domino Wenceslao, Romanorum et Bohemiae Regi, tanquam arbitratori amicabili compositori et diffinitori, fide et virtute, quibus supra, deliberate, et excerta nostra scientia dedimus, et damus pro parte nostra et omnium nobis adhaerentium, plenam expressam, et omnimodam potestatem, super capitulis et articulis supradictis, et eosdem corrigendi, addendi, minuendi, declarandi, inter loquendi, et etiam diffiniendi, secundum omnem aequitatem et etiam rationem, prout regio honori suo et nostrae (notae) suae Maiestatis industriae videbitur, vtilius, honestius, atque decentius expedire, ratum, gratum, firmum, stabile, et incommutabile permansurum, promittentes et habere volentes, sub data bona nostra fide praedicta, quidquid in praemissis et eorum aliquo per dictum Serenissimum Principem, gratiosum nostrum Dominum fratrem et patruum charissimum Dominum Wenceslaum Romanorum et Bohemiae regem factum, declaratum, ordinatum, et quomodolibet fuerit diffinitum. Praesentium sub nostrorum Sigismundi et Jodoci praedictorum sigillis testimonio literarum. Datum in campis prope Jaurinum. Anno Domini MCCCLXXXVI. Die vndecima Mensis Maii.“

Apud Balbinum l. c. folio 177. sqq.

LXI.

Venceslaus, Rex Romanorum ac Bohemiae inter Reginas Hungariae, Marchiones Sigismundum ac Jodocum, certis sub conditionibus pacem conficit. A. 1386.

Wenzel — — — zwischen den beiden Königinen und den ungarischen Ständen einerseits, und Sigmund und seinen Vettern, den Mährischen Markgraffen andererseits hört aller Zwist und Streit auf. Die sämmtlichen Bewohner des Ungarischen sallen bei ihren alten Rechten verbleiben. Aller wärend des Kriges und Streites angerichteter Schaden, und jede zugefügte Belidigung soll auf beiden Seiten vergessen seyn. Die Königin Elisabeth soll ungeschmälert in ihrem Leibbeding belassen werden. Die Königinnen werdem dem Markgrafen Sigmund su seinem Unterhalte die Grafschaft Eisenburg und das Schloss Trencze mit allen königlichen und andern Rechten, wie auch so viel von Ländereien, Burgen und Einkünften an der östreichischen und mährischen Grenze an weisen, als Stephan der Bruder des Königs Ludwig besessen hatte. Sigmund soll die Königin Maria seine Gemahlin im ganzen Reiche Ungarn überallhin begleiten dürfen, und mit ihr ehelich leben. Die Schulden Sigmunds auf Veranlassung des gegenwärtigen Krieges müssen, da er dieslben nicht freiwillig, sondern durch die Umstände gezwungen gamacht hat, von der ungarischen Regierung bezahlt werden. Die Königin Maria wird den mährischen Markgrafen Jobst für die ihm verpfändeten Güter zwischen der Donau und Waag, welche die Gebiete der Städte Preszburg, Tyrnau und Schintach in sich begriffen, aus der ungarischen Staatskasse, bis längstens Martini des Jahres 1386. zweyhunderttausend ungarische Goldgulden bezahlen. Jahr

MCCCLXXXVI. den zwölften Maz im Feldlager bei Raab.

Petzel. Wenceslaus Kaiser: Urkundenbuch Nro L. Pacificationi huic reginis, ac regno onerosae, Sigismundo, ad regium diadema adspiranti, neutiquam fauorabili, satisfactum haud est: Jodocum in marchionatu Brandenburgensi oportuit indemnem reddi. Obfuit etiam Reginarum funesta incaptiuatio. „Cum die festi B. Jacobi versus oppidum Diako, nulla insidiarum suspicione pulsati medium progrederentur in campum (Reginae, Nicolaus de Gara Palatinus, cum filiis, Blasio Forgach, et paucis aliis Aulicis) Joannes de Horvath Banus, ingenti hostilitatis manu collecta, vltrici aestuans animo, furibundus in agmina aulicorum irruit etc. Sed vide Diplomata Mariae, Forgachiis, Sigismundi Garais etc. elargita inferius.

LXII.

Vrbanus VI. PP. in sponsalibus Hedvigis Poloniae reginae cum Wilhelmo Duce Austrio contractis in fauorem Jagellonis Litvaniae Ducis ad fidem Catholicam conuersi dispensat. A. 1386.

Filius, Ducis Austriae, Leopoldi, Wilhelmus nomine, de Cracouia expulsus; et regina Cracouiae, filia regis Vngariae, cum qua dictus Wilhelmus matrimonium contraxerat (sponsalia contraxerat) post ipsius expulsionem regi Lithuaniae, praedicto matrimonio non obstante, matrimonialiter est sociata ex dispensatione Domini Vrbani PP. VI. Qui rex occasione eiusdem matrimonii ad fidem Catholicam conuersus, sacrum baptisma suscipit. Anno MCCC. LXXXVI."

Chronista Salisburg, apud H. Pez. Tomo 1. fol. 429.

LXIII.

Nuncii Apostolici in Hungariam destinati, et Comitissae Cetinae, in Rascia, in regnum Hungariae, obseruantiae indicium. *A.* 1386.

In nomine Domini Amen. Anno Natiuitatis eiusdem Millesimo tercentesimo octuagesimo sexto. Indictione IX. die VI. mensis octobris, Pontificatus Sanctissimi Patris et Domini Nostri, Domini Vrbani, Diuina prouidentia Papae VI. anno IX. In Ciuitate Spalatensi, in archiepiscopali palatio coram Reu. in Christo Patre et Domino, Domino Nicolao, tituli S. Cyriaci Presbitero, Cardinale, ac in Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Rasciae, Croatiae, et nonnullis aliis partibus Apostolicae sedis Legato, et in mei Notarii publici praesentia (sequitur conuentio inter Hugolinum Archiepiscopum Spalatensem, et Margaritam Comitissam Cetinae, relictae quondam Joannis, Comitis Cetinae viduam ratione decimarum confecta). Ad plenariam obseruationem omnium praedictorum submiserunt se ac dicta bona — mero examini curiae Domini nostri Papae Camerarii — et C u r i a e — — r e g n i H u n g a r i a e, ad qod vel ad quas pars obseruare volens recurrere voluerit, pro obseruantia plenaria omnium praedictorum. etc. Datum et actum. Indictione, die, mense, Pontificatu, et loco praedictis, praesentibus et audientibus Reu. Patr. Dominis Dominis Antonio Archiepiscopo Antibarensi, Simone Forliuiensi, Damiano Niciensi, Simone Melphitensi, Anastasio Dinastrensi, et Joanne Macarensi Episcopis — — Et ego Antonius Gattula Canonicus Caietanus, dictus Saracenus, publica auctoritate Apostolica et Imperiali Notarius et Literarum Apostolicarum scriptor, ac dicti Reu. Patris, Domini Legati scriba, praemissis

omnibus et singulis, dum sic agerentur, et fierent, vna cum praenominatis testibus praesens fui, atque omnia vidi, et audiui, scripsi et in hanc publicam formam redegi, signoque meo solito signaui rogatus et requisitus in testimonium omnium praemissorum."

Illyrici S. Tomo VII. p. 80—81.

LXIV.

Nicolaus de Ivanch bona sua inter quinque filios suos diuidit. A. 1386.

Anno MCCCLXXXVI-o Joannes filius Nicolai de Ivanch cum Ladislao et Stephano, filiis suis, a priore sua consorte, et Georgio ac Joanne, altera consorte sua procreatis, facit diuisionem in possessionibus Ivanch, Lágh, Német Lugas, Hinfölde, Ujzaagh, et in praediis Vásáros Lugas, Surány et Sz. Marton Eleje, praeterea in Molendinum in possessione Ivanch ita, quod haec omnia in quinque partes diuisa fuerint."

E tabulario I. Curiae regiae.

Anno 1387.

LXV.

Maria Regina Hungariae Frank ac Simoni filiis Konyae bani, possessionem Sarnoizza per modum cambii donat. A. 1387.

Nos Maria Dei gratia regina Hungariae etc. — omni eo iure et proprietate, quibus eadem possessio Sarnoizza per nos, nostrosque praedecessores reginas Hungariae habita fuit et possessa iisdem Frank et Simoni, eorumque haeredibus de manibus nostris reginalibus, ex consensu etiam ac beneplacita voluntate incliti Principis Domini Sigismundi regis Hun-

gariae, consortis nostri charissimi, per modum cambii dedimus, donauimus etc. Budae. Anno MCCC. LXXXVII-o.

E MSS. Rajcsanianis, Archiuarii Cameralis. Rajcsanius erronee habet annum 1383. quo adhuc Sigismundus Consors Mariae, ac rex Hungariae necdum fuit. Corona insinctus fuit anno hoc vltima Martii: „Ols man zalte tausend dreyhundert und siben und achzig Jare des lesten tages im Merzen, do wart Kenig Sigmund zu ungerischen gekronet von etlichen landesherren, die von seinem taile waren, und waz auf dem Palmtage in demselben jare." Windeck bei Mencken I. p. 1078.

LXVI.

Eadem Regina, Princeps Salernitana, et montis S. Angeli Domina Crisii.

Maria, Dei gracia, Hungar. Dalm. Croat. etc. Regina, Princeps Salernitana et honoris montis S. Angeli Domina. — — Ad vniuersorum etc. Subscripsit: Datum Crisii feria tertia proxima ante festum B. Laurentii Martyris Anno Domini MCCCLXXX. VII-o."

Harum quoque argumentum Prayus, qui archiuum Camerale feliciter penetrauerat, nobis inuidit. MSS. tomo 53. p. 107.

LXVII.

Sigismundus Rex Hungariae Paulo ac Joanni, Comitibus de Frakno, possessionem Zerdahely, in Comitatu Sopron, M. Joanni Ost restituendam inungit.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie, etc. nec non Marchio Brandenburgensis Magnificis viris Paulo et Johanni Comitibus de Vorchtenstain, nostris fidelibus dilectis salutem et

gratiam. Datur nobis intelligi in persona Magistri Johannis Ost nostri fidelis quomodo vos dudum possessionem suam Zerdahel vocatam cum suis pertinentiis in Comitatu Sproniensi existentem occupassetis, et occupative conservaretis, in ejus praejudicium valde magnum super quo requirimus vestram fidelitatem mandantes vobis seriose quatenus ipsam possessionem cum suis pertinentiis eidem Magistro Joanni remittere et resignare velitis et debeatis, si vero quidquam Juris in eadem possessione habere dignosceretis super eundem Magistrum Johannem Ost coram nostra Majestate juxta consvetudinem regni nostri judicare et exequi velitis et debeatis ex parte cujus nos plenam et omni modam satisfactionem vobis faciemus in praemissis et aliud non facturi. Datum Alba Regali feria secunda proxima post Dominicam Ramis Palmarum LXXXVII.

Originale Diplom. membranaceum possidet Nic. Jankovich.

LXVIII.

Petrus Moldauiae Vaiuoda a Regno Hungariae desciscens Regno Poloniae se gentemque suam subiicit. A. 1387.

Literae, quibus continetur Petri Palatini Moldauiae cum gente sua subiectio, et fidelitatis homagium Vladislao Regi, Reginae et Successoribus eorum, Regnoque Poloniae praestitum, iuramentumque eius corporale, quod, secundum consuetudinem Orientalis Ecclesiae, lignum vitae in manibus Cypriani, Metropolitae Koiuiensis osculatus praestitit.

Consiliarii Petri Moldauiae Palatini homagium Vladislao Regi et Hedwigi Reginae praestitum confirmant, seque ac gentem suam Regi ac Reginae Poloniae fideles subditos fore pollicentur, et iurant

ritu Orientalis Ecclesiae lignum vitae in manibus Cypriani Metropolitae Kyouiensis exosculati. Die Translationis S. Stanislai Anno MCCCLXXXVII.

Literae idiomate Valachico per contextum scriptae. Apud Dogiel Cod. Diplomat. Poloniae Tom. I. p. 597. Id maxima regni Hungariae iniuria factum esse, patet. Petri filium, Stephanum, bello ad fidem reuocauit Sigismundus anno subsequo, ast haud durabilem. — Ad annum hunc narrat fabulam Hermanni Corneri Chronicon apud Eccardum T. II. p. 1155: „Sigismundus, frater Wenceslai Regis Romanorum, factus Rex Vngariae, secundum Chronicon Bohemorum, ab vxore sua, Maria, filia Lodouici Regis Vngariae defuncti, haberi coepit comtemtui et paruipendi in omnibus factis suis. Ipsa enim qua Rex omnia regni negocia disponere nisa, mandata Sigismundi, viri sui, irritare et annullare statuit. Fecit insuper propriam fieri monetam, et in florenis sculpi fecit: Maria Rex Vngariae. Quod vt regni Proceres viderunt Regem arguere coeperunt, afferentes, regio honori non esse conueniens, mulierem principari viro tam industrio. Rex autem exacerbatus pariter et animatus, talibus increpationibus, Reginam ad locum secretum recepit, et eam tam dure castigans correxit, vt veniam a Rege petens emendam et subiectionem debitam promitteret. Quod et non diu post facto euidenti ostendit. Erant enim tunc temporis quidam potentes Regni Proceres, qui vitae regis insidiabantur. Hi intelligentes, Reginam a Rege dure correptam esse, aestimabant eam more foemineo ob hoc regi indignari, ab ipsa sciscitati sunt, an nocte proxime futura Rex ei condormire vellet, promittentes, se iniuriam suam velle vindicare. Quibus respondit: sic. Quo habito, disposuerunt se, vt Regem nocte proxima apud reginam interficerent. Maria autem regina, vt nobilis et generosa mulier fa-

ciens, et interitum viri sui abhorrens, Regem seorsim alloquitur, dicens. Quia sancti Pauli Apostoli doctrina instruimur, malum pro malo reddere non debere, sed malum in bono vincere; moneo te, ne hac nocte mihi condormias, quia si hoc feceris, ab aemulis tuis interficieris. Quaesita enim sum, an mecum eris futura nocte, et dedi sciscitantibus affirmatiuam, volens experiri malum contra te conceptum. Rex igitur gratus vxori simulauit se mansurum apud reginam per noctem, sed sero facto elapsus est clanculo. Cumque in noctis silentio hostes sui se armassent, et cubiculum regis vi rumpentes, cum impetu intrassent, solam reginam inuenerunt, in lecto simulatorie dormitantem, sonitum per nares in signum profundae dormitionis faciendo. Quod vt viderunt confusi et consternati facti dixerunt; haec meretrix procul dubio secretum nostrum prodidit, et regem admonens abire fecit, et idcirco a nobis pro rege merito interficienda est. Ad quod verbum vnus illorum motus et reginae misertus dixit: Non potest, fratres, hoc esse verum, cum recenter et in breui Rex crudeliter eam tractauerit. Talibus igitur verbis auersi a proposito malo cubiculum exierunt, nihil mali Reginae inferentes. Mane autem facto Regina, quid sibi acciderit, Regi retulit, et personas honori et vitae prodidit. Quos omnes Rex capiens fecit decollari, et post illum diem vxorem suam valde dilexit." Fabula, inquam: nullum enim Chronicon Bohemicum occurrit hoc perhibens. Anno hoc decollatio 32 virorum conspirantium facta non est. Incaptiuatio etiam reginae falso supponitur etc.

LXIX.

Coenobium B. M. V. de Lad fundatur. A. 1387.

Petrus ac Georgius Czudar de Olvod coenobium B. M. V. de Laad pro Eremitis Sancti Pauli fundant. Anno MCCCLXXXVII."

Ex archiuo PP. Paulinorum.

LXX.

Jadrenses regibus Hungariae obnoxij. A. 1387.

In Xti nomine Amen. Anno Incarnatio. eiusdem Millesimo trecentesimo octuagesimo septimo Indictione Decima die vigesimo nono mensis Martii regnante Serenissima Principe et Domina nostra naturali Domina Maria Dei gracia illustri regina Hungarie, Dalmacie et Croacie etc. tempore reuerendi in Xto Patris et domini domini Petri de Matafaris Dei et sacre sedis apostolice gratia Jadrensis archi Episcopi, Comitatu Jadrensi comite vacante, Lucas Piliparius quondam Poldiche hitus Jadre dedit et vendidit iure proprio in perpetuum Nicolao Drapaneo condam Michaelis de Jadra pro se et suis heredibus et successoribus etc. terram vendit. actum Jadre in stacione Trapanie dicti emptoris presentibus scilicet Francisco de Skoradis et Augustino et de Bitte ciuibus Jadrensibus testibus vocatis et rogatis et alys et ego Blasius de soppe iudex examinator Jadre mp.

Signum notariale: Ego Raymundus etc. bona fide presens scripsi.

LXXI.

Conuentus B. Adriani M. de Zala super terris Tornafőld etc. Agathae, dilectione carnali datis, fassionales edit. A, 1387.

onuentus Monatery B. Adriani Martyris de Zala omnibus Xti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire quod Georgio et Symone filiis Balaze de Tormafeuld coram nobis personaliter constitutis dixerit ét retulerit et ministerio viue vocis sint confessi quod quia ipsi nutu diuino sic disponente heredibus et masculini sexus nunc et ad presens forent

orbati et existerent destituti ideo ipsi matura deliberacione prehabita communi inito consilio quasdam possessiones ipsum Balazefeuld alio nomine Balazefeuld et Dobry ac Corough vocatas nec non porcionem ipsorum possessionariam in possessione Matisfeuld vocata habitam, et medietatem vnius vinee ipsos empticionario et pignoraticio ac aquisitorio titulis contingentes ipse Georgius ob amorem coniugalis et filialis dileccionis idemque Symon ob amorem fraterne ac proximalis dilectionis ac fauorem nobili Domine Elisabeth coniugi ac Agathe filie iam dicti Georgii dedissent tradidissent assignassent et contulissent ymo dederunt eisdem tradiderunt assignarunt et contulerunt nostri in presencia et per eas ipsarum heredibus utriusque sexus ac successoribus vniuersis perpetuo et irreuocabiliter possidere tenere pariter et habere nullum ius nullamue proprietatem amplius in eisdem et earumdem vtilitatibus pro se ipsis reseruando sed omne ius et dominium ipsorum in personas predicte Domine Elisabeth coniugis et Agathe filie ipsius Georgii transferendo penitus et in toto in cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem ad peticionem ipsorum concessimus literas nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum die Dominica proxima ante festum BB. Cosme et Damiani Martyrum Anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo septimo. (L. S. pendentis).

E membrana originali Coll. Nic. Jankovich.

LXXII.

Conuentus de Lelesz possessionem suam Mike Comitatus Bihar, erga Capitularem M. Varadin. Vajda Com. Zemplin. cambiat. A. 1387.

Omnibus Christi fidelibus praesens scriptum in-

specturis Dominicus Praepositus et Conuentus Ecclesiae de Lelesz. salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie volumus peruenire: Quod nos matura et circumspecta deliberatione et deliberata prouisione praehabita quasdam, scilicet possessionem Myke, et terram sessionalem Meger vocatas, nostras, prope eandem possessionem habitam, in Comitatu Bihoriensi existentem, cum omnibus vtilitatibus etc. honorabili Capitulo Ecclesiae Varadiensis, ac eidem Ecclesiae, in concambium seu permutationem possessionis eiusdem Capituli seu Ecclesiee praedictae, Vajda appellatae in Comitatu Zempliniensi adiacente, dedimus, donauimus, et contulimus, imo damus donamus et conferimus iure perpetue et irreuocabiliter possidendam etc. Datum feria tertia proxima post octauas festi Pascae Domini. Anno Domini MCCCLXXXVII-o." L. S.

Ex originali archiui Con. de Lelesz.

LXXIII.

Stephani Palatini causae inter Ciues Poson. et Abbatem montis Pannoniae agitatae, prorogatoriae. A. 1387.

Nos Stephanus regni Hungariae Palatinus et Judex Cumanorum, damus pro memoria, quod causam, quam religiosus vir Dominus frater Stephanus Abbas Ecclesiae Sancti Martini sacri montis Pannoniae, pro quo Valentinus Sarev cum procuratoriis literis eiusdem astitit contra Tusan, Wenceslaum, Joannem, Serdew dictum, et dominam relictam Wendel ciues regales de Posonio, pro quibus Stephanus literatus cum procuratoriis literis dicte Ciuitatis Posoniensis comparuit; iuxta continentiam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum super fa-

cto contradictionis statutionis tertiae partis cuiusdam tributi seu remigii in portu Daby vulgariter Mallorew vocatae in octauis festi beati Michaëlis Archangeli mouere habebat coram nobis, de partium praesentium voluntate ad octauas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas duximus prorogandas. Datum in Wyssegrad octauo die termini praenotati. Anno Domini MCCCLXXXVII.“ L. S.

Dorsaliter notatum: Pro Tusan et Wencealaum Ciues de Posonio contra religiosum virum Stephanum Ecclesiae sancti Martini sacri montis Pannoniae Abbatem et alios Introsertos ad octauas festi Epiphaniarum Domini prorog. In forma clausa. E charta originali admodum negligentar scriptae. Coll. Alex. Gyurikóvics.

LXXIV.

C. Emericus Bubek, Judex Curiae regiae, pro parte Nicolai Zambo, Magistri Tauernicorum regalium, Nicolaum de Berzeche, in actu Maioris potentiae conuincit. A. 1387.

Nos Comes Emericus Bubek Judex curie Serenissimi et magnifici Principis Domini Sigismundi Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchionisque Brandenburgensis, ac sacri Romani Impery Archicancerary etc. Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis quod Sebastianus de Keer, pro Nicolao Zambo magistro tavarnicorum regalium cum procuratorys litteris reginalibus iuxta continenciam litterarum conventus eccl. Symighiensis citatoriarum et inquisitoriarum in quindenis festi B. Michaelis Archangeli proxime preteritis sine crastinacione in figura nostri iudicy comparendo contra Nicolaum Berzethe dictum de Monostor, easdem litteras eiusdem Conventus evocatorias. et inquisitorias domine no-

stra Marie regine ad suum reginale litteratorium mandatum rescriptas tenoremque litterarum suarum reginalium eidem Conventui directarum verbaliter in se habentes asserens actionem, et propositionem dicti magistri Nicolai litteris contineri in eisdem nobis presentarat declarantes quod idem magister Nicolaus Zambo reginali dixisset maiestati quod predictus Nicolaus Berzethe dictus circa festum B. Georgy martyris in anno proxime transacto preteritum ad quasdam possessiones eiusdem magistri Nicolai Kurthuveles et Eors vocatas, cum suis complicibus manibus armatis et potenciarys veniendo universa bona jobbagyionum dicti magistri Nicolai Zambo in eisdem possessionibus commorancium tam mobilia quam immobilia auferri, et asportari nonnullasque domos jobbagyionum eorundem in eisdem possessionibus suis existentes annichilari faciendo ligna domorum earundem, ad superficies possessionum suarum Fono et Kapulna vocatarum asportari fecisset, eo non contentus tandem videlicet in festo B. Bartholomei Apostoli tunc proxime preterito, ad quandam possessionem ipsius domini Nicolai Zambo Bathe vocatam vice iterata veniendo, ibidem magistrum Michael dictum Moot, vices suas in judicatu magistri tauarnicorum gerentem, una cum Nicolao de Zala dicto et Clemente familiari suis innoxios, et immunes miserabili nece interimendo, aliosque quinque familiares suos lethaliter vulnerari, et dimembrari sigillumque dicti magistratus tavernicorum ac quingentos florenos auri, ejusdem magistri Nicolai nunc apud ipsum magistrum Michaëlem interemtum habitas nec non quinque equos bonos, et alia quelibet bona et res ipsius magistri Michaelis tunc erga ipsum habitas, et reperta aufferendo

asportari et abduci fecisset in preiudicium dicti magistri Nicolai valde magnum super quo dicta domina nostra Maria regina, fidelitati dicti conventus Symigiensis firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo reginalis infra declarandus, ab omnibus quibus deceret, et liceret palam et occulte diligenter de premissis investigando sciret et inquireret omnimodam veritatem, scitaque premissorum mera veritate evocaret prefatum Nicolaum Berzethe dictum contra annotatum magistrum Nicolaum Zambo personaliter, et non per procuratorem ad dictas quindenas sine crastinatione reginalem in presentiam rationem premissorum redditurum, et post hec premissorum seriem ut fieret expediens domine nostre regine fideliter rescriberet Conventus supradictus, unde igitur ipse conventus mandatis reginalibus, in omnibus obedire cupiens ut tenetur una cum Johanne filio Ladislai de Belek homine reginali fratrem Mathiam sacerdotem ipsorum videlicet conventus hominem ad premissa peragenda pro ipsorum testimonio transmisisset fidedignum, qui demum exinde ad ipsum conventum reversi, eidem concorditer retulisset quod ipsi feria quinta proxima ante festum exaltationis S. crucis tunc proxime preteritum, ab omnibus quibus decuisset et licuisset nobilibus videlicet et ignobilibus comprovincialibus comitatum Symighiensis et Tolnensis hominibus palam et occulte diligenter de premissis investigando premissa sic fuisse et scivisse, prout dictum exstitisset reginali maiestati excepta tamen morte duorum dictorum famulorum predicti Michaelis de quorum vita adhuc tunc dubium habuissent et de numero pecuniarum; scitaque premissorum mera

veritate prefatum Nicolaum Berzethe in possessione sua Kapulna contra annotatum Nicolaum Zambo personaliter, et non per procuratorem ad dictas quindenas sine crastinacione reginalem evocassent in presentiam ad quas quidem quindenas festi B. Michaëlis Archangeli prefatus in causam attractus per annotatum procuratorem dicti actoris congruis diebus dictarum quindenarum coram nobis exspectatus nostrum in presentiam personaliter venire debens, non venerat se mediantibus alys litteris nostris iudicialibus in iudicio aggravari permittendo postulans prefatus procurator dicti actoris eidem ex parte Nicolai dicti Berzethe per nos in premissis iuris equitatem impertiri, et quia praefatus Nicolaus dictus Berzethe ad premissa vice secundaria evocandus fore videbatur pro eo amicitiam dicti Conventus litteratorie petieramus diligenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo regiualis infra declarandus memoratum Nicolaum dictum Berzethe in premissis peremtorie responsurum rationemque efficacem redditurum contra annotatum magistrum Nicolaum Zambo ad quindenas festi omnium Sanctorum tunc venturas similiter sine crastinatione personaliter et non per procuratorem reginalem evocaret in presentiam, et post hec ipsius evocationis seriem cum nomine evocati ad easdem quindenas domine nostre regine rescriberet fideliter conventus supradictus a quibus quidem quindenis festi omnium Sanctorum dum causa parcium prescripta partes inter easdem iuxta series litterarum nostrarum prorogatorialium ad octavas diei cinerum proxime preteritas de reginali litterario edicto prorogative devenisset tandem ipsis octavis instantibus prefatus Sebastianus de Keel pro dicto

magistro Nicolo Zambo, cum procuratorys litteris eiusdem ad nostram veniendo presentiam litteras ipsius conventus super premissa Evocatione domine nostre regine rescriptionales nobis presentarat in quibus per Johannem filium Ladislai de Belch reginalem et religiosum virum fratrem Mathiam sacerdotem ipsius conventus homines feria sexta proxima post festum B. Demetry martyris proxime preteritum prefatum Nicolaum dictum Berzethe in possessione sua Kapulna vocata ad premissa contra annotatum magistrum Nicolaum Zambo ad dictas quindenas festi Omnium Sanctorum sine crastinatione personaliter, et non per procuratorem in reginalis serenitatis presentiam evocatum fore comperieramus seriose ad quas tandem octavas diei cinerum prefatus Nicolaus Berzethe per annotatum Sabestianum legitimum procuratorem dicti actoris legitimis diebus quindenarum earundem coram nobis exspectatus nostram in presentiam personaliter venire debens non venerat se mediantibus alys litteris nostris iudicialibus exinde confectis in iudicio aggravari permittendo postulans prefatus procurator dicti actoris eidem ex parte ipsius in causam attracti per nos iu is equitatem impertiri in premissis et quia dictus in causam attractus ad premissa vice tertiaria evocandus fore videbatur pro eo amicitiam sepefati conventus litteratorie petieramus diligenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo reginalis infra declarandus memoratum Nicolaum dictum Berzethe in premissis perhemtorie responsurum rationemque efficacem redditurum et de dictis iudicys sex marcarum nobis et parti adverse satisfacturum contra annotatum magistrum Nicolaum Zambo, ad quindenas festi Pa-

sche domini tunc venturas modo simili personaliter ac sine crastinatione reginalem evocaret in presentiam post hec ipsius evocationis seriem cum nomine evocati ad easdem quindenas domine nostre regine fideliter rescriberet conventus antedictus tandem ipsis quindenis instantibus prefatus Sabestianus legitimus procurator dicti magistri Nicolai Zambo in nostram veniendo presentiam litteras dicti conventus super ipsa Evocatione domine nostre regine rescriptionales nobis presentarat in quibus per Thomam filium Beke de Zirma reginalem et fratrem Bartholomeum monachum ipsius conventus homines Sabbatho proximo ante festum Pasche domini proxime preterito prefatum Nicolaum dictum Berzethe in possessione sua Kapulna ad premissa, contra annotatum magistrum Nicolaum Zambo ad predictas quindenas reginalem in presentiam iuxta nostram iudiciariam commissionem evocatum fore compereramus evidenter ad quas quidem octavas prefatus Nicolaus dictus Berzethe per prenotatum procuratorem dicti magistri Nicolaum Zambo congruis diebus quindenarum, earundem coram nobis exspectatus nostram in presentiam personaliter venire debens non venerat nec iudicia sex marcarum nobis et parti adverse persolvere debens persolverat, se pro sua non venientia in iudicio consveto, et pro non solutione dictorum iudiciorum in dupplo eorundem mediantibus alys litteris nostris iudicialibus aggravari se permittendo postulans prefatus procurator dicti magistri Nicolai eidem ex parte dicti Nicolai Berzethe per nos iuris equitatem impertiri in premissis et quia Idem adhuc ad premissa in tribus foris comprovincialibus proclamandus fore videbatur pro eo amicitiam dicti conventus litterarie petieramus diligenter quatenus

ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo reginalis infra declarandus memoratum Nicolaum dictum Berzethe in premissis perhemtorie responsurum rationemque efficacem redditurum ac de dictis iudicys in quibus ut premittitur est convictus nobis et parti adverse satisfacturus contra annotatum magistrum Nicolaum Zambo ad quindenas festi Pentecostes tunc venturas similiter sine crastinatione personaliter et non per procuratorem in tribus foris conprovincialibus publice et manifeste regiam in presentiam faceret proclamari insinuando, ibidem ut si veniret et se de premissis bono modo emendaret ac de dictis iudiciis in toto quindecim marcas facientibus nobis et parti adverse satisfaceret bene quidem alioquin non obstante ipsius absentia et rebellione finem debitum et indilatum faceremus causa in premissa ut dictaret ordo iuris, et post hec ipsius trine forensis proclamationis seriem cum nomine proclamati ad easdem quindenas domino nostro regi fideliter rescriberet conventus antelatus tandem ipsis quindenis Pentecostes instantibus prefatus Sabestianus de Keer pro predicto magistro Nicolao Zambo cum procuratorys litteris dicti conventus Symeghiensi ad nostram veniendo presentiam litteras dicti conventus super ipsa trina forensi proclamatione regie maiestati rescriptas nobis presentavit, in quibus per Johannem filium Ladislai de Belch regium et fratrem Bartholomeum prescripti conventus homines primo die dominico proximo ante festum apparitionis B. Michaëlis Archangeli in possessione Zakoh secundo vero videlicet feria secunda in possessione Berki tertio autem et ultimo scilicet feria quinta in possessione Kosak terminis scilicet nunc post sese consequenter immediate

preteritis in tribus videlicet foris comprovincialibus prefatum Nicolaum dictum Berzethe contra prefatum magistrum Nicolaum Zambo ad predictas quindenas iuxta nostram iudiciariam commissionem antedictam regiam in presentiam proclamatum fore comperimus evidenter ad quas quidem quindenas prefatus Nicolaus dictus Berzethe per prescriptum procuratorem predicti magistri Nicolai Zambo congruis diebus ipsarum quindenarum coram nobis exspectatus nostram in presentiam personaliter et sine crastinatione venire debens non venit, nec persolvit iudicia prenotata postulans prefatus procurator dicti magistri Nicolai Zambo, eidem ex parte prefati Nicolai dicti Berzethe medelam iuris per nos in premissis impertiri verum quia memoratus regius et prenotati conventus Symeghiensis homines ad litteratorium mandatum domine nostre Marie regine transmissi ab omnibus quibus decuisset, id quod predictus Nicolaus dictus Berzethe circa festum B. Georgy martyris in dicto anno proxime transacto preteritum ad quasdam possessiones suas Kurthueles et Wrs vocatas cum suis complicibus manibus armatis et potentiarys veniendo universa bona jobbagyionum suorum in eisdem possessionibus commorantium mobilia et immobilia auferri et asportari nonnullasque domus eorumdem jobbagyionum, ibidem annichilari faciendo et ligna earundem domorum ad superficies possessionum suarum Kapulna et Fono vocatarum asportari fecerit eoque non contentus in predicto festo B. Bartholomei Apost. ad quandam aliam possessionem suam Bache vocatam vice iterata irruendo ibidem magistrum Michaelem dictum Moot vices suas in iudicatu magistratus sui tauarnicorum gerentem innoxium et immunem miserabili

nece interimendo aliosque familiares suos lethaliter vulnerari et dimembrari sigillumque dicti magistratus tauarnicorum, et quamdam summam pecunie tunc apud ipsum magistrum Michaelem habitos nec non quinque equos bonos et alias quaslibet res et bona ipsius magistri Michaelis tunc erga ipsum habitas et recepta auferendo asportari et abduci fecerit rescivisse et tandem prescriptus Nicolaus dictus Berzethe super premissis peremtorie responsurus rationemque efficacem redditurus tribus vicibus evocatus quartoque et ultimo sua contumacia acrescente in tribus foris comprovincialibus regiam in presentiam proclamatus ad nullum eorum quatuor terminorum sibi legitime assignatorum venire curasse sed se semper in sue culpabilitatis manifestum indicium a facie iuris et iustitie penitus absentasse ex premissis omnibus lucide adinveniebamus pro eo Baronum Nobiliumque regni tribunal iudiciale nobiscum sedentium maturo prehabito conslio nolentes ipsius Nicolai dicti Berzethe huiusmodi nefandi actus perpetrationem et temerariae presumptionis audaciam simpliciter, et impune pertransire ne aly ab eo exemplati ad similia maleficia perpetranda se opponere presumant ymo magis pena ipsius quoslibet alios a talium maleficorum actuum perpetratione terreat et retrahat nam si unus excessus diligenter corrigitur ceteris delinquendi via recluditur eundem Nicolaum dictum Berzethe in facto potencie ex eoque in sentencia capitali et in amissione universarum suarum possessionum et portionum possessionariarum ac proprietatum, nec non rerum et bonorum suorum quorumlibet ubique intra limites huius regni existentium ipsum solum proprie contingencium in duabus partibus nostris iudiciarys, et

in tertia parte dicte partis adverse manifbus devolvendarum et redundandarum contra ipsum magistrum Nicolaum Zambo, decrevimus et commisimus convictum extitisse atque aggravatum auctoritate nostra iudiciaria mediante in cuius rei testimonium presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eidem magistro Nicolao Zambo duximus concedendas. Datum Bude duodecimo die quindenarum festi Penthecostes predictarum Anno domini millesimo CCC. LXXX. septimo. (L. S. decidui).

E membrana originali Collectionis Nic. Jankovich scriptura sine interpunctionibus.

LXXV.

Solennis Conventio inter Plebanum ac Judices Civitatis rivuli Dominarum, antiqua consuetudine fundata. A. 1387.

In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo septimo, indictione nona, decimo octauo die mensis Julii, hora nona, vel quasi nona, ante altare Beate Virginis, in Ecclesia Sancti Regis Stephani in Riuulo Dominarum in presentia mei, notarii publici, subscripti et testium infrascriptorum, et ad hoc vocatorum, specialiter et rogatorum: Honorabilis vir Dominus Petrus, Plebanus dicti Riuuli dominarum, sano corpore, ac bona deliberacione, honestis viris, Comiti, Judici, et Juratis, totique communitati dicte Ciuitatis se obligauit omnia iura Ecclesie rite et rationabiliter seruare, prout sui antecessores seruauerunt. Primo promisit et tenetur ipsis personaliter commoran. et tenen. seruare vnum praedicatorem, et vndecim Capellanos, et illos debet honeste seruare in expensis, et semper hora prandii et cene de-

bite tenetur omnibus personis, ad mensam dominorum pertinentibus, dare vnam pintam vini, et debet seruare capellanos honestos, qui singulis diebus debent et valent matutinas missas et vesperas pro cultu diuino decantare. Judex et Jurati habent constituere vnum Rectorem pro informacione puerorum valentem. Item Judex cum consulibus, cum consensu dicti Domini Plebani habent locare vnum campanatorem, et illis tenetur dare expensas, promisitque dictus Dominus Plebanus decimam, nempe tantum vini et Blady, et de apibus more antiquo actenus obseruato, et tenetur recipere decimam vini — vineas et tunellas proprias sua cum vectura ipsa sibi adducendo, sic quod nemo hominum per negligentiam suam, vel suorum in dando decimam impediatur. Promittens mihi notario publico solenniter stipulan. vice et nomine, quorum interest, et intererit, ratum et gratum tenere, quidquid per praeattactos vniuersos, Comitem, Judicem, et Juratos more antiquo est et fuit ordinatum. Acta sunt haec indictione nona, anno, die, hora et loco, quibus supra. Praesentibus discretis viris et Dominis, Jacobo Plebano Medii montis, Domino Predicatore et Rectore Capellanorum ibidem exitentium. Domino Honomesthlino Comite, Antonio Judice, et pluribus aliis viris fidedignis testibus, rogatis, specialiter et vocatis. Et ego Mathias natus quondam Jeskonis de Nonenczicz Varat. dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, omnibus premissis presens interfui, vna cum testibus prenotatis, ad ea rogatus. In hanc formam publicam redegi meoque nomine et signo consueto consignaui in testimonium omnium premissorum."

E transumto anno 1422. emanato: V. infra.

LXXVI.

Joannis Parochi de Patak ac patris ipsius Ladislai Kakas de Kaza contra Nicolaum eiectum inde parochum protestatoriae. A. 1387.

In nomine domini amen per hoc presens publicum Instrumentum omnibus et singulis quibus expedit pateat euidenter quod a natiuitate eiusdem Domini M-o CCC-mo LXXX-mo septimo Indictione decima die vero septima mensis nouembris ora tertiarum pontificatus sanctissimi in Xto patris et domini nostri domini Vrbani diuina prouidencia Pape VI. in mei notary publici infrascripti, testiumque infrascriptorum presencia personaliter constituti discretus vir dominus Johannes rector parochialis ecclesie sancti Johannis Baptiste de Patak ac Strenuus miles magister Ladislaus pater prefati Johannis plebani dicti Kakas de Kaza agriensis diocesis exhibuerunt et ostenderunt quamdam cedulam Papiraceam protestacionem ipsorum Johannis plebani et Ladislai in se continentem et quam alta et intelligibili voce legere fecerunt per omnia huiusmodi tenorem continentem Nos Johannes Rector Ecclesie parochialis Sancti Johannis Baptiste de predicta Patak et Ladislaus dicti Kakas de Kaza predicte diocesis protestamur coram vobis fide dignis personis hic astantibus et circumstantibus et te Stephan. Andre Imperiali auctoritate notario publico Scribaque religiosi viri Domini fratris Johannis prepositi monasterii sancti Johannis Baptiste de Jazow quod nos Johannes et Ladislaus dicti Kakas supranominati tanquam veri obediencie filii mandatis praefati prepositi ymo verius apostolici obedire cupientes huc in Jazow per literas sepe dicti domini prepositi citatorias pro parte discreti viri domini Nicolai gerentis se pro plebano Ecclesie sancti Johan-

nis Baptiste de Patak legitime ad quintum decimum diem festi beati dyonisii martyris citati fuissemus sed propter quibusdam arduis nostris negociis personaliter non potuimus comparere tamen Herici procuratorem nostrum legitimum cum pleno mandato transmiseramus comparendum contra predictum dominum Nicolaum et sua obiecta vel petita excipiendum, et ad alia omnia que pro parte nostra coram predicto Judice fieri debuissent faciendum et exequendum, tandem Thomas literatus de Buda Vesprimien dyoces. procurator legitimus prefati domini Nicolai in persona eiusdem cum pleno mandato in dicto termino coram predicto domino Johanne preposito Judice nostro a sede apostolica delegato comparuisset vbi Idem Johannes prepositus pro tribunali sedisset quemdam libellum eidem preposito presentasset cuius quidem libelli tenor talis fuisset seu extitisset quod ego Ladislaus Kakas preallegatum Nicolaum plebanum soliassem et Johannem filium meum Intrusissem, et quod Idem Johannes filius meus antefam Ecelesiam Sancti Johannis Baptiste de Patak pretextu Intrusionis haberet possideret et conseruaret quam Ecclesiam idem Nicolaus canonice fuisset assecutus pro eo prefatus Johannes Prepositus ad restititucionem parochialis Ecclesie Sancti Johannis Baptiste pretense pro parte Domini Nicolai procedere deberet tandem Johannes Herici procurator noster legitimus nomine partium quo supra per modum exceptionis ex aduerso respondisset quod memoratus dominus Nicolaus plebanus de dicta Patak per Serenissimas principissas dominas Elysabeth et Mariam dei gratia reginas Hungarie propter plures suos excessus quos contra ipsas dominas reginas perpe-

trasset et fecisset et de annotata plebania fuisset et eiectus exclusus et depositus racione huius Johannes filius meus memoratam Ecclesiam sancti Johannis Baptiste de prelibata Patak ex collacione predictarum reginarum et ex consensu serenissimi principis Domini Sigismundi marchionis Brandemb. sacri romani Imperii archicamerarii fuisset adeptus et pacifice assecutus et dum idem Johannes Herici legitimus procurator noster praeattactus contra predictum dominum Nicolaum literas memoratarum principissarum reginarum hungarie ac literas excellentissimi principis domini Sigismundi coram predicto Judice et prefate Ecclesie legitimo procuratore ad expurgandam innocentias et immunitates nostras producere voluisset, tunc dictus thomas literatus procurator sepedicti domini Nicolai ac — — — de parcium voluntate et ex permissione pretacti Judicis ad quintum decimum diem termini ante dicti causam seu causas statu in eodem prorogasset. Ipso termino adueniente seu occurrente tanquam veri obediencie fily personas nostras cum premissis literalibus instrumentis quas Johannes Herici in primo termino de et super expurgacione et nostre innocencie produxerat presentauimus optantes semper finem habere, vtrum — — — primariam peticionem et obiecta pro parte dicti domini Nicolai dictus Thomas literatus legitimus procurator suus prosequi vellet et finalem decisionem habere. Idem Thomas prefatus prescripti domini Nicolai plebani diu in Judicio absens nec verbo nec in scriptis nec per testes primarias suas petitiones et canonicum introitum dicti domini Nicolai et omnia alia contra predictos citatos voluit applicare nec vlteriorem terminum sibi assignare nec dictum Judi-

cem supersedere postulauit sed simpliciter in factis dicti domini Nicolai plebani omnino et per omnia procedere renunciauit ac testes citatos pro parte domini Nicolai et nos Johannem et Ladislaum sepe nominatos per ipsum Judicem a sede apostolica delegatum fecit absolui. Pro eo rogamus te Stephanum Andre notarium supra dictum instanter instantius instantissime vt hanc nostram protestacionem de verbo ad verbum tuum ponas in registrum et si necesse foret nobis expediendum et quando et quotiescunque te requisiuerimus conficias super ipsas nostras protestaciones vnum vel plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta post cuiusquidem cedule lecturam prefati domini Johannes et ladislaus pater suus petierunt me Stephanum notarium publicum infrascriptum vt eisdem de omnibus et singulis supra dictis conficeremus hoc presens publicum instrumentum quod feci tabellionatus officio exigente acta et facta sunt hec in Jazow in domo habitacionis religiosi viri domini fratris Johannis prepositi anno Indiccione die mensis ora pontificatu quibus supra presentibus honorabilibus et discretis viris dominis fabiano plebano de Jazow paulo de omnibus sanctis ecclesiarum rectoribus Strigonien. dyoces. magistris Laurentio de Gwr Emerico de Verbeche notarys palatini et Judicis curie ac Johanne notario de dicta Jazow agriensis dioc. testibus ad premissa requisitis, rogatis pariter et vocatis in fidem testimonium omnium premissorum."

L. Signaturae notarialis: Et ego Stephanus Andre de Kapy Clericus agriensis dioeces. auctoritate imperiali notarius publicus dum premisse protestaciones per prefatos Johannem plebanum ac Ladislaum patrem suum sic fierent et agerentur vnacum prenominatis testibus presens inter-

fui atque prout resciui sic fieri vidi et audiui et idem presens publicum Instrumentum manu propria scripsi et publicaui in hanc formam redegi signo etiam et nomine solitis consueto signaui et subscripsi per supra dictos Johannem plebanum et Ladislaum patrem suum dictos Kakas de Kaza cum instancia requisitus et vocatus ad perhibendum testimonium de supradictis."

Ex Originali archiui nostri bone conseruata.

LXXVII.

Inquisitoriae contra in Ecclesia interficere volentes. A. 1387.

Feria secunda post Andreae Inquisitoriae pro parte Tomboldi et Joannis dictorum Fodor filiorum Petri de Szkáros, contra Thomam de Stanislaum filios Farkasii de Szkáros, inquiri curantes per Jobbagiones suos in Ecclesia Beati Martini in eadem Szkáros interficere volentes.

Orig. in Cap. Scepus. Gabr. Nagy.

Anno 1388.

LXXVIII.

Sigismundus R. H. coronationis sui ac donationis rationem reddit. A. 1388.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae etc. Marchioque Brandenburg, etc. fidelibus suis Capituli Ecclesiae Waciensis salutem et gratiam. Quia a plurimis praedecessorum regum Vngariae retroactis temporibus, in quorum contrarium humana mortalitas non nouit recordari, ex approbatissima regni consuetudine hactenus illibate obseruata, eorumdem Illustrissimorum regum veri successores, per manus Reuerendi in Christo Patris, Domini Archiepiscopi almae Strigoniensis Ecclesiae pro

tempore constituti, sacro regio diademate iuridice debent sublimari; per ipsorum excellentissimorum regum maiestatem huiusmodi sacrae Regiae Coronae obtenti fastigii temporibus, eosdem sanctae Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopatum regali munificentiae honore condecet decorare. Et quia pridem vniuersis Venerabilibus PP. Archiepiscopis, Episcopis, aliarumque ecclesiarum Praelatis et omnibus indistincte Principibus, Baronibus, nobilibus, Sclauis, Croatis, Dalmatinis, et aliarum quarumcunque nationum gentibus, ad dicti regni Vngariae Regalis regiminis quocunque titulo pertinentibus ditionem conuenientibus, ad Albam regalem et in personam nostram vota ipsorum concorditer dirigentibus, nemine discrepante, in Dominica Ramis palmarum in anno Domini MCCCLXXXVII. tunc euoluta, cum ea solemnitate, quam regalis culminis requirit sublime fastigium, nos conscendentes in thronum regiminis regnorum iam dictorum, per manus Venerabilis in Christo Patris, quondam Domini Benedicti Vesprimiensis Ecclesiae Episcopi, dicta alma Ecclesia Strigoniensi, suo pastore et gubernatore, de cuius manibus Reges Hungariae, vt praemittitur, solent inungi, protunc vacante, sacro diademate coronati; nolentes, vacatione ipsius sedis Strigoniensis tunc facta, non obstante in hac parte, pro huiusmodi solita solennitate pro nostra persona, vt praemittitur celebrata, dictae almae Strigoniensis Ecclesiae Archiepiscopatus, ad deuotam et saluberrimam dilecti et fidelis nostri Reuerendissimi in Xto Patris, Domini Joannis, nunc eiusdem Ec-

clesiae Strigoniensis Archiepiscopi supplicationis instantiam, vt nostro regio congruit honori, irremuneratum relinquere, nec eidem aliquatenus super his derogari, sicut praeviis rationibus, sic non minus pro fidelitatibus et fidelium obsequiorum laude dignis meritis, eiusdem Domini Joannis Archiepiscopi, nobis per ipsum et sacro regio diademati ad perfectum commodum et vtilitatem totius regni suprema cum diligentia et vigilantia curiosa, et laborum instantia assidua exhibitis, et impensis, regio occurrere volentes cum fauore, quasdam possessiones regales, populosas videlicet Vÿfalu, Bayoth, Genemarothya, in Strigoniensi, et Moth nuncupatas in Comaromiensi Comitatibus adiacentem, nec non Secthtzu vocatam similiter populosam, cuius medietas in Strigoniensi et alia medietas in eodem Comaromiensi Comitatibus adiacere perhibetur, item quasdam terras vacuas et habitatoribus destitutas, Rab, Cherke, Peel, et Beryn, appellatas, in dicto Comitatu Strigoniensi sitas, et existentes, apud manus regias ab antiquo habitas cum vniuersis earum pertinentys, et quarumlibet vtilitatum integritatibus, et alys quibuslibet terris arabilibus cultis scilicet et incultis, molendinis, syluis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus, et generaliter omnibus pertinentys, ab antiquo ad easdem rite spectantibus, cum Serenissima Principe Domina Maria, consorte nostra praechara, et praelatis, et Baronibus nostris matura et digestiua deliberatione exinde praehabita, annotato Domino Joanni Archiepiscopo, ac per eum praescriptae Ecclesiae suae, Strigoniensi Archiepiscopali, duximus nouae donationis nostrae titulo perpetuo, mediantibus alys Literis nostris, exinde confectis, conferendas. Fide-

litati igitur Vestrae firmo regio praecipimus sub edicto, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Joannes, filius Pauli de Zigeth, homo noster de domo nostra regali specialiter ad hoc transmissus, ad facies praefatarum possessionum regalium populosarum videlicet et habitatoribus destitutarum, aliarumque terrarum ad easdem ab antiquo spectantium, vicinis et commetaneis earum vniuersis legitime inibi conuocatis et praesentibus accedendo, statuat ipsas cum quibusuis earum vtilitatibus et pertinentiis praetitulato Domino Archiepiscopo, et per eum Archiepiscopatui dictae suae Ecclesiae Strigoniensis perpetuo possidendas, tenendas et habendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatum Dominum Joannem Archiepiscopum in nostram praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis ipsorum reddituros efficacem, et posthac ipsius possessionariae statutionis seriem cum nominibus possessionum praedictarum, aliarumque terrarum, ad eas legitime spectantium, nec non nomina contradictorum et citatorum, siqui fuerint, cum termino assignato, nostrae fideliter rescribatis Maiestati. Datum Budae in festo Conceptionis Virginis gloriosae. Anno Domini MCCCLXXXVIII.

Ex ipsis Originalibus statutoriis in Archiuo Primatiali existentibus. Sigismundus proin Rex Hungariae factus est iure electionis: quemadmodum Joannes de Kikelleu apud Thurocz. III. c. 52. de exitu Caroli insinuat: „Tali pacto, Vt dum virgo (filia Ludouici Maria) nubiles veniret ad annos, nuptias simul et de sponso Regem faceret, matrimoniali foedere irretita est. Vniuersis regni nobilibus haec conditio placuit. Lite-

rae item Michaelis Steno Veneti habent (ad an. 1412.) „Regnum tuum, quod non iure hereditario sed electionis scrutinio ad te delatum est, nobis (Venetis) adiuuantibus erectum fuisse praedixeras.“

LXXIX.

Idem Sigismundus cum Vladislao Poloniae Rege inducias annuas paciscitur. A. 1388.

Sigismundus Rex Hungariae inducias facit cum Vladislao Rege Poloniae a festo Michaëlis Archangeli ad annum duraturas. Datum Budae die Dominico post festum S. Petri ad vincula. Anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo octauo.“

Apud Sommersberg. II. fol. 81. Inducias has Sigismundus ad Vaiuodas Moldauiae et Valachiae, qui instigatione Twarkonis Bosniae Bani, a fide defecerant castigandos iniit. Sigismundo contra Stephanum Moldauiae Wayuodam praeliante Hedwigis Regina Poloniae, rege Wladislao in Litvania bello detento, sumto exercitu, Emerico Bebek Gubernatore, copiisque praesidialibus depulsis, Leopoli, Jaroslavia, Grodcho, Halitzia, Terespoli, aliisque vrbibus deditione acceptis, Galliciam ac Lodomeriam omnem — vigentibus induciis a Regno Hungariae auulsit. Tractatibus innumeris tentatis iactura haec reparari nequiuit vsque annum 1772-um, primam Poloniae diuisionem. Occasione hac Gallicia reuindicata, ast Lodomeria fere omnis Polonis relicta imperio subiugata est Russico.

LXXX.

Idem Sigismundus Bohemiae regnicolas, in casum, si regnum illud a Wenceslao rege fratri suo Joanni, Duci Görliczensi addiceretur, a fide sibi iurata, absoluit. A. 1388.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Marchio Brandenburgensis etc.

Vniuersis et singulis Principibus Ecclesiasticis et secularibus, Vasallis, Homagialibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus, Clientibus, Judicibus, Magistris Ciuium, Consulibus, Juratis, Rusticis, villanis, Incolis ciuitatum, oppidorum, villarum, ac locorum quorumcunque, nec non omnibus et singulis fidelibus regni Bohemiae, cuiuscunque status, conditionis vel praeeminentiae fuerint, aut quibuscunque specialibus vocabulis nuncupentur, praesentibus et futuris, nobis sincere dilectis, salutem et omne bonum. Quia quidem Serenissimo Principi, Domino Wenceslao, Romanorum regi semper Augusto, Boemiae regi illustri, fratri nostro carissimo, bona et sufficienti deliberatione praehabita, specialiter propter singularis amoris affectum, quem ad Illustrissimum Principem Dominum Joannem, Ducem Görlicensem, et Marchionem Lusatiae, fratrem nostrum charissimum, naturae quadam inclinatione tenemus, ad eius etiam honores et praefectus augendos, ex vinculo sanguinis obligamur, scientes indulsimus, annuimus, consensimus, et plenam et omnimodam facultatem, potestatem, et libertatem concessimus, et donauimus, vt ipso insigne Regnum Bohemiae et eiusdem regni coronam, in quo Nobis ex donatione paterna ac successionis ordine, tanquam post dictum Dominum Wenceslaum, fratrem nostrum, seniori, Diui Imperatoris, nostri Patris filio, in casu, quo ipsum, quod absit, legitimis heredibus non relictis, praemori contingeret, plenum ius competit, succedendi, vni nostrum, videlicet inter Nos et praefatum Dominum Ducem Joannem, qui sibi ex nobis magis placuerit, et ad quem propria et speciali ac libera voluntate traheretur, sine alterius ex nobis et signanter Nostri reclamatione et renitentia, ali-

quali in vita et in morte, quomodo vel quando sibi placuerit, dare, donare, legare et eundem Nobis, cui legauerit seu dederit regnum praefatum, coronari, facere, et subiectionem et fidelitatem quorumuis subiectorum regni Bohemiae sibi fieri disponere, et ordinare valeat ac possit. Prout hoc ipsum in aliis nostrae Maiestatis Literis dicto Domino Wenceslao Fratri nostro datis desuper sufficientibus continetur. Idcirco in casum, quo ipse Frater noster Dominus Venceslaus, Romanorum Rex in vita vel in morte praefato Fratri Nostro Domino Duci Joanni Regnum Bohemiae praedictum concederet, vel donaret, et non Nobis, extunc vos in genere, vel vestrum quemlibet in specie, animo deliberato, et de certa scientia, ac Nostra libera voluntate, de omnibus et singulis promissionibus, Juramento nobis factis, quibus Nos ex fide facta, vel alias quomodolibet ex successionis ordine, siue Jure astricti tenemini, quoquomodo absoluimus, liberos dicimus et dimittimus, ac tenore praesentium libertamus. Mandantes vobis, virtute praesentium serio, quatenus, si, sicut praemittitur, dictus Dominus Wenceslaus dicto Domino Duci regnum Bohemiae concederet, donaret vel quod ex tunc ad eundem Dominum Ducem Joannem, ad quem vos ex nunc, prout ex tunc transducimus, tanquam verum et naturalem et ordinarium Dominum Vestrum, et haeredes suos legitimos, et ad nullum alium respectum habere, et eidem fidelitatem, Juramenta et subiectionem facere et parere et obedire modis omnibus debeatis. In casu vero, quo vos omnes vel aliqui ex vobis praesentia mandata nostra literalia non curaretis aduertere, nec eisdem forsitan obedire, ex tunc promittimus bona fide Nostra, quod vos omnes et vestrum quem-

libet, dum ad Nos personaliter veneritis, aut nuncii, aut Procuratores vestri mandatum vestrum ac potestatem habentes, vestro nomine venerint, de iuramentis, promissionibus, et fidelitatibus, quibus Nobis adstricti tenemini, quocunque viuae nostrae vocis oraculo absoluemus, et liberos dimittemus. Praesentium sub regiae nostrae Maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Semphte. Anno Domini MCCCLXXXVIII. Die Mensis Junii."

Apud Balbinum: Miscell. Histor. Regni Bohemiae ex priuilegiis regni folio 80. seqq.

LXXXI.

Idem Sigismundus Marchiam suam Brandenburg. Marchionibus Morauiae oppignorat. A. 1388.

Wir Wenzlaw von Gottes gnaden Romischer Kunig zu allen czeiten Merer des Reichs und Kunig zu Beheim, bekennen und tun kunt offentlichen mit diesem briue aller der die sehen oder horen lesen, Dass der durchleichtige Furste Her Sigmund von Gotes gnaden Kunig zu Vngern, Dalmatie, Croatie etc. und der hochgeborne Johanns Herzog zu Görlitz unsere liben bruder die Marken zu Brandenburg und alle und iglicshe derselben Marken Fursten Geistlichen und Wetlichen Prelaten Epte, Grafen Manne Ritter und Knechte Gemeinschefte, der Lande und Stete der Mark zu Brandenburg der alden Mark, der Vker, Prignitz, zu Lubus und zu Sternberg, und alle andere, in welcherley Adel, Wirden, oder Wesen die sein, an die hochgebornen Josten und Procopen Marggrafen zu Merhern unsere liben Fursten und Vettern und ire Erben, in pfandesweise für eine genannte Summen Geldes verweiset, und sie doruf der Eyde huldung

trewen, und Gelübde, domit sie In als rechten Erbherren pflichtig und verbunden seyn, genzlichen, ledig und loze, gesagt und gelassen haben, als das in ihren briuen die sie doruber gegeben haben volkummentlichen begriffen ist. Also haben wir ouch durch fleissiger bete willen der egenanten unser bruder, und ouch von Fruntschaft und liebe wegen, die wir haben zu den ehgenanten unsern Vettern den Marggrafen zu Merhern, alle die, die von desselben Landes der Marken zu Brandenburg wegen zu uns gesant seyn sulcher Eyde huldungen trewen und gelübden, der sie uns als einem Kunige zu Beheim und Anwarter des ehgenanten Landes der Marken zu Brandenburg Pflichtig und verbunden sein muntlichen ledig und lose gelassen, und lassen sie ouch und irer personen alle andere Fursten geistlich und weltlich Prelaten Epte Grafen, Manne Ritter, und Knechte Gemeinschefte der Stete, und alle ynwoner und undersessen der Marken zu Brandenburg als ein zu Beheim solcher trewen eyde huldungen, und gelubde ledig vnd loze, in kraft diz briues, usgenommen des Landes und der Stete der Marken zu Brandenburg die dem vorgenanten Herzogen Herczog Johansen unserm bruder zu seinem teile verschriben, und beweiset sein nach laute der briue, die vnser Vater seliger Keyser Karl doruber gegeben hat, und gebiten dorumb allen und iglichen vorgenanten Fürsten Geistlichen, und weltlichen, Epten, Prelaten, Grafen, Herren, Dienstleuten, Rittern und Knechten Gemeinschaften der Stete Merkten, und Dorfern, und allen anderen ynwonern und undersessen des Landes der Marken su Brandenburg ernstlichen und vesticlichen mit diesem briue, das sie sich an die obgenante vnsere Vettern die Marggrafen zu

Merhern nach laute und ynhalt der obgenanten unsers bruders des Kuniges zu Vngern und Herzogs Johanns briue furbas mere halten und yn ouch gewonlich Huldung Eyde und Glubde tun als sie denselben vnsern brudern vnd vns vormals getan haben. Mit urkund diz briues versigelt mit unsern kuniglichen 'Maiestat Insigele. Geben zu Burgleins nach Christes geburt dreizehen hundert Jar und dornach in dem achtachtzigsten Jare des nehsten Suntags nach sand Johanns tage des Tewfers unserr Reiche des Behemischen in dem sechs und czweinzigsten und des Romischen in dem czwolften Jaren. Ad mandatum Dni Regis Jo — Cancellarius."

Ex originali. Apud Gerke l. c. p. 140—1. Oppignorationi huic consensum praebuit Wenceslaus Rex, Joannes item frater eius. Jodocus Marchio Morauiae oppignorationis Jure in Marchia Brandenburgica dominatus: Ibidem p. 138. 140. 142. — Nexu rei gerendae ad bellum comparato, cum Wladislao Poloniae rege, qui Petrum Moldauiae Waiuodam, in clientelam suam receperat egit, atque inducias a XXIX. Septembris annuas confecit. Translatis in Bosniam, quo coniurati se receperant, copiis, castra, e quibus predas agebant expugnauit, de coniuratisque supplicium sumsit; Lazarum Rasciae Despotam, nutantem, agente Nicolao de Gara, illius genero, in pristina fide confirmauit. Sed quamdiu Joannes de Palisna in Bosnia superfuit, ad reliquos factiosos in obedientiam reducendos, incassum tentata omnia. Cf. Sommersberg rer. Siles. Par. II. p. 81. Kerchelich Hist. Eccl. Zagrab. p. 337.

LXXXII.

Sigismundus R. H. et Marchio Brandenburg. Ablegatos a Brandenburgensibus Trencsinium submitti strictissime praecipit. Anno 1388.

Wir Sigmund von Gots gnaden Kunig czu Hungarn, czu Dalmatien, Croatien etc. Marggraf czu Brandenburg etc. embiten den Erwirdigen in Got Vatern Herren Dieterichen czu Brandenburg, Herren Johansen czu Lubus und Herren czu Hauelberg Bischofen, unsern lieben andectigen, und den Edlen Graffen von Ruppen etc. und allen anderen Prelaten, Edlen, Rittern, Knechten, Stedten, Reten, Burgern der Marck czu Brandenburg unsern Andechtigen und lieben getrewen, durch treflicher und gar notlicher sachen willen die uns das Land czu Brandenburg und euch rurent und treffen, und sunderlich uff die rede das dasselbe Land in ein redliche Sasse ordnunge und frede gesezet und gebracht werde. So gebiten wir euch ernstlich und vestichlichen bey vnsern hulden und wollen, das ihr einem Bischoff czewene Edle Manne und als yeczlicher Stat der ganzen Marck czu Brandenburg czwene der edelsten Rete mit voller ganzen Mach und Gewalt unvorzogenlichen zu uns sendet, also das sie uff die nechsten czukommenden pfingst heiligen tage bey uns seyn czu Trencz an alle Hindernusse und lengern vorziehen. Alz euch auch dorumb der allerdurchluctigste Furste und Herre Herre Wenczlaw Romischer und Behemischer Kunig unser liber Bruder eygentlicher schreibet, wenn wir meynen doselbst alle notlichen Sachen die unser Lande sunderlichen die Mark czu Brandenburg und euch anrürend und treffen, mit Gottes hülfe also bestellen, und schiken, das alle czweyung und Kriege die von langer czeit sein

gewesen, und noch sein gegen unserm Lande und euch ein gelymfliches ende mussen nemen, und guter Friede und Ordnung an czweifel dornach folgen. Mit urkund diz briefes versiegelt mit unsern grosten anhangenden Ingesigel. Geben czu Trench noch Christs geburt dreyzehen hundert Jare darnach in dem acht und achtczigsten Jahre des nechsten Montags noch dem Suntag in der Fasten als man singet in der Kirchen Judica me Domine etc.

Ex originali archiui reg. Berolin. Apud Gercke l. c. Tom. IV. p. 138—139. Paulo ante idem Sigismundus Nobilem Bussen de Aluensleuen feudo dominii Erxleuen est remuneratus. Gegeuen to Ouen under unsen koniglichen Insigel des ersten Donnerstages in der heiligen Vasten. Anno Domini M-o CCC-o LXXX-o octauo." Apud eundem Tomo VI. p. 644—5.

LXXXIII.

Sigismundus quid cum equis mercatorum, aut vectorum Cibiniensium, sit obseruandum, tributariis praescribit. A. 1388.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgen. etc. Fidelibus suis vniuersis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Nobilibus, Castellanis, et ipsorum tributariis, aut Vice tributariis, harum noticiam habituris, salutem et gratiam. Ex graui querela fidelium ciuium nostrorum de Cybinio ad nostre Maiestatis deuenit audientiam, quomodo nonnulli ex vobis, in locis tributorum vestrorum de curribus ipsorum, mercibus oneratis, equos reciperetis, asserentes esse prohibitum equos de regno nostro educere per eosdem; sicque ipsi in vectura rerum mercimonialium ipsorum plurimum impedirentur. Cumque ab eisdem ciuibus equos infra duodecim florenorum aureorum

valorem existentes, minime recipi permittere velimus, de curribus eorumdem; Fidelitati igitur vestrae firmiter praecipimus et mandamus, quatenus a modo a dictis ciuibus de Cibinio, seu mercatoribus, ac ductoribus eorumdem, harum ostensoribus, in locis tributorum vestrorum, equos infradictorum duodecim florenorum aureorum valorem existentes, recipere, seu recipi per vestros facere, de curribus eorum non audeatis. Si vero aliquem equum, quem iidem ducerent meliorem dicti computi aestimaretis, extunc duodecim aureos florenos pro quolibet tali equo ipsis mercatoribus, seu ductoribus pro retentione talium equorum dare debetis et assignare; aliud igitur nequaquam facere praesumatis. Datum Budae, feria quinta proxima post festum Beati Laurentii Martyris. Anno Domini MCCCLXXXVIII-o."

In pergameno patenter emanata, sigillo minori, cerae rubrae impresso communita. In capite scriptum: Comissio regis propria.

LXXXIV.

Idem Sigismundus, Fr. Petrum Abbatem de Tata, in possessiones ipsius, per Abbatem montis Pannoniae introduci iubet. Anno 1388.

Serenissimo Principi Domino Sigismundo Dei gratia Inclyto Regni Hung. Dalmacie, Croacie etc. Marchionique Brandenburg etc. Domino ipsorum gratioss. Conventus Monastery S. Martini de sacro monte Pannonie orationes in Domino. Litteras Vestrae Maiestatis Introductorias pariter et statutorias noveritis nos supremo cum honore recepisse in haec verba. Sigismundus Dei gratia Rex Hung. Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandeburg etc. Fidelibus suis Conventui Ecclesiae S. Martini Sacri

Montis Pannoniae Salutem et Gratiam. Dicitur nobis in persona Religiosi Viri Domini Fratris Petri Abbatis Ecclesiae beatorum Petri et Pauli Apostolorum de Tata; quod ipse in Dominium quarumdam portionum possessionariarum suarum, et dicti sui Monastery Alsó-falu et Felső-falu vocatarum, nec non iuris montani et Terrarum arabilium ad easdem spectantium, ac Molendinorum super fluvio eiusdem Civitatis Tata in sex locis habitorum unius videlicet iuxta arborem Pyri, supra Molendinum Dominae Abbatissae Ecclesiae Beatae Virginis de insula Strigoniensi, secundi prope locum antiqui Molendini, qui Macho Hyde dicitur, Terty ochon vocati, cuius aquae meatus interdum deficeret, Quarti inferius supra eandem aquam similiter ochon dictam iuxta magnam arborem et antiquam Nyárfá nuncupatam, Quinti in loco Vöröskő vocato ad caput fontis calidi prope dictam Civitatem Tata, et Sexti Hench malma nominati super fluuio Fyzeg currentis ac quarundam Terrarum arabilium Szent-Miklos földe et Szent Margita Asszony földe appellatarum simul et pratorum quae vulgo mester Réthe-Szigeth, Érkeche-Réthe dicerentur, intra Terminos et Limites ipsuis Civitatis existentium apud manus suas habitorum legitime vellet introire, si contradictio cuiuspiam sibi non obviaret in hac parte super quo fidelitati Vestrae firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo presente Joannes Filius Nicolaj de Galya vel Matheus de Kovachy aut Jacobus sive Nicolaus de Halap alys absentibus, Homo noster ad facies dictarum portionum possessionariarum et molendinorum, ac terrarum arabilium, et pratorum praenominatorum vicinis et commetaneis eorundem

universis, illuc legitime convocatis, et presentibus accedendo, introducat praefatum Dominum Fratrm Petrum Abbatem in Dominium eorumdem, statuatque easdem cum universis suis utilitatibus et pertinentys quibusvis eidem jure sibi incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero siqui fuerint, citet eosdem contra annotatum Dominum Fratrem Petrum Abbatem nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec seriem ipsarum Introductionis et Statutionis cum nominibus contradictorum vel citatorum, si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Visegrad feria quarta proxima post festum Nativitatis Beatae Virginis Mariae Anno Domini milesimo trecentesimo octuagesimo octavo. Nos igitur praeceptis Vestrae Maiestatis in omnibus obtemperare cupientes ut tenemur, una cum praefato Nicolao de Halap homine vestro nostrum hominem videlicet Fratrem Nicolaum Presbyterum unum ex nobis ad premissa transmisimus exequenda pro testimonio fidedignum Qui demum exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, Quod idem homo vester presente nostro Testimonio feria tertia proxima post festum Beati Gerardi Martyris proxime preteritum ad facies supradictarum Portionum possessionariarum Also-falu et Felső-falu, nec non iuris montani ac Molendinorum, terrarum arabilium,et pratorum supra specificatorum vicinis et commetaneis eorum universis illic legitime convocatis et presentibus introducxisset, prefatum Dominum Fratrem Petrum Abbatem in Dominium earundem statuissetque easdem eidem cum universis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet iure sibi incumbenti per-

petuo possidendas nullo prorsus contradictore apparente.

E copia authenticata.

LXXXV.

Idem Sigismundus literas possessionem Chehtó concernentes, examinatas confirmat. A. 1388.

Literae regis Sigismundi confirmantes literas Andreae II-i, possessionem Chehtó concernentes, quarum authentia sigillo decidente, adductis variis testimoniis fuerat comprobata, nec non alias etiam literas eiusdem Chehto reambutarias pro Archiepiscopo Strigoniensi sonantes. Anno Domini MCCC. LXXXVIII-o.

Ibidem Capsa Z. nro 29-o.

LXXXVI.

Fassionales Capituli Castriferrei super molendino in fluuio Rába, in possessione Ivánch a Georgio Ajakas vendita. A. 1388.

Anno MCCCLXXXVIII. Gregorius, filius Nicolai, filii alterius Nicolai, dicti Ajakas, de Ivanch, coram Capitulo Castriferrei totam portionem suam in molendino, in fluuio Rába, inter terminos possessionis Ivanch, Magistris Joanni, filio praefati Nicolai dicti Ajakas, et Stephano filio eiusdem Joannis de praedicta Ivanch, pro centum viginti marcis perennaliter fatetur."

E tabulario J. Curiae regiae.

LXXXVII.

Conuentus de Jaszó super portione in Kalsa abalienanda prohibitorias elargitur.

In festo Dionysii Prohibitoriae e Conventu Jászó emanatae, quibus Simon filius Nicolai de Kalsa,

Nicolaum filium Joannis et alios ab abalienatione portionis in Kalsa prohibet.

Orig. in Cap. Scepus. Gabr. Nagy.

LXXXVIII.

Cap. Nitriense de iure quartalitio excontentato Petrum de Zamard quietum roddit.

Nos Capitulum Ecclesiae Nittriensis memorie comendantes significamus, tenore presentium quibus expedit universis quod nobiles domine Margareta relicta condam Andree de Bod nunc vero consors Magistri Petri dicti Olah de dyek ac Marus voccta filia ejusdem domine ad nostram personaliter venientes praesentiam proposuerit, et confessi exstiterint ministerio vivae vocis in hunc modum quod Benedictus filius Petri de Zamard pro dote et rebus Paraphernalibus — — — ac quarta filiali earundem nobilium Dominarum, de quibusdam Portionibus Possessionariis condam — — — Andree videlicet — in possessionibus Colbocha Ilewka Kewmegy Vertesel et Kysliborcha vocatis habitis et existentibus eisdem nobilibus dominabus de iure provenire debentibus, viginti quinque marcas denariorum marcam quamlibet decem pensis computando, plene et integre — — — ipsis nobilibus dominabus persolvisset et omni modam satisfactionem impendisset. Unde ipsae nobiles domine Ratione premissorum dotis, et rerum Paraphernalium ac quarta filiali superius declaratorum annotatum Benedictum filium Petri ac fratres suos condivisionales successoresque ipsorum reddidissent et comisissent per omnia expeditos pariter et contentos imo — reddiderunt et comiserunt nostri in praesentia vigore Praesentium mediante. Datum in festo Beati Mathei apostoli et

evangeliste. Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimo octavo.

Originale in Membrana exaratum cum Sigillo conservat Nicol. Jankovich.

LXXXIX.

Capitulum Castriferrei super sex curiis Michaëli de Posafalva per nobiles de genere Tyak in remunerationem fidelium seruitiorum donatis, testatur. A. 1388.

Nos Capitulum ecclesiae Castriferrei memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis praesentium per tenorem quod Magistri Franciscus, filius Johannis, Joannes filius Blasii, Blasius filius Petri et Dominicus filius Lorandi de genere Tyak, coram nobis personaliter constituti oraculo vivae vocis confessi exstiterunt eo modo, quod ut quia Michaël filius Johannis de Posafalua, in cunctis ipsorum negotiis prosperis et aduersis expediendis et necessitatibus subferendis multi modis beneficiorum generibus ipsis adhesissent ideo ipsi Magister Franciscus sex fundos curiarum suarum, item Magistri Joannes filius Blasii, Blasius filius Petri et Dominicus filius Lorandi similiter sex fundos curiarum ipsorum in possessione, Kapasfalua vocata, habitas cum omnibus vtilitatibus svis et pertinentiis universis quouis nomine vocitatis annotato Michaëli, cum praemissis beneficiorum generibus tum etiam pro quadraginta marcis denariorum promptorum — — vendidissent et dedissent iure perpetuo irreuocabiliter in filios filiorum in haeredes per haeredes possidere, tenere, pariter et habere, imo vendiderunt et tradiderunt coram nobis testimonio praesentium mediante. Datum in festo beati Colomani Martiris Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimo octauo.

In Papyro exaratum, et sigillo atque impresso munitum Originale possidet Nicolaus Jankovich de Wadas. An. 1842. comparatum.

XC.

Stephanus R. H. Palatinus in congregatione generali prope Gyarmath celebrata exhibitionem instrumentorum prorogat. A. 1388.

Nos Stephanus, regni Hungarie Palatinus, et Judex Comanorum, damus pro memoria, quod instrumentalem exhibitionem, quam Laurentius et Benedictus, fily Petri de Demmyend, ex quibus idem Laurencius pro se personaliter, et pro ipso Benedicto fratre suo cum procuratorys litteris nostris astitit, contra Stephanum, filium Galli de Beren, pro quo Johannes, filius Geregeu, cum procuratorys litteris conuentus ecclesie de Saagh comparuit, iuxta continentiam litterarum nostrarum adiudicatoriarum, super factis in eisdem contentis, in congregacione nostra generali, vniuersitati Nobilium Neugradien. et Hontens. comitatuum, feria secunda, videlicet in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum prope villam Gyarmath per nos celebrata facere tenebantur coram nobis, quia prefatus Laurencius se et dictum Benedictum fratrem suum predicta instrumenta ad prius exhibere non posse referebat, sed exhibicionem eorumdem in terminum vlteriorem eo grauamine, quo de regni consuetudine conueniret, per nos differri postulabat, pro eo ad octauas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturas in curia regia nostri in presencia cum judicio trium marcarum per ipsos in causam attractos deponendo, duximus prorogandum. Datum decimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato. Anno Domini MCCCLXXX. octauo." L. S.

In forma clausa. Superscriptum: Pro Laurentio et Benedicto filys Petri de Demmyend, contra Stephanum filium Galli de Beren super exhibendis instrumentis ad octauas festi beati Michaelis Archangeli in curiam regiam nostram in praesenciam prorogatoria. In charta — correcta, collectionis Titi Fejér.

XCI.

C. Emericus Bubek, Curiae regiae Judex, Nicolaum filium Georgii contra Nicolaum, filium Trepk de Swennye in poena capitis, et amissionis bonorum conuincit, A. 1388.

Nos Comes Emericus Bubek Judex curie Serenissimi et magnifici Principis Dni Sigismundi Dei gracia inclyti regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchionis Brandenburgensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis quod nobis vigesimo quinto die octauarum diei Strenarum proxime preteritarum vna cum regni Nobilibus in sede nostra iudiciaria pro faciendo moderatiuo Judicio causantibus sedentibus Joannes filius Mathie pro magistro Mychaele filio Nicolai filii Trepk de Swennye cum procuratoriis litteris Conuentus ecclesie Symighiensis in nostram veniendo presenciam quasdam litteras nostras Euocatorias ipsi Conuentui Symighiensi directas in anno Dni MCCCLXXXVI-o Bude tricesimo sexto die octauarum festi B. Georgy martyris emanatas nobis presentarat nos informantes quod comite Joanne de Kapla similiter Judice curie regie in octauis festi B. Andree Apostoli in anno Dni MCCCLXXXV. preteritis vna cum regni nobilibus moderatiuo iudicio pro faciendo causantibus in Sede sua iudiciaria sedente predictus magister Michael filius Nicolai filii Trepk prothonotarius magnifici viri Dni Nicolai de Zeech regni hungarie Pa-

latini personaliter ad eiusdem comitis Joannis veniendo presenciam quasdam duas litteras vnam prefati conuentus Symighiensis Euocatoriam et Inquisitoriam et aliam dne nostre Marie regine iudicialem in diuersis terminis in anno dni MCCCLXXXIV. emanatas presentasset declarantes, quod idem magister Michael filius Nicolai fily Trepk dicte dné nostre regine dixisset quod Nicolaus filius Georgy tunc Vicecomes Symeghien. quemdam Jobbagionem Michaëlem nomine qui ab ipso non habita licencia clandestine recessisset et quem Nicolaus de Zala officialis suus a magistro Stephano filio Johannis de Athyna predecessore ipsius Nicolai ipsum vice comitatum prius possidente iuridice reobtinuisset secundum adiudicacionem ipsius Stephani ac iudicum nobilium sibi restitutum potentialiter ab ipso auferendo ad terram castri in villa Gyogh habitam abduxisset et sibi ad suas plurimas iuridicas peticiones restituere noluissent et tandem circa festum B. Margarethe virginis et martyris in dicto anno Dni MCCCLXXXV. quatuor boues jobbagionum suorum duos videlicet Johannis filii Dominici et alios duos videlicet Johannis filii Dominici et alios duos Ladislai in villa sua Lakh residencium potentialiter abstulisset, nec non viginti quinque capecias frugum videlicet siliginis et auene eiusdem Johannis fily Dominici similiter vi abstulisset omni sine causa et cum ipse dictum Nicolaum filium Georgy de Kispand in presencia iudicis curie regie super premissis hic in curia regia facie ad faciem citando in causam attraxisset idemque iudex curie regie sibi ex parte dicti Nicolai iudicium et iusticiam facere voluisset mox ydem Nicolaus a facie iuris se absentando in presenciam iudicis curie regie amplius non venisset et hoc exhibitione litterarum dicti

iudicis curie regie comprobasset coram reginali maiestate super quo eadem Domina nostra regina fidelitati dicti conuentus Simighiensis firmiter precipiendo mandasset quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum quo presente homo suus reginalis infra declarandus euocaret prefatum Nicolaum filium Gèorgy de Kisband contra prefatum magistrum Michaelem ad quindenas festi omnium sanctorum tunc venturas sine crastinacione in suam reginalem presenciam rationem de premissis redditurum et post hoc ipsius euocationis seriem cum nomine euocati ad easdem quindenas festi omnium Sanctorum sibi fideliter rescriberet conuentus Symighiensis prenotatus ipse igitur conuentus preceptis reginalibus obtemperando vt tenetur vna cum Georgio filio Pethew de Korothna homine reginali ipsorum hominem videlicet fratrem Johannem Sacerdotem ad infrascriptam euocationem faciendam pro testimonio ipsorum duxisset transmittendum qui demum exinde ad ipsum conuentum reuersi eidem retulissent quod ipsi feria quarta videlicet in festo omnium sanctorum in dicto anno Dni MCCCLXXXIV. preterito Nicolaum filium Georgy de Kysband in eadem contra annotatum magistrum Michaelem ad dictas quindenas festi omnium Sanctorum sine crastinatione in reginalem presenciam euocassent racionem de premissis redditurum ad quas quidem quindenas festi omnium Sanctorum prefatus Nicolaus filius Georgy per annotatum magistrum Michaelem actorem congruis diebus ipsarum quindenarum coram eadem Domina nostra regina expectatus eiusdem in presenciam non venisset nec misisset se mediantibus litteris eiusdem iudicialibus in iudicys agrauari permittendo quibus quidem litteris exhibitis prefatus magister Michael

actor sibi ex parte dicti Nicolai per ipsum comitem Johannem in premissis iuris equitatem petiuisset impertiri vnde quia consuetudo regni eundem Nicolaum filium Georgy de Kysband ad premissa contra annotatum magistrum Michaelem vice secundaria euocandum fore dictasset pro eo idem comes Johannes amicitiam dicti conuentus Symighiensis litteratorie petiisset diligenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum quo presente homo regius infra declarandus prefatum Nicolaum filium Georgy de Kysband super premissis peremptorie responsurum rationemque efficacem redditurum contra annotatum magistrum Michaelem reginalem euocaret in presenciam ad terminum competentem et post hec ipsius euocationis seriem cum nomine euocati et termino assignato dicte Domine nostre regine fideliter rescriberet conuentus Symighiensis prenotatus et cum causa partium prescripta partes inter easdem ad quindenas diei Dominice proxime ante festum conuersionis B. Pauli Apostoli in dicto anno dni MCCCLXXXVI. preteritum a termino videlicet ad quem ipsa euocatio facta extititisset interim dicto honore iudicatus curie regie ab eodem comite Johanne ablato et eodem nobis dato iuxta series litterarum nostrarum prorogatoriarum ad octauas festi B. Georgii martyris tunc venturas deuenta exstitisset, tandem ipsis octauis instantibus Joannes filius Mathie pro dicto magistro Michaele cum procuratoriis literis Palatinalibus ad nostram veniens presenciam litteras sepedicti Conuentus Symighiensis super ipsa Euocatione Dne nostre regine rescriptionales nobis presentasset in quibus per Georgium filium Petheo de Korothna reginalem et fratrem Mathiam ipsius Conuentus homines die Dominica proxima an-

te dictum festum conuersionis B. Pauli Apostoli prefatum Nicolaum filium Georgy de Kysband in eadem contra annotatum magistum Michaelem ad premissa ad dictas quindenas reginalem in presenciam euocatum fuisse comperissemus manifeste ad quas tandem octauas festi B. Georgy martyris prefatus Nicolaus filius Georgy per annotatum procuratorem dicti magistri Michaelis in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octauarum coram nobis expectatus nostram in presenciam non venisset neque misisset se mediantibus litteris nostris iudicialibus in iudicio aggrauari permittendo postulans prefatus procurator dicti magistri Michaelis eidem ex parte dicti Nicolai filii Georgii — ad premissa vice terciaria evocandum fore dictasset pro eo amicitiam prenominati conuentus Symighiensis litteratorie petiuissemus diligenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonionio fide dignum quo presente homo reginalis prefatum Nicolaum filium Georgy de Kysband super premissis peremptorie responsurum rationemque efficacem redditurum ac de dictis iudicys in toto sex marcas facientibus nobis et parti aduerse satisfacturum contra annotatum magistrum Michaelem ad octauas festi B. Jacobi apostoli tunc venturas reginalem euocaret in presenciam et post hoc ipsius euocationis seriem cum nomine euocati ad easdem octauas dicte Domine nostre regine fideliter rescriberet conuentus prenotatus quibus quidem litteris exhibitis prefatus procurator dicti magistri Michaelis eidem in premissis per nos iudicium et iusticiam petiuit impertiri et quia consuetudo regni ipsum ad premissa vice tertiaria e conuerso eo quod supradicta tertia euocatio pro tunc quibusdam negocys dicti magistri Michaeli fieri non potuisset euocari debere dictarat pro eo

amicitiam sepefati conuentus Symighiensis litteratorie petieramus diligenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum quo presente homo regius infra declarandus Nicolaum filium Georgy de Kysband super premissis peremptorie responsurum rationemque efficacem redditurum ac de dictis iudiciis in toto sex marcas facientibus nobis et parti aduerse satisfacturum contra annotatum magistrum Michaelem ad octauas diei medii quadragesime tunc venturas regiam euocaret in presenciam et post hec ipsius euocationis seriem cum nomine euocati ad easdem octauas Domino nostro regi fideliter rescriberet conuentus Symighiensis prenotatus, tandem ipsis octauis instantibus Johannes filius Mathie pro dicto magistro Michaele cum procuratorys litteris sepedicti conuentus Symighiensis in nostram veniens presentiam litteras eiusdem conuentus Simighiensis super ipsa euocatione Domino nostro regi rescriptionales nobis presentarat in quibus per Georgium filium Petheo de Korothna regium et fratrem Laurentium sacerdotem ipsius conuentus homines in Dominica oculi proxime preterita predictum Nicolaum filium Georgy in dicta possessione Kysband vocata contra annotatum magistrum Michaelem ad premissa ad dictas octauas regiam in presenciam euocatum fore compereramus manifeste ad quas quidem octauas diei medii quadragesime prefatus Nicolaus filius Georgy per dictum procuratorem dicti Magistri Michaelis in persona eiusdem congruis diebus ipsarum octauarum coram nobis exspectatus nostram in presenciam non venerat neque miserat nec iudicia sex marcarum nobis et parti aduerse persoluere debens persoluerat se pro sua non venientia in iudicio consueto et pro non solutione dictorum iudicio-

rum in dupplo eorundem mediantibus litteris nostris iudicialibus aggrauari permittendo postulans prefatus procurator dicti magistri Michaelis eidem ex parte annotati Nicolai per nos in praemissis iuris equitatem elargiri et quia euocationes consultiuas talibus in processibus iuxta regni consuetudinem legitime factas trine forenses sequi debent proclamationes pro eo amicitiam preaccepti conuentus Symighiensis litteratorie petieramus diligenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum quo presente homo regius infra declarandus prememoratum Nicolaum filium Georgy de Kysband super premissis peremtorie responsurum rationemque efficacem redditurum ac de dictis iudicys in ipsum modo quosupra aggrauatis nobis et parti aduerse satisfacturum contra annotatum magistrum Michaelem ad octauum diem octauarum festi B. Georgii martyris tunc venturum in tribus foris comprouincialibus publice et manifeste regiam in presenciam faceret proclamari insinuando ibidem vt si veniret et de premissis peremtorie responderet ac de dictis iudicys in toto quindecim marcas facientibus nobis et parti aduerse satisfaceret bene quidem alioquin non obstante ipsius absencia et rebellione finem debitum et indilatum faceremus causa in premissa prout iuri videretur expedire et post hoc ipsius trine forensis proclamationis seriem cum nomine proclamati ad eumdem octauarum diem dicto Domino nostro regi fideliter rescriberet conuentus Symeghiensis prenotatus tandem ipso octauo die octauarum festi B. Georgy martyris occurrente prefatus Joannes filius Mathie pro ipso magistro Michaele cum procuratoriis litteris dicti conuentus in nostram veniendo presenciam litteras sepedicti conuentus super ipsa trina forensi procla-

matione Dno nostro regi rescriptionales nobis presentauit in quibus per Georgium filium Petheo de Korothna regium et fratrem Johanem sacerdotem ipsius conuentus homines prefatum Nicolaum filium Georgy de Kysband primo Sabbatho proximo ante octauas festi Pasche dni proxime preteritas in Irugh in sequenti die videlicet in eisdem octauis in Zakch tertio autem et vltimo feria secunda proxima post easdem octauas in villa Kopan tribus videlicet foris comprouincialibus vllis in eisdem celebratis ad premissa contra annotatum magistrum Michaelem ad predictum octauum diem dictarum octauarum regiam in presenciam publice et manifeste proclamatum fore comperimus manifeste ad quas quidem octauas diei octauarum festi B. Georgy martyris prenotatas Nicolaus filius Georgy prefatum Joannem filium Mathie legitimum procuratorem dicti magistri Michaelis in persona eiusdem congruis diebus ipsius octaui diei octauarum festi B. Georgii martyris coram nobis exspectatus nostram in presenciam non venit neque misit nec persoluit iudicia prenotata postulans prefatus procurator ipsius magistri Michaelis in persona eiusdem ex parte dicti Nicolai per nos in premissis iuris medelam impertiri verum quia prefati regius et annotati Conuentus homines ad mandatum regium transmissi — — prefatus Nicolaus filius Georgy eo tempore quo ipse Vicecomes comitatus Symighiensis exstitisset quemdam iobbagionem dicti magistri Michaelis Michaelem nomine qui ab ipso non habita licentia clandestine recessisset et quem Nicolaus de Zala officialis suus a magistro Stephano filio Joannis de Athyna predecessore ipsius Nicolai vice comitatum prius possidente iuridice reobtinuisset secundum adiudicotoriam ipsius Stephani ac iudicum no-

bilium restitutum potentialiter ab ipso auferrendo ad terram castri in villa Gyogh habitam abduxerit et sibi ad suas iuridicas peticiones restituere noluerit et tandem circa predictum festum B. Margarethe virginis et martyris quatuor boues iobbagionum — — Lakch residentium potentialiter abstulerit nec non viginti quinque capetias frugum videlicet siliginis et auene eiusdem Joannis filii Dominici similiter vi omni sine causa abstulerit, non restituisse et tandem ipse Nicolaus filius Georgii primo ad premissa tribus vicibus euocatus et tandem — — terminos sibi iuridice assignatos venire vel mittere non curasse sed se in sue culpabilitatis manifestum indicium a facie iuris absentasse ex premissis omnibus agnoscebamus pro eo Baronum et regni nobilium nobiscum in iudicio sedencium inducti consilio — — — ne aly ab eo exemplati ad similia se perpetranda apponere presummant sed potius pena eius alios quoslibet a tali presumtuositatis audacia retrahat et restringat eundem Nicolaum contra ipsum magistrum Michaelem in sententia capitali et ex eo in amissione — — — duabus partibus nostris in tertia parte ipsius partis aduerse manibus redimendarum et applicandarum conuictum fore decreuimus auctoritate nostra iudiciaria mediante, in cuius rei testimonium presentes — magistro Michaeli concessimus litteras nostras pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum — — — Georgy martyris predictarum. Anno Domini M-mo CCC-mo LXXX-mo octauo. (L. S. pendentis).

E membrana originali Collectionis Nicolai Jankovich loco sigilli pendentis rupta.

XCII.

Nicolaus de Kanisa Mr. Tauernicorum regal. Judices de Kürmend, in poena capitis, ac bonorum amissionis similiter conuincit. A. 1388.

os Nicolaus filius Johannis de Kanisa magister tavarnicorum Serenissimi et magnifici Principis Dni Sigismundi Dei gracia inclyti regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Domino Nicolao Zambo pridem similiter magistro tauarnicorum regalium in octavis festi Epiphaniarum Domini in anno proxime transacto preteritis una cum regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede sua iudiciaria sedente magister Mychael filius Nicolai de Egurvar pro magistro Johanne canonico ecclesie Castriferrei Damiano Stephano et Jacobo filys Stephani de Seccheud cum procuratorys litteris capituli ecclesie Castriferrei predicte in eiusdem Domini Nicolai Zambo veniendo presenciam quasdam litteras eiusdem evocatorias ipsi Capitulo ecclesie Castriferrei directas eidem Domino Nicolao Zambo presentasset declarantes, quod ipso Domino Nicolao Zambo in Die Cinerum in anno Domini Millesimo CCC. LXXX. sexto praeterito una cum regni nobilibus in Sede sua judiciaria pro faciendo causantibus iudicio moderativo sedente causasque coram ipso vertentes iusto iuris tramite dimetiente inter alios causantes magister Joannes concanonicus predicte ecclesie Castriferrei ac Damianus fily Stephani de Zecheud pro se personaliter, ac pro Stephano et Jacobo fratribus eorum uterinis cum procuratorys litteris predicti capituli ecclesie Castriferrei ipsius Domini Nicolai Zambo iudiciarium ad-

euntes conspectum quasdam sex litteras tres sepedicti Capituli ecclesie Castriferrei evocatorias duas earum Serenissime Principis Domine Marie ad suum litteratorium mandatum et tertiam ad amicabilem petitionem prefati Domini Nicolai Zambo rescriptas tenoresque earundem litterarum regalium ac ipsius Domini Nicolai Zambo sepenominato capitulo ecclesie Castriferrei directarum verbaliter in se habentes ac similiter tres iudiciarias unam comitis Thome de Sancto Georgio pridem iudicis curie regie aliam predicte Domine Marie regine et tertiam prefati Domini Nicolai Zambo asserentes ipsorum ac dictorum fratrum eorum actionem litteris contineri in eisdem prefato Dno Nicolao Zambo presentasset declarantes inter cetera, quod prefatus Damianus sua et dictorum fratrum suorum in personis reginali dixisset maiestati quod Joannes iudex, Nicolaus olim iudex filius Andree Laurentius condam iudex Jacobus filius Henphlini et Stephanus dictus Chenkul cives et hospites de Kurmend feria quarta proxima ante festum Inventionis sacre crucis in anno proxime tunc elapso praeteritum duos jobbagiones ipsorum Andream et Eliam nominatos in facie dicte possessionis ipsorum Zeecheud propria ipsorum potentia et auctoritate captivando in dictam civitatem Kurmend, duxissent in suis vinculis conservando in ipsorum preiudicium valde magnum super quo eadem reginalis maiestas fidelitati dicti capituli eccl. Castriferrei firmiter precepisset quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo reginalis subintelligendus ab omnibus quibus incumberet meram de premissis experiretur veritatem conpertaque premissarum veritate evocet prefatos iudicem Johannem Jacobum Nicolaum Lauren-

tium condam Judices et Stephanum contra annotatos filios Stephani in reginalem presenciam ad terminum competentem rationem de premissis reddituros efficacem et post hec ipsius evocationis seriem cum nominibus evocatorum et termino assignato regie fideliter rescriberet maiestati capitulum Castriferrei prenotatum ipsum igitur capitulum reginalibus preceptis obediens ut tenetur una cum Jacobo filio Nicolai de Hallas homine reginali ipsorum hominem magistrum Paulum socium et concanonicum ipsorum ad premissa peragenda pro testimonio transmisissent qui tandem ad ipsum reversi eidem concorditer retulissent quod ipsi feria sexta proxima ante festum BB. Viti et Modesti martyrum in dicto anno preteritum comperta de premissis pura mera et omnimoda veritate a quibus decuisset et licuisset diligenti, et conscientiosa inquisitione palam et occulte facta annotatos iudicem Johannem Laurencium Jacobum et Stephanum ac Nicolam de dicta Kurmend, contra prefatos filios Stephani de Zeecheud ad octavas festi Nativitatis B. Joannis Bapt. tunc proxime venturas reginalem evocassent in presenciam rationem de premissis reddituros efficacem, qui quidem iudex et cives ad ipsas octavas S. Joannis per Jacobum filium Sandor, pro predictis actoribus cum procuratorys litteris dicti capituli Castriferrei ab eisdem octavis viginti sex diebus coram ipso comite Thoma exspectati in eiusdem presenciam non venissent neque misissent se in iudicio gravari permittendo cumque autem prenotatus iudex et cives super premissis peremptorie responsuri racionemque efficacem reddituri contra prefatos filios Stephani de Zeecheud per eundem Jacobum de Hallas regium et magistrum Paulum canonicum sepedicti capituli homines feria

sexta proxima post festum assumptionis B. M. V. proxime tunc preteritum in eadem Kurmend ad quindenas octavarum festi sancte Marie ipsam reginalem in presenciam evocati fuissent, idem ad ipsas quidem per Egidium filium David pro ipsis actoribus cum procuratorys litteris dicti capituli Castriferrei ab eisdem quindenis viginti tribus diebus coram reginali clementia vacante honore magistratus tauarnicorum regalium legitime evocati in eiusdem presenciam vice simili non venissent neque misissent, se similiter iudiciorum oneribus aggravari permittendo tertia die itaque iam dicti iudex et cives in prefata Kurmend ad premissa per Paulum filium Ladislai de Zeecheud regium et Dominum Nicolaum presbiterum prenotati capituli ecclesie Castriferrei homines in festo B. Dionysi martyris proxime tunc preterito contra predictos filios Stephani ad diem quindenarum eiusdem festi S. Dionysy in eiusdem Domini Nicolai Zambo presenciam evocati per Paulum filium Weke de Hasagh pro eisdem filys Stephani, cum procuratorys litteris predicti capituli Castriferrei ab eisdem quindenis viginti sex diebus continuis legitime coram ipso Domino Nicolao Zambo exspectati venire vel mittere recusantes se amplorum iudiciorum gravaminibus commisissent innodari quibus quidem litteris exhibitis et revisis preallegati fily Stephani eis et dictis fratribus eorum super pretactis ex parte antelatorum iudicis et civium iuris equitatem per prefatum Dominum Nicolaum Zambo petivissent impertiri et quia consvetudine regni requirente prefati iudex et cives de dicta Kurmend ad premissa adhuc in tribus foris comprovincialibus in suum iudiciarium examen proclamandi debere visi fuissent, pro eo idem Dominus Nico-

laus Zambo amicitiam prefati capituli Castriferrei litteratorie petivisset diligenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo suus infra declarandus memoratum Joannem iudicem Nicolaum filium Andree Laurencium condam iudicem Jacobum filium Tenflini et Stephanum dictum Chenkul super premissis peremtorie responsuros rationemque efficacem reddituros de dictisque iudiciis in eos aggravatis ipsi Domino Nicolao Zambo et partibus adversis satisfacturos ad quindenas octavarum festi Pasche Domini tunc venturas in tribus foris comprovincialibus suam in presenciam contra iam dictos filios Stephani publice et manifeste faceret proclamari insinuando ibidem ut si venirent et se de premissis bono modo emendarent de predictisque iudicys in quibus modo supra fuissent convicti in toto centum et octuaginta marcas facientibus ipsi Domino Nicolao Zambo et partibus adversis satisfacerent bene quidem alioquin non obstante ipsorum absencia et rebellione idem Dominus Nicolaus Zambo finem faceret in premissis ut dictaret ordo iuris et post hec ipsam trine forensis proclamationis seriem ut fieret expediens ad easdem quindenas, sibi amicabiliter rescriberet capitulum ecclesie Castriferrei supradictum denique ipsis quindenis octavarum festi Pasche Domini adherentibus medioque tempore eodem Domino Nicolao Zambo ab ipso honore magistratus tauernicorum regalium deposito et eodem honore pro regia clemencia nobis dato Michael Litteratus de Egurvar pro annotatis magistro Johanne canonico ac Damiano Stephano et Jacobo filys Stephani cum procuratorys litteris sepedicti capituli Castriferrei in nostram veniendo presenciam litteris eiusdem capituli Castriferrei super

premissa trina forensi proclamacione rescriptas nobis presentavit in quibus per Stephanum de Seunye regium et Nicolaum presbyterum Cori ipsius capituli homines feria secunda proxima post Dominicam Letare in castro ferreo et feria quinta sequenti in villa Kovach nec non Sabbatho similiter sequenti in Sarvar, tribus scilicet foris conprovincialibus et terminis post se se tunc consequentibus preteritis prelibatos Joannem iudicem Nicolaum filium Andree Laurencium condam iudicem Jacobum filium Templini et Stephanum filium Chenkul super premissis peremtorie responsuros rationemque efficacem reddituros de dictisque iudicys iudici et partibus adversis satisfacturos contra iam dictos magistrum Johannem et suos fratres ad prefixas quindenas octavarum festi Pasche Domini in presenciam regiam proclamatos exstitisse comperimus seriose ad quas quidem quindenas idem Joannes iudex Nicolaus Laurentius Jacobus et Stephanus per annotatum procuratorem ipsorum filiorum Stephani congruis diebus quindenarum earundem coram nobis legitime expectati nostram in presenciam venire vel mittere recusarunt, sed se serie litterarum nostrarum iudiciariarum honeribus debitis aggravari premiserunt, annotatus procurator predictorum filiorum Stephani eisdem in premissis ex parte iam dictorum iudicis ex civium iuris equitatem per nos petivit elargiri verum quia prelibatus Joannes iudex Nicolaus filius Andre Laurencius condam iudex Jacobus filius Templini et Stephanus dictus Chenkul, super premissis eorum potentiarys actibus duabus vicibus annotate Domine nostre Marie regine tertio vero annotati Domini Nicolai Zambo in presentiam ad terminos supradictos

eis per ipsorum ordinarios indices legitime assignatos evocati quartoque, et ultimo contumacia eorum requirente ad prefixas quindenas octavarum festi Paschae Domini in tribus foris comprovincialibus publice proclamati ad nullum predictorum quatuor terminorum ipsis iudicialiter deputatorum in ipsorum ordinariorum iudicum presentias venire vel mittere non curarunt et curant, sed se in quolibet dictorum quatuor terminorum in iudicys aggravari permittendo in eorum culpabilitatis indicium in facie iuris et iusticie penitus absentarunt pro eo Baronum et regni Procerum tribunal iudiciarium nobiscum considencium assumto consilio prematuro nolentes ipsorum Joannis iudicis Nicolai fily Andree Stephani dicti Chenkul et Jacobi fily Templini: huiusmodi potentiarios et presumtuosos actus simpliciter et impune pertransire ne ipsorum impunitas preberi possit in exemplum sed potius pena ipsorum quoslibet alios a tante presumtuositatis audacia retrahat et obstupescat, quia dum talium excessus diligenter corrigitur alys delinquendi via resecatur eosdem Joannem iudicem Nicolaum filium Andree Stephanum dictum Chenkul Laurencium iudicem et Jacobum filium Templini pro premissis ipsorum potenciarys actibus in facto potentie ex eoque in sententia capitali, et amissione omnium proprietatum ac rerum et bonorum ipsorum ipsos solos ubique in regno pro se contingencium in duabus partibus nostris iudiciarys in tertia vero parte parcium adversarum manibus redundandarum, et deveniendorum nostra iudiciaria auctoritate decrevimus et commisimus convictos exstitisse. Datum in Wissegrad tricesimo quarto die quindenarum festi Pasche Domini prenotatarum An-

no Domini Millesimo CCC. LXXX. octauo. (L. S. e zona rubra contorta serici pendentis).

E membrana originali Collect. Nic. Jankovich.

XCII.

Paulus Comes de Frakno certam sessionem in pignus locat. A. 1388.

Ich Graf Paul ze dem vorchtenstain und all mein erben wir vergehen offenleich mit dem Brief und tun chunt allen leuten gegenburtigen und chunftigen daz wir recht und redleich versatzt haben unsers rechten aygens ein ganzlechen zepetschnarn, als es jezund leit mit aller zuegehorung zewelt oder zedorf gestift oder ungestift wezucht oder unbezucht wie so dasz genant ist aus genomen des traydes dasz iezund darauf ist und ist gelegen oberhalb der pierpaumin da derweil ist auf gesetzen Niclas mainhart umb achzehen Pfunt Wünner Pfenning dem erberncbnecht hanssen dem Linzer Fraun Ursula seiner Hausfraun und irn beiden erben oder wer uns mit dem brief an ür stat ernant Und alle deweil, und wir in de egen achzehn pfunt Wünner pfenning nicht geben so Schullen seu de genanten satz mit aller zugehorung so vorwenant ist nutzen und niezzen, als in daz aller pest fuegt. War aber daz wir denegenanten satz ledigen und losen wolten umb die vorgenannten achzehen pfunt pfenning so Schulle seu den nutz dar ab nemen der des Jars, davor gewelt wolten seu aber den genanten satz nicht lenger inn haben, so Schullen seu uns den egen satz an pieten virzehn tag vor losth wir in dan nicht so haben si vollen gewalt und Recht mit unserm guetleichen willen de egenanten satz für bas zewer setzen und de egenanten achzehen pfunt Wünner pfennig wem sie wellen an alle irrung. Und durch bessern si-

cherheit so setz ich mich Obgenanter Graf Paul und meine erben dem egenanten Hansen dem Linzer Fraun Ursula sein Hausfraun und irren peiden erben ze rechten Scherm und gewern genzleich fur all Ansprach als satz recht und gewonheit ist in Ungarn ging, ir aber an dem egen satz icht aber ob seu mit recht icht Chrieg an spruch ürung oder wechumernizz daran gewunnen von wem daz war daz Schulle wir in alles aus richten, und aufrichtig machen an all ir mue und an all irn Schaden nemen se aber des icht Schaden nutzerung mit nach reisen wie der Schad genant ist den hier ains pey seinen treuen gesprechen mag ungeschworen und an all ander Webarung demselben Schaden Schulle wir in allen ablegen und wider chern gar und ganz. Tat wir aber des nicht wan se uns dan manent so Schulle wir des nasten tags nath der manung an alle wider red einen erben Chnecht mit zwain pferten m. de Neunstat senden in ein offen gasthaus va si uns hinzeigent, und Scholdo im ligen und laisten als inligennt, und laistent recht ist und schol da nicht aus chomen an irn gutleichn willen oder se werden dann vor verricht und gewert der egenanten Schaden für gar und gantz wär aber der wir in de laistung verzugen oder ze lang laisten wolten daz se des verdrus so habent si vollen gewalt und recht unser Holden unser gut darumb auf zchalen zenotten zepfenttn in steten, in Berchten, oder auf dem lant inner lants oder ausser lants wo oder wie in des stat werden mag als vil und als lang untz daz si di egenanten scheden vericht und gewert werdent gar und daz luben wir in alles ze laisten mit unsern treun an als gewert und Schullen auch seu deg dennoch habn auf uns und unsern erbn unerschayden-

leich und auf allen dem gut daz wir haben in Osterreich in Steyr in Ungern oder wo wir daz haben es sey erbgut oder warumd gut wie so daz genant oder wo es gelegen ist wir sein lebendig oder tod und daz de red und de wandlung fur bas also stet und unzerbrochen weleib dar uber so geben wir in den brief zu einen offen warn urchund der sach versigelten mit mein obgenants graf paul en anhangunden Insigil des sind gezeugen durch unser fleissign pet willen, dy erben Hanns von der wort un Meinhart von zilgental mit irn anhangunden Insigeln in an schaden, der brief ist geben nach Christi gepurd dreuzehen hundert Jar darnach in dem acht und achtzkisten iar des montags vor des heyligen herren sand Waits tag.

Originale autographum membranaceum tribus sigillis cereis varii coloris, e membrana dependentibus munitum asservat Nic. Jankovich de W. 1842.

XCIV.

C. Emericus Bubek, Judex Curiae regiae, Literas regis Ludovici super terra Boor A. 1378. *editas, pro Josepho Procuratore transcribit. A.* 1388.

Nos Comes Emericus Bubek, Judex Curiae Serenissimi ac Magnifici Principis Domini Sigismundi, Dei gratia, Inclyti regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. vti et Marchionis Brandenburgen. etc. Memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit vniuersis: Quod cum in causa inter honorabile Capitulum Ecclesiae Albensis, vt agens ab vna, pro quo Dominus Nicolaus Canonicus et Decanus eiusdem Ecclesiae cum procuratorys Litteris, coram nobis astabat, et inter religiosas Dominas Sanctimoniles de Insula leporum, velut in causam attractus, parte ab altera pro quibus

Frater Petrus Conuersus cum procuratorys litteris earumdem adhaerebat in facto contradictionis metarum erectionis possessionis Boor, mediantibus Litteris nostris prorogatorys, in praesentibus Octauis Festi Beati Georgy Martyris coram nobis habita, quasdam literas priuilegiales Domini Lodouici, pridem regis Hungariae accolendae memoriae, praefatus Procurator ipsius Capituli aduersus ipsas Dominas Sanctimoniales coram nobis produxisset; mox Isyph, filius Dionysy de Sancto Saluatore, in nostram accedens praesentiam asseruit eo modo, quod ipse tenores dictarum literarum nimium indigeret; petens nos cum instantia, vt tenores earumdem literis nostris priuilegialibus inseri et transumi facientes, Sibi dare dignaremur; quarum tenor is est: Lodouicus, Dei gratia (V. supra ad an. 1378.) Nos igitur petitioni praefati Isiph acquiescentes, tenores praescriptarum Literarum priuilegialium praesentibus litteris nostris priuilegialibus de verbo ad verbum transcribi et transumi facientes ipsi Isiph duximus concedendas. Datum in Visegrad tricesimo secundo die octauarum Festi S. Georgy praedictarum. Anno Domini MCCC. Octuagesimo Octauo."

E transumto originali Comitis Stephani Bator Judicis Curiae anno 1478. emanato.

XCV.

Eiusdem adiudicatoriae pro parte Nobilium de Kata. A. 1388.

Adiudicatoriae pro parte Mathiae, Simonis, Valentini et aliorum Nobilium de Kata, duarum sessionum, vnius Dobran vocatae, ipsius Mathiae, ac Nicolai, fily Petri, fratris eiusdem Mathiae; alterius, intra limites dictae possessionis Kata existentis, ipsorum Mathiae, Simonis et Valentini ac aliorum

Nobilium de dicta Katha cum omnibus earum appertinentiis, quas Zarandinenses occupauerunt. Anno MCCCLXXXVIII.

E processu tabulari Josephi Takian contra Lasarum et Balthasarem Rumy Anno 1747. 19. Apr. leuato.

XCVI.

Monasterii montis Pannoniae super introductione Abbatis de Tata relatoriae.

Monasterii S. Martini de Abbate SS. Petri ac Pauli Apostolorum de Tata, nomine Petro, in possessiones Alsó et Felsőfalu ad Ciuitatem Tata introducto, ad Sigismundum R. H. relatoriae. Anno M. CCCLXXXVIII."

E MSS. Heuenesianis tomo B. p. 362.

XCVII.

Petrus, filius Stephani de Harka se siluam suam Egred Ciuitati Sopron. donasse coram Capitulo Jaurinen. fatetur. A. 1389.

Capituli Ecclesiae Jaurien, literae priuilegialis series verbalis declarabat: Quod videlicet Petrus, filius Stephani de Harka, et Stephanus, filius suus, de Comitatu Soponien. in suis ac Philippi, infantis fily eiusdem Petri, cuiusque onus super se assumen. coram eodem Capitulo constituti, confessi fuissent hunc in modum: quomodo ipse syluam Egred vocatam, iuxta metas, Ciuitatis Sopronien. a parte meridionali adiacentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinentys ad eandem syluam pertinentibns, Judici et vniuersis Ciuibus et toti communitati dictae Ciuitatis Sopronien. sub vinculis et obligaminibus in eisdem literis expressatis, dedissent, donassent et tradidissent iure perennali pos-

sidendam, tenendam et habendam. In anno Domini MCCCLXXXIX.

E transumpto regis Mathiae anno 1474. emanato. Kaprinay MSS. sub C. nro VII.

XCVIII.

Magistratus Ciuicus Posoniensis super vinea et horto Jacobo Venturini in censum datis, testimoniales elargitur. A. 1388.

Nos Paulus Spüger Judex et Jurati Ciues ciuitatis Posoniensis. Memoriae commendamus significantes tenore praesentium quibus expedit vniuersis: Quod ad nostram personaliter accedentes praesentiam prouidus vir Jacobus Venturini, de Satto, ciuis nobis coniuratus- per eundem Jacobum fassum extitit, et relatum ministerio viuae vocis, eo modo: Quod ipse ratione vnius particulae terrae, per venerabilem Dominum, Dominum Laurentium Ecclesiae Sancti Martini alias Sancti Saluatoris, in Posonio, Praepositum, de fauore, consilio et consensu Capituli Ecclesiae Posoniensis, ipsi Jacobo et suis heredibus vniuersisque eiusdem particulae terrae possessoribus perpetuo datae et collatae, nec non in horto Curiae praeposituralis Posoniensis in angulo ex opposito fontis situatae, domumque eiusdem Jacobi et muros suos tangenti, prout in litteris praefati Domini Laurentii Praepositi plenius continetur, eidem Domino Laurentio Praeposito et suis successoribus pro recompensa vnam libram denariorum datiuorum seu currentium in dicto Posonio, seruitiorum seu reddituum perpetuorum perpetuo dedisset contulisset, et donasset, imo dedit, contulit, et donauit coram nobis; ita, quod antedictus Jacobus Venturini et sui heredes, seu infrascriptae vineae possessores eandem vnam libram denerariorum seruitiorum

et redditüum perpetuorum de vinea libera eiusdem Jacobi Venturini, Narg nuncupatae, ac in territorio Ciuitatis Posonien. praedictae, in vicinitate Prudentis Joannis Hailer etiam Narg nuncupatae, ab vna, parte vero ex alia, penes partem vineae Dominae Catharinae relictae condam Henrici Girstemprein, similiter Narg vocatae existentis et habita, praefato Domino Laurentio Praeposito et suis haeredibus, annis singulis in tribus terminis sese immediate subsequentibus more Ciuitatis Posoniensis praedictae videlicet Sancti Michaëlis Archangeli, Natiuitatis Christi, et Beati Georgii Martyris, et in singulo terminorum eorumdem singulos octuaginta denarios perpetuis temporibus deseruire debeant atque teneantur. Tali etiam vinculo mediante: quod si praeattactus Jacobus Venturini, aut sui haeredes, seu praedictae Vineae possessores praedictam vnam libram denariorum, seruitiorum seu redditüum perpetuorum memorato Domino Laurentio Praeposito, aut suis successoribus in praeattactis deputatis debitis, ac veris terminis non deseruirent seu deseruire non curarent; extunc idem Dominus Laurentius Praepositus aut sui successores super praescriptam vineam Narg vocatam, quod in vulgari Teutonicorum Rutgen dicitur, pro seruitiis ipsis non deseruitis secundum iustitiam et consuetudinem praedictae Ciuitatis Posoniensis plenam et omnimodam habebunt facultatem. In cuius memoriam firmitatemque perpetuam sigillum nostrum ad instantem supplicationem sepedicti Jacobi Venturini praesentibus est appensum. Datum Posonii in festo beatorum Viti et Modesti Martyrum. Anno Domini Millesimo tercentesimo octuagesimo octauo.“ L. S. pend.

Ex originali archiui Ciuici Poson. Coll. Alex. Gyurikovics.

XCIX.

Statuta Ciuitatis Segniensis, iussu Dominorum suorum Comitum Vegliae edita. A. 1388.

In Nomine indiuiduae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Currentibus anno Millesimo tercentesimo octoagesimo octauo, die quinta mensis May. Dominorum proprium est, sollicite inuigilare et totis viribus insinuare, vt Ciues et subditi eorumdem auxilio iuste regantur et sub aequitate et regula gubernentur, sic que bona in tranquilla pace remaneant, et mali eorum demeritis exigentibus, debitam poenam patiantur et luant. Huc accedit, quod magnifici et potentes Domini, Domini nostri, Domini Stephanus et Joannes Fratres et filii quondam felicis recordationis Domini Comitis Bartholomaei, Comites Veglae, Modrusiae, Gezdrae ac Vinodoli, nec non Segniae, Domini naturales, praedictis sollicite intendentes, et Ciuitati eorum Segniae modum et ordinem per formam statutorum et bonarum consuetudinem dare cupientes, mediantibus generosis viris, Domino Thoma de Ripa, Vicario Segniae, Domino Laurentio de Corbauia, Domino Joanne de Vegla, Domino Paulo itidem de Vegla, militibus et Duymo, quondam Domini Stephani militis videlicet Veglae, fidelibus Seruitoribus dictorum Dominorum, ad infra scripta specialiter deputatis et destinatis, conuocatis et ad sonum campanae more solito congregatis, Rectoribus, Consiliariis, et viris fide dignis Ciuitatis Segniae, habita diligenti et sollicita deliberatione, circa bonam constitutionem, modum et ordinem dictae Ciuitatis Segniae perpetuo obseruandam, iussu et mandato dictorum Dominorum, pro bono statu ciuium et forensium, et quorumcunque aliorum Segniae resi-

dentium, et reclinantium quoquomodo, statuerunt et ordinauerunt (Sequuntur articuli copiosi).

E transumto Confirmatorio Mathiae regis anno 1478, festo Diuisionis Apostolorum emanata.

Anno 1389.

C.

Sigismundus R. H. quaestiones in causa donationum monasterio B. Mariae de Veteri Buda monialibus factarum iuri suo reseruat. A. 1389.

Sigismundus Dei gracia Rex Hungariae, Dalmacie, Croac. etc. ac Marchio Brandenburgen. etc. fidelibus suis Magnificis Viris, Dominis Palatino et Judici Curie nostre, eorumque vices in Judicatu gerentibus, aliis eciam cunctis regni sui Judicibus et Justitiarys ecclesiasticis vtputa et secularibus quibus presentes ostenduntur Salutem et graciam. Cum monasterium Sanctimonialium beate marie virginis in veteribuda Wesprimiensis dioeces., clare memorie Illustrissimos Principes, dominum Lodouicum Regem et Elisabeth reginam iuniorem ipsius, patrem et matrem nostros carissimos, sit fundatum, edificatum et dotatum, et efficiente malicia temporis in sua dote notabiliter vt intelleximus, diminutum, trahanturque coram vobis, cottidie in causis, quas a Judiciorum strepitibus conuenit abstineri; verum cum dicte dotis defensio et protectio ad nostram auctoritatem dinoscatur principaliter pertinere, eisque teneamur de defensionis remedio prouidere, fidelitati vestrae districte precipiendo mandamus, quatenus causas super possessionibus eis donatis coram vobis, quolibet processu temporis institutas, sine certa et speciali nostra sciencia, Judicare, de-

terminare, et finire nullatenus presumatis, easque execucione (sic) demandare. Si quis vel siqui aliquas acciones vel questiones contra eas habuerit vel habuerint, illum vel illos in nostram presenciam debeatis pro recipienda finali decisione destinare. Nos enim querulanti vel querulantibus contra eas in praemissis possessionibus, quas dotis titulo possident, exhibere curabimus vnacum prelatis et Baronibus nostris Juris et Justicie complimentum. Datum Bude in festo Epiphaniarum domini Anno eiusdem MCCCLXXX. nono.“ L. S.

Ex originali archiui Vniuersitatis. Superscriptum: relacio domini Leustachy. Sigillum mediocre, in medio subtus impressum cera rubra, in quo detrito iterata: relatio Leustachy.

CI.

Idem ciuium Poson. a soluendis in portubus Poson. Challó et Szőllős; item Moraua tributis immunitatem confirmat. A. 1389.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis vniuersis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus et aliis cuiusuis Status, Conditionis et praeheminentiae hominibus Tributa vbique per vniuersa Regni Nostri climata tam in terris, quam in aquis habentibus, Nostrisque et eorundem Tributariis, quibus praesentes ostenduntur, salutem et gratiam. Cum ex tenore Litterarum priuilegialium condam Serenissimi Principis Domini Ludouici praemissa Dei gratia Regis Hungariae etc. Patris et Soceri nostri karissimi laudandae memoriae per fideles Ciues nostros de Posonio nostrae Maiestati specietenus productarum per pios nostros praedecessores eis concessarum, et tandem per nos con-

firmatarum et innouatarum inter alias ipsorum Libertates, hac Libertatis praerogatiua speciali potiri et gaudere fide conspeximus oculata, vt dum iidem Ciues et Hospites Nostri cum suis Mercibus et Curribus vbicunque in regno nostro causa mercandi voluerint proficisci, nec de Mercibus nec de equis vel personis eorum cum Mercibus et sine Mercibus euntibus et redeuntibus nullum tributum, nullamque tributariam exactionem, videlicet in portu Posoniensi versus Hamburgam, in Portu Challow et Zeuleus, in transitu fluuii Morwa, et aliis locis quibuscunque in Comitatu Posoniensi, et alias vbique vbi tributum exigi consueuit, soluere teneantur; Nos ipsos fideles Ciues et Hospites nostros Posonienses in praedictis eorum libertatibus indemniter et illaese conseruare volentes, fidelitati vestrae firmo regio sub edicto praecipientes mandamus, quatenus praefatos fideles Ciues nostros cum suis mercibus vel curribus, ac equis vbicunque in Regno Nostro causa mercandi proficiscentes, contra formam praemissae Libertatis ipsorum nullo modo audeatis molestare, vel quouis modo impedire, nec de mercibus, nec de equis, vel personis eorum cum mercibus et sine mercibus euntibus et redeuntibus iuxta dictae Libertatis eorum modum nullum tributum, nullamque tributariam exactionem, videlicet in portu Posoniensi Hamburgam, in portu Challow, in Zöllews, in transitu fluuii Morwa, et in aliis locis quibuscunque in Comitatu Posoniensi, et alias vbique, vbi tributum exigi consueuit, petere vel exigere praesumatis, sed sinatis ipsos vbique pacifice transire et expedire. Quicunque autem ex vobis ausu temerario in contemtum huiusmodi nostri mandati praedictos ciues nostros Posonienses per exactiones ipsorum tri-

butorum impedire praesumserint, et nobis hoc idem patuerit, tales contumaces sine dubio in rebus et personis incompassibiliter puniri faciemus. Secus igitur, sicut nostram regiam Indignationem incurrere formidatis, facere non ausuri. Datum Tirnauiae feria tertia proxima post festum diuisionis Apostolorum. Anno Domini 1389.

Ex archiuo Poson.

CII.

Idem priuilegium etiam a Ludouico M. ciuibus Poson. ratione haereditatum tam testamento, quam ab intestato decedentium, concessum firmat.

Sigismundus Dei Gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, ac Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archy Camerarius, nec non Bohemiae et Lucenburgensis Haeres. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris salutem in omnium Salvatore. Regiae Sublimitatis immensitas, cuius est in Subditorum et populorum multitudine gloriari, suorum formam subiectorum et solutionum numerum misericorditer moderari, ut numerus populorum exaugeatur fruentium certa Lege. Proinde ad universorum notitiam tam praesentium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod Providi Viri Nicolaus dictus Plykhelhthel, Jacobus Gallicus dictus Ventura, et Johannes de Sengbergh, Jurati Cives de Posonio fideles nostri in suis ac universorum et singulorum Concivium et Cohospitum suorum de eadem Personis ad Nostrae Maiestatis accedentes praesentiam exhibuerunt nobis quasdam Litteras patentes condam Serenissimi Prin-

cipis Domini Lodovici praemissa Gratia Regis dicti Regni Hungariae etc. Patris et Soceri Nostri Carissimi maiori Sigillo suo novo consignatas super quibusdam libertatum praerogativis ipsis Civibus nostris Posoniensibus per ipsum quondam Dominum Lodovicum Regem factis confectas et emanatas tenoris subsequentis; Supplicantes exinde Nostrae Maiestati humiliter et devote suis et nominibus quibus supra, ut easdem ratas, gratas et acceptas habendo Nostrisque Litteris Privilegialibus verbotenus inseri faciendo, pro dictis Civibus Posoniensibus innovantes perpetue valituras confirmare dignaremur. Quarum quidem Litterarum tenor sequitur, et est talis: Nos Lodovicus Dei Gratia Rex Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. (Vide Diploma A. 1382. sub titulo: „Deliberatio Baronum").

Nos igitur iustis et legitimis ipsorum Nicolai dicti Plykhethtel, Jacobi Gallici dicti Ventura, et Johannis de Semberg dictorum Juratorum Civium supplicationibus suis et Personis quibus supra Nostro Culmini per ipsos prece subiectiva oblatis favorabiliter exauditis et clementer admissis, praetaxatas Litteras patentes ipsius condam Domini Ludovici Regis Patris et Soceri Nostri carissimi non abrasas non cancellatas, non in aliqua parte sui viciatas, sed mera veritatis et pleuitudinis integritate praepollentes praesentibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, quoad omnes suas continentias, clausulas, et articulos acceptamus, approbamus, et ratificamus, easque ex Consensu et beneplacita voluntate Serenissimae Principis Dominae Mariae praemissa Dei Gratia Reginae Hungariae etc. Consortis Nostrae carissimae, Praelatorumque et Baronum nostrorum consilio prae-

maturo, ex certa scientia Nostrae Maiestatis pro dictis Civibus Posoniensibus simul cum Libertatum praerogativis in tenoribus earundem superius latius explicatis, innovantes perpetue valituras confirmamus praesentis Scripti Nostri patrocinio mediante. Salvis duntaxat Juribus alienis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes concessimus Litteras Privilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Johannis Archi-Episcopi Ecclesiae Strigoniensis, Locique eiusdem Comitis Perpetui, Aulae Nostrae et Reginalis Maiestatum Summi Cancellarii, dilecti et fidelis nostri, Anno Domini Millesimo Tercentesimo Octuagosimo Nono, sexto Kalend. Julii, Regni autem nostri Anno Tertio. Venerabilibus in Christo Patribus et Dominis Valentino titulo S. Sabinae Sanctissimae Romanae Ecclesiae Praesbytero Cardinale, et Almae Ecclesiae Quinque Eccleaiensis Gubernatore, eodem Domino Johanne Strigoniensi, Lodovico Colocensi, Petro Jadrensi, Andrea Ragusiensi Archi Episcopis, Spalatensi Sede vacante, Johanne Varadiensi, Petro Knol electo Transylvaniensi, Johanne Zagrabiensi, Stephano Cykow Agriensi, Johanne Wozonensi, Johanne Chanadiensi, Johanne Jauriensi, Joanne Syrmiensi, Demetrio Wesprimiensi, Petro Wachyensi, Gregorio Nitriensi, Grysogono Traguriensi, Paulo Tynniniensi, Johanne Nonensi, Matheo Sybinicensi, Johanne Makaren., Scardonen. Sede vacante, Nicolao Corbaviensi, et Johanne Seniensi Ecclesiarum Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; nec non Magnificis Viris Stephano Regni nostri Palatino et Judice Comanorum, Ladislao Woyvoda Trans.

et Comite de Zolnuk, Comite Emerico Bubek Judice Curiae nostrae, Detrico similiter Bwbek totius Regni Sclaw. Dionysio filio Thomae Regnorum Dalmatiae et Croatiae, et Nicolao de Gara Machoviensi Banis, Nicolao filio Johannis de Kanisa Thawar., Leust. de Ilswa Janitorum, Georgio de Chethnek Dapiferorum, Nicolao de Perén Pincernarum, eodem Domino Steph. Palat. Agazonum nostrorum Magistris, Stiborio de Stiborych Comite Posoniensi, aliisque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenen. et Honores.

Originale in membrana expeditum, pendente Sigillo munitum, ex quo praesens par descriptum et communicatum per Georgium Gyurikovits.

CIII.

Idem priuilegium etiam alterum ab eodem Ludouico Ciuibus Poson. concessum, super immunitate solutionis more extraneorum, sub nomine Gastgab, de vineis in promontorio Dévén dependendae, confirmat. A. 1389.

Sigismundus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, ac Marchio Brandenburgensis, S. R. I. Archicamerarius, nec non Bohemiae et Lucenburgen. Haeres. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris salutem in omnium Saluatore. Regiae sublimitatis immensitas, cuius est in subditorum et populorum multitudine gloriari, solet suorum formam subiectorum libertatis et solutionis numerum misericorditer moderari, vt numerus populorum eius augeatur fruentium certa lege. Proinde ad vniuersorum notitiam tam presentium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod Nicolaus di-

ctus Plykhethel, Jacobus Gallicus dictus Ventura, et Johannes de Sengberk Jurati Ciues de Posonio fideles nostri suis ac vniuersorum Conciuium et Cohospitum suorum de eadem in personis ad nostrae sublimitatis accedentes praesentiam, exhibuerunt Nobis quoddam priuilegium olim Serenissimi Principis Domini Lodouici Regis Soceri et Patris nostri carissimi laudandae memoriae, Sigillis suis duplicibus, priori scilicet in Uzura casualiter deperdito, et nouo tandem sculpto consignatum, confectum et emanatum tenoris subsequentis, supplicantes nostro culmini, prece subiectiua suis et nominibus, quibus supra vt idem Priuilegium dicti Domini Ludouici Regis acceptare, approbare, et ratificare, ac pro eisdem Ciuibus nostris et eorum successoribus vniuersis innouantes, nostrisque litteris Priuilegialibus perhemniter confirmare dignaremnr. Cuius quidem Priuilegii tenor talis est: Lodouicus Dei gratia Hung. etc. vide Diplomatarium meum Comitatus Posoniensis. Nos itaque iustis et Juri consonis supplicctionibus dictorum Nicolai dicti Plykhetel, Jacobi Gallici dicti Ventura, et Johannis de Sengberk Juratorum Ciuium de dicta Posonio suis et nominibus quibus supra nro culmini per ipsos prece subiectiua oblatis fauorabiliter exauditis et clementer admissis praetaxatum Priuilegium condam Domini Lodouici Regis soceri et Patris nostri carissimi non abrasum non cancellatum nec in aliqua parte sui viciatum, sed mera veritatis et plenitudinis integritate praepollens praesentibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertum quoad omnes suas continentias clausulas et articulos, acceptamus, approbamus, et ratificamus, cumque ex consensu et beneplacita voluntate Serenissimae Principis Dominae

Mariae Dei gratia Reginae Hungariae etc. Consortis nostrae carissimae, Praelatorumque et Baronum nostrorum consilio praematuro ex certa nostrae Maiestatis scientia pro dictis Ciuibus nostris de Posonio, eorumque successoribus vniuersis simul cum libertatum praerogatiuis in tenoribus eiusdem limpidius expressis innouantes perpetue valituras confirmamus, praesentis scripti nostri patrocinio mediante, saluis duntaxat Juribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus litteras Priuilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri duplicis munimine roboratas. Datum per manus Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Joannis Archi Episcopi Ecclesiae Strigoniensis, Locique eiusdem Ctis perpetui aulaeque nostrae et reginalis Maiestatum summi Cancellarii fidelis et dilecti nostri anno Domini MCCCLXXXIX. septimo Kalendis Julii, Regni nostri autem anno tertio. Venerabilibus in Xto Patribus et Dominis Valentino S. Sal. SS. Rno Ecclae. Presb. Cardinale, et Almae Ecclesiae Quinqueeccles. Gubernatore eodem Domino Johanne Strigon. Ludouico Colocensi, Petro Jadren. Andrea Ragusÿen. Archiepiscopis, Spalaten. sede vacante, Johanne Varadien. Johanne Zagrabien. Stephano Cykov Agrien. Joanne Boznen. Johanne Chanad. Johanne Jaurien. Johanne Sirmien. Demetrio Weszprim. Petro Bachien. Georgio Nitrien. Transylv. et Scardonen. sedibus vacantibus, Grisogono Tragurien. Paulo Tininien. Joanne Nonen. Mathaeo Sibinicen. Johanne Makaren. Nicolao Corbauien. et Johanne Sennien. Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; nec non Magnificis viris Stephano Regni nostri Palatino et Judice Cumanor. Ladislao Woyvoda Transyluano et Comite de Zolnuk,

Comite Emerico Bubek Judice Curiae nostrae Detrico similiter Bubek totius Regni Sclauoniae, Dionisio filio Thomae Regnor. Dalm. et Croat. Nicolao de Gara Machouien. Banis, Nicolao filio Joannis de Canisa Tovarnicor. Leustachio de Ilsva Janitor. Georgio de Chethnek Dapiferor. Nicolao de Peren Pincernar. eodem Domino Stephano Palatino Agazonum nostrorum Magistris, Stiborio de Stiborich Comite Posoniensi, aliisque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et Honores.

Ibidem.

CIV.

Idem Sigismundus Tyboldum de Zenche, assectam filii condam Joannis de Palisna, infidelem bonis mulctat. A. 1389.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod quia Tybaldus filius Desew de Zenche assecla Johannis Cyuasi fily condam Joannis de Palisna nostri notory infidelis una cum eodem domino suo et eius sceleratis sequacibus in plerisque suis nepharys excessibus et pravis processibus signanter crimen lese maiestatis concernentibus, et non modicis regni nostri depredacionibus et regnicolarum nostrorum interemptibnibus per ipsos — — — sacrum regium diadema et in fastidium nostre maiestatis temerarie perpetratis personaliter exstitisse et sibi opem et operam per sua bellica certamina toto nisu adhibuisse, et nunc cum eodem in contemptum throni regalis existere perhibeatur pro eo nos una cum Prelatis Baronibus regni nostri sane exinde deliberantes ex consilioque et sanctione vnanimi eorundem ne

huiusmodi ingens facinus impune pertransiret et inultum prefatum Tybaldum de predicta Zencke simul cum heredibus suis mera nostra regia auctoritate perpetue infidelitatis indelebili nota obfuscatum esse decernimus et portionibus possessionarys ipsius in possessionibus Kozachnyk in predicta Zenche et Zavorsiya vocatis habitis in comitatu Crisiensi existentibus manibus nostris regys previa ratione effective applicatis privamus et prorsus in eorum destitutum fore committimus ac ipsi perpetuum silencium imponimus de eisdem presencium vigore suffragante, quibus sic legitime diffinitis preclarisque fidelitatibus, et fidelium serviciorum uberimis meritis per magistrum Ladislaum filium Petri dicti Kastellan de Zenthleluk fidelem nostrum sicuti reuera didicimus iugiter solerter insigniteque sacro regio diademati ac predecessoribus nostris dive reminiscencie sceptra regiminis dicti regni Hungarie diutius dudum gubernantibus regali scilicet, et reginalibus ac Serenissime Principis domine Marie regine conthoralis nostre perchare, et per consequens nostre maiestatibus in eorundem et nostris plerisque arduis expeditionibus asperis videlicet et prosperis sumpma cum diligencia et eximie fidelitatis dulia cum laborioso iugi bellico certamine non sine ingenti sudore suis locis et temporibus incumbentibus iuxta nostrum decus et tocius regni nostri commodum exhibitis et impensis premetitis et sagaciter recensitis pretaxatas dicti Tybaldi porciones possessionarias in possessionibus Kozachnyik in predicta Zenche ac Zanorsia vocata habitas in dicto comitatu Crisiensi existentes quinquaginta sessiones populorum tantum in se continentes potissime ex ipsius reginalis maiestatis consortis nostre carissime ac Prelatorum et Baronum re-

gni nostri consilio et consensu uniformi memorato magistro Ladislao filio Petri dicto Castellano fideli nostro ipsiusque heredibus et cunctis superstitibus simul cum vniversis earundem iuribus iurisdictionibus terris agris pratis pascuis, et quibuslibet ipsarum pertinencys utilitatibus campestribus scilicet silvestribus et lymphanticis sub suis veris metis et antiquis per ipsum nostrum infidelem hactenus possessis et servatis mera auctoritate, et noue donationis titulo ac de manibus nostre maiestatis dedimus donavimus et in evum contulimus ymo omni eo iure quo eedem previa ratione nostre rite incumbunt collacioni effectiue damus donamus et perhempniter conferimus per ipsum et eius successores universos perpetuo et irrevocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas pleno iure presencium patrocinio mediante sine duntaxat preiudicio iuris alieni praesentes autem dum nobis in specie fuerint reportate in formam nostri privilegy redigi faciemus pro eodem Datum in Debrechen feria Sexta proxima post festum Invencionis sancte crucis Anno domini Millesimo CCC-mo LXXX-mo nono. Suprascriptum: Propria Commissio domini regis. (L. S. maiestatici dorso impressi cui pariter subscriptum est: Propria Commissio domini regis.)

E membrana Collectionis Nic. Jankovich.

CV.

Legati Hungariae cum Legatis Austriae de dissensionibus sopiendis compaciscuntur. A. 1389.

Nos Johannes dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Jauriensis, Stephanus Palatinus, et Nicolaus, filius Joannis de Kanisa, magister Tauarnicorum, regni Hungarie, nomine et in persona, Se-

renissimi Principis, domini Sigismundi Regis Hungarie, etc. domini nostri graciosi, cuius super eo iuxta continencias literarum ipsius Domini regis, per ipsum datarum, plena fungimur potestate. Et nos Hermannus Comes Cylie, Johannes de Lychtenstayn, Illustrissimi Principis domini Alberti, ducis Austriae etc. domini nostri graciosi, magister Curie, Wulfing de Stubenwerg et Johannes de Dytreichstein, magister forestariorum Austriae, vice prefati Domini nostri Ducis Austrie, de potestate, quam ab ipso habemus desuper, iuxta seriem litterarum suarum, nobis per ipsum datarum, recognoscimus insolidum per presentes. Quod quemadmodum nos ex commissione et mandato vtriusque siue amborum principum et dominorum predictorum, super omnibus accionibus seu impeticionibus defectibus, dissensionibus, quae inter ipsos et amborum ipsorum subditos, terras, et homines, vsque nunc suscitate sunt et exorte, iam hic Sopronii ad diem tractatus et collquii simul conuenimus, sic post diuersa colloquia et collaciones hinc inde mutuo habitas concludimus, quod ipsi ambo Principes et domini nostri in personis, propriis simul conuenire debeant in ciuitatibus Posoniensi ac Heimburgensi, ad festum Sancti Egidy Confessoris, proxime venturum, et omnes causas, prout superius describitur, que hic non ad plenum decise et discusse sunt, nec infra predictum tempus discutientur, iuxta consiliariorum vtriusque Principum cognicionem et discusionem, amicabiliter et placide, prout ipsis congruum videbitur, determinent finaliter et componant. Et quoscunque modos et decencias, dictorum principum consiliarii cognouerint, quibus mediantibus iidem Principes ac regna et regnicole eorumdem

deinceps in dileccione et amicicia sinceris, nec non pace tranquillitate, et commodo permaneant, ad illos tenendos et obseruandos ambos praefatos Principes inducere debent, et efficacius exhortari. Debent eciam omnes prenotati defectus, dissensiones, et differencie hactenus suborti, seu infra predictum tempus euenturi, in plena pacis disposicione consistere, ac omnes captiuaciones, arrestaciones, et prohibitiones hominum et rerum vtriusque partis ac ipsorum fideiussores absque impeticione, obstaculo et ammonicione parmanere. Possunt etiam quoque, omnes mercatores et quiuis alii vtrinque cum suis mercanciis, et rebus laborare, et procedere, per quaslibet consuetas Stratas omni modo, quo temporibus Illustrium condam Principum, dominorum Lodouici, Regis Hungarie, Alberti et Rudolphi ducum Austrie, felicium reminiscentiarum, transierunt et laborarunt, sine dolo. Et si, quod Deus aucetat, infra tempus prehabitum vlle noue differencie, et dissensiones orirentur, super illis neutra pars contra alteram quascunque inuasiones debet committere, vllo modo, verum displicentie eedem similiter, iuxta prefatas disposiciones debebunt suspense persistere. Et si eedem in Hungaria orirentur, ad notitiam nostrorum prefatorum Palatini et Nicolai magistri Tauarnicorum: Si vero in territoriis Ducis Austrie, fierent, ad noticiam nostrorum predictorum Johannis Lichtenstainer et Wulfingi de Stubenwerg deduci debebunt, qui quidem quatuor ad competentes terminos et loca insimul venire debebimus, et omnes ipsas causas ac differencias iuxta exigenciam earumdem discutere et plenius terminare. Si autem acciderit, alterum dictorum principum et dominorum nostrorum quibuscunque ar-

duis negocys impediri, quibus obstantibus dicto termino non posset fortasse interesse, tunc idem poterit et debebit id alteri quatuordecim diebus ante prenominatum diem sancti Egidy notificare et eundem terminum in alium vlteriorem commutare, ad predicta loca, quo ambo principes valeant conuenire, pro terminandis causis omnibus, vt superius est expressum. In quorum omnium premissorum euidenciam et certitudinem presentes nostras litteras iussimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum Sopronii feria sexta, proxima post festum beatorum Viti et Modesti martirum Anno Dominii MCCCLXXX. Nono."

Ex originali tabularii C. M. Viennensis.

CVI.

Idem Sigismundus cum Ducibus Austriae de pace conseruanda concordat. A. 1389.

Vertrag König Sigmunds von Hungarn mit den Herczogen Wilhelm und Albrecht wegen Aufrechthaltung der Ruhe zwischen Hungarn, Oesterreich und Steiermark. Datum Neunhofen XXIV. Octob. J. MCCCLXXXIX-o."

Ex eodem Tabulario. Kurcz Albrecht IV. I. Th. 181.

CVII.

Quietantia Jodoci Marchionis Morauiae anno 1389. *Ciuitati Poson. super praestitis ei per tempus pignoris solutionibus et obedientia, data. A.* 1389.

Jodocus Dei gratia Marchio et Dominus Morauiae notum facimus tenore praesentium vniuersis, quod Judex Jurati Ciues et tota communitas Ciuitatis Posoniensis tempore Dominii nostri apud nos laudabiliter fideliter et in omni obedientia se conserua-

uerunt, et praesertim omnia Jura, quae de ipsorum Ciuitate, aut quae ipsi soli nobis tenebantur, ad plenum nobis expediuerunt, et soluerunt. Id circo praedictos Ciues fideles et dilectos, ac eorum Ciuitatem de omnibus huiusmodi Juribus a tempore nostri regiminis hucusque quittauimus, et tenore praesentium quittamus, liberos facimus pariter et solutos ita, quod in nullo Nobis de caetero et amplius obligentur, sed Nos ipsis de ipsorum fidelitate et obedientia referimus gratiarum actiones, praesentium sub nostro appenso sigillo testimonio litterarum. Datum in Olomuncz Feria sexta in Festo Circumcisionis Domini. Anno Domini Millesimo trecentesimo octogesimo nono. De mandato Domini Marchionis Henricus de Spilner.

Autographum in membrana exoratum, Sigillum pendens integerrimum ostentat aquilam, Moraniae Insigne, et circumscriptionem istam: „S. iodoci dei gratia marchionis et domini moraviae" litteris minusculis. Documentum hoc ideo vulgatur, ut Math. Belii locus in Not. Hung. T. 1. pag. 147. ita sonans: „an vero Moraui ad urbis possessionem admissi fuerint, non habeo dicere" velut indeterminatus clarificetur. Georgius Gyurikovits.

CVIII.

Miricius Transalpinus ac Petrus Moldavanus Woiuodae cum Wladislao Rege Poloniae aduersus Regem Hungariae confoederantur. A. 1389.

Nos Magnus et Romanus Hericzski Comites Illustris Principis Domini Miricii Voiewodae Transalpini etc. nec non Dugoÿus Magnifici Principis Domini Petri Woyewodae Muldanensis Marschalcus. Ambassiatores, Recognoscimus tenore praesentium publice profitentes, quod dum ad Serenissimum Prin-

cipem Dominum Wladislaum Regem Poloniae etc. in Legationis officio fuimus destinati, cum eodem Domino Wladislao Rege, nomine et pro parte praefati Domini Miricii, Domini nostri, cuius potestatem habuimus in nos transfusam, huiusmodi ordinationem fecimus, foedus amicitiae inuiolabilis ineundo ab vtraque parte, temporibus perpetuis seruandum irrefragabiliter et tenendum, et ipsum Dominum Wladislaum regem supradictus Dominus Miricius Woiewoda pro toto suo posse, atque potentia, dum ipsius auxilium affectans postulauerit ab insultu et incursu Regis Hungarorum ac ipsius Omagialium, et quorumlibet hominum sibi subditorum, debet et tenetur omnimode adiuuare, contra alios vero praedicti Domini Vladislai Regis aemulos, aut iniuriatores quoslibet, iuxta sui liberi arbitrii beneplacitum iuuabit quemadmodum amico facere expedit, atque decet; idemque Dominus Vladislaus Rex ad praedicti Domini Miricii Woiewodae postulationis affectum, ipsum contra praefatum Regem Hungariae et quoslibet sibi subditos pro toto suo posse, et potentia debet et tenebitur adiuuare contra alios vero saepedicti Domini Miricii Woiewodae aemulos, aut iniuriatores quoslibet, iuxta sui liberi arbitrii beneplacitum sibi auxiliabitur, vt amicus. Promittimus insuper, quod super huiusmodi confoederatione et inuiolabilibus amicitiae coordinatione, ad medium quadragesimae proxime nunc instans, aut octo dies post hoc, impedimento aliquo legitimo interueniente, ad maiorem praemissorum firmitatis euidentiam, supradictus Dominus Miricius Literam suam maiori sigillo sigillatam mittet in Moldauiam, per ipsius bonos nuncios et solempnes, cui quidem Literae tenoris similem memoratus Dominus Vladislaus Rex sub ipsi-

us titulo et sigillo maiore tempore praenotato ad locum praemissum tenebitur destinare, per ipsius solempnes, nuncios pari modo praesentium sub nostris sigillis testimonio literarum. Datum feria sexta post diem Conceptionis B. M. V. Anno Domini Millesimo trecentesimo octuagesimo nono."

Apud Dogiel Cod. Dipl. Pol. Tomo I. folio 597. Miricius alias Mirxa, Marcus, Confoederatione Wladislaus R. P, ob Russiam rubram occupatam, Woiuodae vero ob Turcas in Bulgariam infusos, a Hungaris haud coercitos, sibi metuebant. Dlugoss. Hist. Polon. l. 10, Hoc metu leuauit ipsos Amurathes, in Rasciam ducto exercitu, ad Morauam, a Seruiae Despota Lazaro, qui cum Twartko Bosnae regulo foedus iniit, caesus, atque cum Lazaro clade hac haustus. Lucius de regno Dal. Lib. V. cap. 3.

CIX.

Stephani, regni Hungariae Palatini sententionales super villa Kaladen. A. 1389.

Stephani, Regni Hungariae Palatini, literae sententionales super quadam villa Kaladen vocata, cuidam Thomae Chitar in Comitatu Honthensi adiudicata. Anno Domini MCCCLXXXIX-o."

Originales in archiuo Primatiali Capsa R. nro 2.

Anno 1390.

CXI.

Sigismundus R. H. causas Sanctimonialium de veteri Buda suaemet Jurisdictioni reseruat, perque procuratores suos pertractari praecipit. A. 1390.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungarie, dalma-

tie, Croatie etc. Marchioque Brandenburgen. etc. fidelibus suis vniuersis prelatis Baronibus specialiter domino palatino, et Judici curie sue, Item Comitibus parochyalibus vel vicecomitibus et Judicibus nobilium quorumlibet comitatuum castellanis nobilibus officialibus et aliis quibuscunque iustitiariis regni sui et eorum vices gerentibus nunc et pro tempore constitutis et constituendis quibus presentes ostenduntur, salutem et graciam. Cum nos vniuersas causas et causarum quarumlibet processus religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate virginis de veteri Buda per quoscunque hominum in factis possessionum tributorum siluarum pratorum terrarum, et piscinarum in facie eorumdem existentium vbilibet habitarum, olym per Serenissimos Principes et dominas Elisabeth reginam et Lodouicum regem regni hungarie predicti diue reminiscentie predecessorum nostrorum karissimorum ipsis claustro beate virginis et dominabus sanctimonialibus in eodem deo et gloriosissime virgini Marie Jugiter famulantibus ad vsum earumdem dominarum in perpetuam eleemosynam mediantibus literis ipsorum datarum et collatarum, coram vobis quouismodo motas habitas, uel mouendas matura deliberatione, vna cum Illustrissima principe domina Maria regina contorali nostra karissima prehabita, auctoritate presentium ad nostram assumserimus maiestatem in nostris procuratoriis presentibus et futuris easdem nostro In iudicio vel extra Judicium prosequi et pertractare commiserimus et easdem dominas sanctimoniales in praeallegatis Juribus ipsarum possessionariis sicuti antea predicti predecessores nostri fecisse perhibentur, conseruare, et ab omnibus ratione earumdem possessionum expedire intendamus, Idcirco fidelitati ve-

stre firmiter precipiendo mandamus, per presentes, quatenus predictas religiosas Dominas ratione predictorum Jurium ipsarum possessionariorum contra quospiam Judicare non audeatis, sed procuratores nostros nostra in presentia coram dicto domino palatino causis in eisdem contra quospiam respondere admittatis, aliud in premissis non facturi, datum Bude in festo sancti Johannis Ewangeliste ante portum latinam, anno domini Millesimo CCC-mo nonagesimo."

E membrana originali. Supra quam, et infra sigillum rubrum iam detritum, notatur: „propria commissio domini regis."

CXII.

Idem Sigismundus Nicolaum de Gara Banum a Ciuibus Arbensibus Comitem anno vno electum confirmat. A. 1390.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croatie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Fidelibus suis Nobilibus et prudentibus viris Rectori, Consilio et communitati Ciuitatis nostre Arbensis salutem et graciam. Noueritis quod nuper venerabili in Christo patre Domino Grisogono Episcopo Ecclesie Traguriensis nostro scilicet deuoto in suo et vestre vniuersitatis personis in nostre maiestatis presencia constituto, per eum propositum extitit et relatum, quomodo vniuersitas vestra iuxta libertates vestras per nostram maiestatem vobis ratificatas fidelem nostrum ac dilectum Magnificum virum Nicolaum de Gara regnorum nostrorum Dalmacie Croatie predictorum et Sclauonie Banum in spacio vnius anni proxime venturi in uestre vniuersitatis Comitem elegissetis, supplicans nostre celsitudini in persona uestre uniu. dicte, ut nos ipsam electionem ratam et firmam graciose habere dignaremur. Et quia nos ex debito

iuris cogimur iustas admittere preces et vota supplicancium clementer exaudire, memoratam electionem in premisso domino Nicolao Bano factam in curriculo vnius anni ratificauimus approbamus et confirmamus harum nostrarum testimonio litterarum. Datum Bude — — — proxime post festum Sacratissimi Corporis Christi. Anno eiusdem MCCC-mo nonagesimo."

E copia authenticata Arbensi.

CXIII.

Idem possessionem Lelez, in Comitatu de Baranya, M. Joanni, Protonatario Judicis Curiae, confert. A. 1390.

Nos Sigismundus dei gratia Rex Hungarie, dalmatie etc. Marchyoque Brandemburgensis etc. memorie comendamus tenore presentium significantes, quibus expedit universis, quod fidelis noster magister Johannes de sancto salvatore vicesgerens et prothonotarius Judicis Curie nostre ad nostre celsitudinis veniens conspectum prepositis suis fidelitatibus et seruitiis, per ipsum nostro culmini locis et temporibus opportunis iuxta voluntatis nostre lubitum exhibitis et inpensis, quandam portionem possessionariam in possessione Lelez vocata in Comitatu de Baranya habitam et existentem asserens ipsam quondam Gregory fily Nicolai filii Beke de eadem Lelez, hominis sine haeredum solatio de medio sublati prefuisse, et obhoc iuxta regni nostri approbatam consvetudinem ad manus nostras regias fore deuolutam, a nobis sibi et per eum Dyonisio et Paulo fratribus suis carnalibus perpetuo dari et conferri postulavit: Nos igitur qui ex innata regali munificentia cunctorum nostrorum fidelium seruitia animo metiri debemus pietatis, recensitis fidelibus seruitiis

memorati magistri Johannis annotatam portionem possessionariam, in dicta possessione Lelez vocata habitam previa ratione ad manus nostras devolutam antefato magistro Johanni et per eum jam dictis dyonisio et paulo fratribus ipsius Magistri Johannis uterinis de manibus nostris Regys noue nostre donationis titulo, ac omni eo Jure quo eadem portio possessionaria nostrae rite incumbit colletioni cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis sub suis veris metis et antiquis quibus hactenus habita fuit et possessa, dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamus, et conferimus Jure perpetuo et irrevocabili, per eosdem ac eorumque heredes et posteros universos, tenendam possidendam pariter habendam, sine duntaxat praejudicio juris alieni, praesentes autem dum nobis in specie fuerint reportate in formam nostri priuelegy redigi faciemus. Datum in Villa Pochinta vocata feria secunda proxima ante festum beati Nicolai Confessoris Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo. (L. S.)

Original. Autographum Membranaceum in Archivo Nicolai Jankovich.

CXIV.

Sigismundus R. H. Albertus Dux Austriae, ac Jodocus Marchio Morauiae, vnionem pro dominiis suis defensandis ineunt. A. 1390.

Nos Sigismundus, dei gracia, Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Lodomerie Gallicie Comanie Bulgarieque Rex ac Marchio Brandenburgensis Sacri Romani Imperii Archicamerius (sic) Nec non Boemie et Lucenburgensis heres, Albertus eadem gracia Dux Austrie, Styrie, Karinthie et Carniolie (sic) Comes Tyrolis etc. Et Jodocus eadem gracia Mar-

chio et Dominus Morauie etc. Notum facimus tenore presencium vniuersis. Quod nos ob fraterne caritatis internum amorem, quo tam ex debito sanguinis, quo coniuncti dinoscimur, quam antiqua diuorum progenitorum nostrorum in nos deriuata familiari affeccione inuicem diligere nos censemus teneri, adhoc singulari studio innitimur, quo prescripta inter progenitores nostros, et nos vnione indossolubili recollecta et firmata reuirescat dileccio mutua, ac pax terris, tranquilitas fidelibus nostris et finaliter nobis ipsis exinde gloria profectus et commodum procurentur. Ob hoc animo deliberato, sano Prelatorum et Baronum nostrorum accepto consilio, ligam seu vnionem per nos inuicem obseruandam infallibiliter iniuimus, per hunc modum, Primo videlicet, quod omnes tres insimul et quilibet nostrum reliquis duobus et ipsorum cuilibet, in omnibus et singulis, que honorem exaltacionem commodum et profectum nostrum, et singulorum regnorum nostrorum, ducalium, et terrarum prospiciunt, omni posse et viribus nostris oportunis consiliis et auxiliis assistere debeamus fideliter, et idipsum effectualiter adimplere, bona fide et sine dolo quolibet promittimus et spondemus, nec non aduersus inuasores seu occupatores regnorum Ducatuum et terrarum nostrorum, et nostrum cuiuslibet, cuiuscunque preminencie dignitatis status gradus aut conditionis existant, et presertim eos, qui quibusuis sinistris machinacionibus quemuis nostrum in corpore seu rebus ledere impedire aut molestare satagerent, aut de facto temerarie aut iniuste regna ducatus prouincias et terras nostras vel cuiusuis nostrum opprimere vel hostiliter inuadere, aut quemuis nostrum quod absit destituere seu eiicere ab eisdem, seu eadem con-

tra deum et iusticiam suis vsibus propriis vsurpare, conarentur, nos inuicem iuuare fideliter tenebimur; volumus et debemus, et ad resistendum talibus Iniuriis et Iniuriatoribus prout necessitas et casus poposcerint, tam per gentes armigeras, quam etiam alios necessarios modos et vias debitam et operosam diligenciam adhibere, ac talibus pro viribus obuiare. Non licebit eciam cuiuis nostrum sibi aliorum duorum aut cuiusuis ipsorum terras, dominica, Barones, Nobiles seu vasallos attrahere seu quauis occasione pretenta quibusue ingeniis seu colore quesitis in alterius dispendium propriis vsibus vendicare, ymmo eciam siqui sponte se obtulerint, non assumere, nec assumptos quomodolibet receptare, aut defensare, quin pocius ipsos ad proprium prout iustum est remittere possessorem, nisi forte in hoc casu eiusdem sui possessoris accedat beneplacitum, et voluntas. Assimili etiam nullus nostrum cuiusuis aliorum nostrum emulos seu inimicos signanter illos, si qui regna, Ducatus, prouincias et terras vel subditos, nostrum cuiuslibet, molestare, impedire, seu iniuste diffidare presumpserint, ac eciam bannitos, et ob eorum demerita a finibus seu domiciliis suis proscriptos acceptare vel receptare, aut in terris seu dominiis suis, fouere poterit aut debebit, quin pocius ipsos, vtpote maleficos, et notoriis criminibus irretitos, a dictis terris et dominiis nostris expellere, et eliminare prorsus tenebimur et spondemus. Ceterum vt eo amplius in nostris et cuiuslibet nostrum terris communis procuretur vtilitas, et impedimentis semotis quibuslibet, fideles nostri subditi et Incole, in augendis rebus et mercibus propriis valeant inhiare, Nos omnes tres, et quilibet nostrum, vniuersos et singulos homines cuiuscunque

nostrum qualiscunque condicionis existant, et presertim mercatores, ad cuiusuis nostrum regna Ducatus et dominia, per terras et aquas pro acquirendis mercibus, et aliis suis vsibus procurandis deuiantes, in nostras defensionem et tutelam, assumimus speciales. Eosque vniuersis et singulis Juribus priuilegiis, libertatibus graciis indultis et consuetudinibus bonis et laudabilibus ex nunc in antea frui et gaudere volumus, quibus olim sub Serenissimorum quondam Principum, dominorum Progenitorum nostrorum et signanter domini Lodowici regis Hungarie, felicis recordacionis, temporibus freti sunt laudabiliter et potiti. Presentem tamen ligam et vnionem contra Serenissimum Principem Dominum Wenceslaum Romanorum et Boemie regem, ac Illustrem Dominum Joannem Ducem Gorlicensem, fratres nostros carissimos, nolumus esse alicuius roboris ac vigoris. Nec volumus eciam ligis et litteris predecessorum nostrorum aliquale preiudicium generari. Presencium nostrarum testimonio literarum. Datum Posonii in festo corporis Christi. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo."

Ex originali tabularii Caesareo-Regii Viennen.

CXV.

Sigismundus R. H. metas castri Kówár, in comitatu Zolnok mediocri testimonio Conuentus de Lelesz, figit. A. 1390.

Litera condam Domini Sigismundi regis, in anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo, duodecimo kalendas mensis Augusti, regni autem sui quarto, ad propriam suam commissionem, sub dupplici suo sigillo priuilegialiter emanata, habens in se confirmatiue tenorem literarum priuilegia-

lium Conuentus Ecclesiae de Lelez metalium, in vigilia festi Beati Joannis Baptistae, in eodem anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo confectarum, inter caetera hoc et id continebat: quomodo condam Dominicus Praepositus, et idem Conuentus Ecclesiae de Lelez, receptis dictis literis ipsius domini Sigismundi regis praeceptoriis, eisdem transmissis, vna cum Laurentio, filio Abrahae de Gyakfalua, homine ipsius Domini Sigismundi regis, in eisdem literis inserto, fratrem Johannem custodem Ecclesiae ipsorum, ad reambulationem metarum dicti castri Kewar (Kővár) in Comitatu Zolnok medioeri et pertinentiarum eiusdem pro testimonio ipsorum transmisisset qui tandem ad ipsos reuersi eisdem retulissent hoc modo: Quod ipsi feria tertia proxima post Festum Penthecostes, in dicto anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo, praeteritum ad faciem dicti Castri et pertinentiarum eiusdem, vicinorum etiam et commetaneorum vniuersorum illuc legitimis conuocationibus factis, et eisdem praesentibus accedendo, prescriptum castrum Kewar et pertinen. eiusdem per veteres metas reambulan. nouas in locis necessariis erexissent, et ab aliorum iuribus possessionariis hoc modo reambulassent: Quod prima meta inciperet in loco, vbi fluuius Lapis nuncupatus caderet in fluuium Zamos vocatum, inde in eodem fluuio Lapis (Lapws) contra meatum eiusdem per bonum spacium currendo exiret de ipso, vbi esset vna meta terrea de nouo erecta, de qua iret ad riuulum Kékes appellatum, in quo contra meatum eiusdem per bonum spacium currendo exiret de ipso vbi esset meta terrea de nouo erecta, de qua iret ad riuulum Kékes, appellatum, in quo contra meatum eiusdem ad orientem eundo annecteret quemdam

montem Excelsum Gutinkew dictum, pro meta deputatum; vnde ad eandem plagam orientalem curren. iungeret campum Kerékmezew nuncupatum, vbi meta terrea de nouo accumulata haberetur, ibique metae dicti castri a parte praedictae Ciuitatis nostrae Riuuli Dominarum, prout series earumdem Literarum dicti Conuentus de Lelez declarat, terminaretur."

E Judiciariis Mathiae regis A. 1476-o emanatis. MSS. Kaprinai sub B. tomo XVI. nro VII-o.

CXVI.

Procopius, Marchio Moraviae, Castrum Eberstorf Petro Comiti de Sancto Georgio vendit, A. 1390.

Nos Procopius Dei gratia Marchio Morauiae, notum facimus tenore praesentium vniuersis, quod animo deliberato, de certa nostra scientia, nostrorum ad hoc Nobilium, Procerum, ac fidelium accedente consilio bona nostra, vtpote munitionem Eberstarf, cum bonis oppidis, villis, aquis, siluis, virgultis, pratis, pascuis, naulo, nauigiis, molendinis, piscationibus, venationibus, aucupationibus ac vniuersis et singulis ad eandem munitionem (pertinentibus) vtilitatibus, sicut nosmet tenuimus, nihil nobis aut nostris haeredibus, iuris, proprietatis, et dominii ibidem reseruantes, cum pleno dominio spectabili Viro, Petro Comiti a Sancto Georgio, et haeredibus eius legitimis et successoribus pro mille nongentis florenis auri ab ipso iam in parata pecunia perceptis, vendidimus, et virtute praesentium vendimus et resignamus tenenda, habenda, et vtifruenda, perpetuis temporibus pacifice et quiete, praesenti nostro sub appenso sigillo, testimonio litterarum. Datum Bozenecz die Conuersionis sancti

Pauli. Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo."

E transumto regis Sigismundi iudiciario anno 1409. emanato.

CXVII.

Mirxa Waiuoda Transalpinus foedus suum cum Wladislao Rege Poloniae aduersus Regem Hungariae confirmat. A. 1390.

Miricius Dei gratia Woiewoda Transalpinus, Fogaras, et Omlas, Dux Severini, Comes Terrarum Dobrodicii Despotus, et Tristri Dominus, harum notitiam habituris, tam praesentibus quam futuris, significamus, quibus expedit Vniuersis, quod sincerae mentis affectu, cupientes inire inuiolabilis amicitiae foedera, et volentes cum Serenissimo Principe Domino Vladislao Dei gratia Rege Poloniarum, nec non Terrarum Cracouiae, Sandomirae, Siradiae, Lanciciae, Cuiauiae, Lituaniae, Prouinciae Supremo, Pomeraniae, Russiaeque Domino, et Haerede, de Baronum nostrorum vnanimi consilio, ordinationem huiusmodi parte ab vtraque temporibus perpetuis seruandam irrefragabiliter fecimus et facimus, ipsam nostrarum Literarum robore confirmantes, scilicet quod memoratum Serenissimum Principem Dominum Wladislaum Poloniae etc. Regem, toto nostro posse, atque potentia, dum affectando nostrum auxilium postulauerit, et homines sibi subditos, ab insultu et hostili incursu Regis Hungariae ac ipsius Omagialium, et quorumlibet hominum sibi subditorum constantissime volumus adiuuare, contra alios vero praedicti Domini Regis aemulos aut iniuriatores quoslibet, ipsum iuxta nostri arbitrii beneplacitum iuuare promittimus et spondemus, quemadmodum amicum facere expedit, se-

que decet; idemque Dominus Rex ad nostrae postulationis affectum contra Regem Hungariae et ipsius subditos pro toto posse ipsius atque potentia Nos debet et tenebitur adiuuare. Contra alios vero nostros aemulos iuxta ipsius liberi arbitrii beneplacitum, vt de Nobis praemissum est, Nobis auxiliabitur, vt amicus. In cuius rei testimonium, firmitatemque perpetuam Literas nostras praesentes dedimus priuilegiales pendentis et authentici sigilli nostri maioris munimine roboratas. Datum in Lublin in Vigilia S. Agnetis Virginis gloriosae. Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo."

Apud Dogiel l. c. folio 598. Ex originali. Defectionem hanc Sigismundus oppresso celeriter per Waiuodam Transiluanum Miricio vltus est.

CXVIII.

Vnio et confoederatio premissa per oratores additis certis articulis explicatur. A. 1390.

Nos Romanus Hericzki et Kadlus Sadky Ambasiatores et Nuntii speciales ad infrascripta, Vniuersis et singulis, ad quos praesentes peruenerint, Volumus esse notum: quod cum ex speciali commissione et mandato Illustrissimi praedicti Domini Mircii Woiuodae Transalpini etc. Domini nostri gratiosi, authoritateque ipsius plenaria ex parte vna, cum strenuis militibus Dominis Gerwasio de Dalewice, et Berszone de Zabokruc etiam plenum mandatum et specialem commissionem habentibus, Serenissimi Principis Domini Vladislai Poloniae etc. Regis incliti ex parte altera, super vnione et confoederatione inuiolabilis amicitiae inter praedictos Dominos nostros hactenus contractae, et in futurum, dante Domino, quoad eiusdem vnionis plenitudinem feliciter

contrahendae, in partibus Moldauiae, Oppidi Sveczcsow personalem efficaciter celebrassemus conuentionem, assignatis, prout promissum erat, alterutrum Literis, super huiusmodi confoederatione confectis, authenticatis et sigillatis, decreuimus, fecimus, et prout vtrique parti nostrum melius et sanctius fuit, disposuimus, deliberationeque habita diligenti, inuenimus quosdam articulos, qui ipsam vnionem in suis conditionibus efficacius solidabunt: scilicet, quod praefatus Dominus Rex Poloniae villas Brigas, neque guerras contra Regem Hungariae ac subditos suos moueat, nec mouere incipiat, quoquam, nisi prius significatis Domino nostro Miricio Woiewodae, et eius consilio singulis earumdem brigarum, seu guerrarum qualitatibus; eaedemque per ipsius Regalis Dignitatis consilium sint approbatae. Insuper si aliquae treugae pacis, vel induciae, aut concordiae inter praefatum Miricium Woiewodam Dominum nostrum et Regem Hungariae sunt actae, scilicet, vel receptae, ad tempus vel in perpetuum ordinatae, vel quomodolibet decisae, ipso Domino Rege Poloniarum non excluso, easdem praenominatus Dominus Rex ratificare, gratificare et acceptare debebit, atque gratas, ratas et acceptas habere debeat in singulis suis clausulis, distinctionibus atque punctis, per robur sui Sigilli authentici, ad tempus vel in perpetuum, prout huiusmodi ordinatio postulauerint, confirmando. Item vt haec felix vnio in singulis suis pactionibus et conditionibus irretractabiliter perseueret, decreuimus, quod quicunque confoederatorum qualitercunque in praesentem vnionem et confoederationem sit receptus, ab ipsius vnionis vinculo et pactis quomodolibet declinaret, extunc eundem declinantem caeterae ipsius

vnionis partes solempni monitione praemissa, sic efficaciter et seriose debent et possint inducere, vt praefatae vnionis compromissi seruet plenitudinem atque teneat inconcusse. Et quia, vt inter praemissos Principes Dominos nostros ab vtraque parte super propositis articulis specialis per meliorationem ipsorum habeatur deliberatio, ad oppidum Soczczow in Festo Beati Joannis Baptistae proxime affuturum, cum omnibus Literis et sigillis ipsius de ipsa confoederatione alterutrorum datis, volumus cum praemissis dicti Domini Regis Ambasiatoribus, quemadmodum promittentes bona nostra fide ac spondentes, praetactos articulos Domini nostri Woiewodae, ac nostris nominibus in eorum testimonium gratificare, ratificare, atque sigilli sui robore confirmare, inclusis nihilominus Literis ac singulis earum clausulis ipsius desuper confoederatione, vt praemittitur datis, vt ipsa integra vnionis compositio in vnam Literam authenticam redigatur, et sigillatas Literas ab vtraque parte vna pars alteri assignet, atque pristinas restituat, omnibus dolo, fraude, et detractione procul motis. Ad maiorem autem horum euidentiam, praesentia fieri fecimus, nostrorum sigillorum appensione roborantes. Datum in Soczczow in Festo Sanctae Gertrudis Virginis Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo."

Apud eundem folio 598—9. Ex originali. Contra Valachiae Vajuodam ipse Sigismundus mox profectus, licet initio insidiis circumuentus, ipsum tamen praelio fractum, ad pendendum quotannis tributum adegit. Thur. Chron. P. IV. Cap. 9. Litt. Sig. an. 1393.

CXIX.

Leonhardus de Pensauro, A. Episcopi Strigonien. Vicarius, quaerelam contra Parochos in Archidiaconatu Poson. existentes compositam, suo firmat assensu. A. 1390.

Vniuersis et singulis Christi fidelibus, praesentes Litteras inspecturis, Leonardus de Pensauro, Decretorum Doctor, Archi Diaconus Zagrabien. eiusdemque et Strigonien. Ecclesiarum Canonicus ac Reuerendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Joannis D. et A. S. G. Archiepiscopi Strigonien. etc. Vicarius in Spiritualibus Generalis, salutem in Domino sempiternam. Pridem quidem in sancta Synodo per praefatum Dominum Archi-Episcopum nuperrime celebrata, et per honorabilem Virum Dominum Martinum Concanonicum et sub — Custodem Strigoniensem contra et aduersus Honorabilem virum, Dominum Laurentium, Praepositum Ecclesiae Sancti Martini, alias Sancti Saluatoris, Posonien. et Plebanos seu rectores Ecclesiarum de Tewna, de S. Martino, de S. Laurentio, de S. Michaële, in Ciuitate Posonien. de S. Gergio in Samaria, de Pudmurich, de Longa villa, de Zewh, de Tyrnauia, de Nowaciuitate, de Mogondorf, de Rustne, de Specha, de Gremaro, de Dombo, de Wadench, de Wodorad, de Nadasd, de Payka, de Ciffer, de Zemch, de Weel, de Losinch, de Hahaych, de Prachan, de Rechesdorff, de Wozyn, de Lympach, de Entenberg, de Modra, de Sanbawich, de Wischach, de Ottondal, de Wönna, de Fanthosdorff, de Lewstorn, de Alba Ecclesia, de Liethendorff, de Stompha, de Gremaw, de villa Nucum, schuonicali, de villa Nucum teutonicali, de Superiori Crompa, de Mediocri Crompa, de Watisdor, de Sasan, de capella, de Selendorff,

de Rozonthal, de Fele, de S. Michaële, de Giwib. de Paldi, de Sarfew, de Zawar, de Sancta Cruce, de Maytech, Swrde Machid, de Galaaracha, de Taran, de Kiwich, de Gelyce, de Pathon, de Zeredahel, de Magyar, de Paka, de Weke, de Chakan, de Kartha, de Warkon. de villa Mariae, de Gwthor, de Przék, de villa Liupoldi, de Wayka, de Eberhard, de S. Andrea, de Ilka, de Wzur, de Zechanderyaswr, de Sancto Georgio, de Gumba, de Misseer, de Leeg, ceterosque Ecclesiarum Rectores, sub Praepositura dictae Ecclesiae Posoniensis, Strigonien. Dioecesis, propositum fuit, quod ipsi Plebani, seu Rectores Ecclesiarum spreta et quasi pro ludibrio habita ipsorum matre et principali Ecclesia, videlicet Sancta Strigonien. Ecclesia pro Chrysmate, et aliis sanctis vnctionibus ad praefatum praepositum dictae Ecclesiae Posonien. recursum haberent, et ibidem reciperent, iuraque in candelis et honorem ipsi Sanctae Strigonien. prouenire debentia ipse Praepositus pro se occupat, et in vsus proprios conuertit; in non modicum praeiudicium et grauamen praedictae Ecclesiae Strigonien. in praefatis, petentes iam dictae Ecclesiae Strigonien. de remedio oportuno prouideri. Pro parte autem praefati Domini Praepositi per Magistrum Laurentium Canonicum eiusdem Ecclesiae Posonien. nomine ipsius Praepositi Posonien. fuit responsum: quod dicti Plebani sub praedicta Praepositura existentes continue vsi fuerint pro dictis sacris vnctionibus ad Ecclesiam Posonien. adire, et ibidem sacras vnctiones praedictas recipere, et honorem solitum impendere; Plebanus autem dictae Ecclesiae Sancti Martini, qui fuerit pro tempore constitutus, ad sanctam Strigonien. Ecclesiam pro dicto Chrysmate et sacris vnctio-

nibus ire vel mittere consueuisset. Tandem dicta materia quaestionis coram nobis diutius ventillata, ad talem dictae partes deuenerunt concordiam; Quod Plebanus memoratae Ecclesiae S. Martini, alias S. Saluatoris, pro tempore constitutus, ad Sanctam Strigonien. Ecclesiam pro sacro Chrysmate et aliis sacris vnctionibus ire vel mittere teneatur, quibus habitis Plebanis seu Ecclesiarum rectoribus praefatis, in praescripta Ecclesia S. Martini, alias S. Saluatoris, et non alibi distribuat, et a quolibet ipsorum Plebanorum, secundum antiquam consuetudinem Metropolitanae et Matris Ecclesiae Strigonien. XL. candelas vnius palmae longitudinis, et quatuor denarios vsualis monetae recipiat, quarum candelarum medietatem in octauis festi B. Georgii Martyris ad Sacristiam Strigonien. Ecclesiae ipse Plebanus portare vel mittere debeat pro illuminatione necessaria ipsius Strigonien. Ecclesiae, et aliam medietatem praedicta Ecclesia collegiata sancti Martini, aliter S. Saluatoris, similiter pro illuminatione necessaria eiusdem Ecclesiae Posonien. teneatur assignare, ambabus partibus a nobis cum instantia petentibus, vt dictae compositioni et transactioni assensum pariter et consensum praebere dignaremur. Nos itaque considerantes, quod iustis petitionibus non est denegandus assensus, de mandato predicti Reuerendissimi in Christo Patris Domini, Domini Joannis, D. et A. S. Gratia Archiepiscopi Strigonieusis, Domini nostri, dictae compositioni et transactioni nostrum, et officy nostri praebuimus consensum, pariter et assensum. In quorum testimonium praesentes Litteras sigillo nostro Maiori in pendenti munitas concessimus. Datum Strigonii tertia die festi B. Georgy Martyris. Anno Dominicae Incarnationis MCCCXC-o. Indi-

ctione XIII. die vero decima tertia Mensis May. Pontificatus Sanctissimo in Christo Patris et Domini, Domini Bonifacy D. G. Papae noni, anno primo.“ L. S.

Ex originali in archiuo Metropolitani Capituli Strigoniensis existente.

CXX.

Capitulum Castriferrei de portione in Ivanch per Gregorium filium Nicolai Ajakas vendita fassionales edit. A. 1390.

Anno MCCCXC-o Gregorius filius Nicolai, filii Nicolai de Ajakas de Ivanch nomine etiam filii sui Nicolai, coram capitulo Castriferrei totam portionem in possessionibus Ivanch et Ujzaagh, post defectum Michaëlis, filii Dominici, fratris ipsorum patruelis, in ipsos deuolutam, Stephano, filio Joannis, filii dicti Nicolai Ajakas, de dicta Ivanch, pro sexaginta marcis, decem pensis computandis, perennaliter fatetur.“

E tabulario J. Curiae Regiae.

CXXI.

Idem Cap. super possessionibus abalienandis pro Agyagosianis priuilegium largitur. A. 1390.

Nos Capitulum Ecclesiae Castriferrei damus pro memoria, quod Petrus filius Stephani de Thusie in persona Petri filii Antonii filii Petri dicti Zeme de Agyagus ad nostram accedens presentiam per modum protestationis nobis significari curavit, ut ipse prefatum Antonium a venditione, impignoratione perpetuatione, et qualibet alienatione possessionum seu possessionariarum suarum portionum ubilibet habitam et quovis nomine vocata — — — — alios vero universos et quosvis signanter Magistrum Paulum

dictum Her de Frachno et Martinum dictum Merch, filium Bulfel de Sopronio ab emptione, in pignus receptione, et se quovis modo in easdem intromissione facta vel facienda prohibuerit ymo prohibuit contradicendo coram nobis Testimonio presentium mediante. Datum feria sexta proxima post octavas festi Corporis Christi. Anno ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo. A foris: pro Petro filio Antonii filii Petri Zeme de Agyagus contra Stephanum, Antonium — — prohibitorie.

Originale Diploma Papyro exiguo superscriptum asservat Nicol. Jankovich.

CXXII.

Cap. de Posega super concordia ratione portionis in Rosechnyk peracta testatur. A. 1390.

Nos Capitulum ecclesie beati Petri de Posega omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris Salutem in Salutis largitore, ad Universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Magister Johannes filius Tybaldi fily Leukus de Zenche, ab una parte Magister Ladislaus filius Petri dicti Castellan de Zenthleluk ex altera, coram nobis personaliter constituti, propositum exstitit, per eosdem et relatum ministerio vive vocis quod Ipsi in quibusdam factis eorum infrascriptis taliter inter se duxissent componendum imo composuerunt — coram nobis, quod licet idem Magister Johannes in facto totius possessionarie portionis olym Tybaldi fily Deseu Resechnyk — — — — — — Sigismundum dei gratia Inclitum Regem Hungarie nove sue donationis titulo ipsi Magistro Ladislao pridem donate prohibitionem — — — — — cum eodem Magistro Ladislao litem innierit, ta-

men quia ipse predictae donationi Regie resistere non valeret obhoc eandem — — — portionem cum omnibus utilitatibus et pertinentys Universis quovis nomine vocitatis sub eisdem metis et terminis, quibus per ipsum Tybaldum habita fuisset et possessa et in quantum ipsum Tybaldum contigisset ipsi Magistro Ladislao et per eum suis heredibus consensisset et permisisset ymo consensit et permisit teneri— — — coram nobis secundum seriem perscripte regie donationis et literarum super eam confectarum possidendam tenendam pariter et habendam ita videlicet quod si quocunque temporis curriculo idem Magister Ladislaus vel eius heredes eandem possessionariam Portionem Rozechnyk apellatam vendere vel inpignorare aut quovis modo alienare quod absit voluerint extunc eandem nulli alteri quovis modo dare possint nisi prefato Magistro Johanni, filiis Tybaldi haeredibusque eiusdem e converso autem idem Magister Ladislaus pro dampnis et nocumentis ac homicidio Petri condam famuli sepe dicti Magistri Johannis eidem Magistro Johanni illatis et perpetrato ut ipsi in perpetuum fraternaliter et pacifice valeant gratulari quendam unum locum piscarium vulgariter Rosechnyk Tanya vocatum ad eandem possessionariam portionem olim pretacti Tybaldi pertinentem ipsi Magistro Johanni filio Tybaldi consensisset et permisisset ymo consensit et permisit coram nobis in heredum heredes jure perpetuo et irreuocabiliter possidendum tenendum pariter et habendum ita tamen quod si eundem locum piscarium ipse Magister Joannes vel eius heredes temporis in processu similiter vendere vel impignorare aut aliter alienare voluerint extunc eundem lacum piscarium nemini hominum nisi praefato Magistro Ladis-

lao et suis haeredibus ut fuerit oportunum dare valeat is atque possit universas etiam literas inquisitorias quas post predictam donationem Regiam eedem partes contra se se hucusque emanare facere procurassent cuiusvis justitiarii Regni existant cassas reddiderunt et inanes ac penitus viribus carituras salvis litteris Regiis confectis super possessionaria donatione prenotata permanentibus in perpetuum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad petitionem partium perscriptarum eisdem partibus presentes concessimus literas pendentis sigilli nostri munimine roboratas ac Alphabeto trium litterarum intercisas. Datum feria sexta proxima ante quindenas festi Pasce Domini Anno ejusdem millesimo trecentesimo nonagesimo.

Originale Membranaceum juxta cum sigillo ovali pendenti conservat Nicol. Jankovich.

CXXIII.

Capitulum Chasmense super statutione iussu regis Sigismundi pro filiabus Orgovan peracta refert. A. 1390.

Serenissimo Principi Domino Sigismundo Dei gracia Inclito Regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. ac Marchioni Brandenburgensi, et Domino ipsorum Capitulum Chasmensis Ecclesie orationum sufragia devotarum vestra noverit Serenitas nos litteras vestrae Maiestatis nobis directas summa cum obediencia recepisse, in hec verba: Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo Ecclesie Chazmensis salutem et graciam. Cum nos nobilem Dominam Frusyna vocatam et puellam Cayeis appellatam filias Nicolai de Zecheud sororem videlicet condam Orgovan fily Aya ex uterina sorore ipsi-

us Orgovan procreatas, ac nobiles puellas Elena, et Resa nuncupatas filias eiusdem Orgovan hominis sine herede masculino defuncti, in universis Juribus possessionariis, ipsum Orgovan per ipsum possessas in filios et veros heredes masculinos procreavimus obhocque ipsa domina et puelle in dominium possessionum et portionum possessionariarum per ipsum Orgovan ut premissum in possessionem statui deberent, atque introduci, pro eo fidelitati vestre firmiter precipimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Egidius filius Gyuke vel Dionisius filius Andree, siue Georgius filius Stephani de Panthuth, aliis absentibus homo noster ad faciem uniuersarum possessionum, et porcionum possessionariarum per ipsum Orgovan in possessionibus Fyndvar Kemegynch et Slavnicha vocatis habitarum et possessarum vicinis, et commetaneis earum universis inibi legitime conuocatis ac presentibus accedendo introducat prefatas nobiles dominas, et puellas in Dominium earundem, satuatque easdem eisdem premisso Jure ipsis attinenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint euocet ipsos contra prefatas Dominam et puellas in nostre majestatis presentiam ad terminum competentem racionem contradiccionis ipsorum reddituros. Et post hec seriem ipsarum possessionarie introduccionis, et statucionis ut fuerit expediens, vel si necesse fuerit nomina contradictorum et euocatorum si qui fuerint, terminoque assignato nostre fideliter rescribatis majestati. Datum Bude Sabbatho proxime post octauas festi Pasce Domini anno eiusdem MCCCXC. Nos igitur mandato vestre Serenitatis obedire cupientes ut tenemur una cum prefato Gregorio filio Stephani de di-

cta Panythouth hominem vestre Maiestatis magistrum Thomam socium, et Concanonicum nostrum hominem nostrum ad premissa fideliter peragenda, pro testimonio duximus destinandum. Qui demum ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipse homo vestre maiestatis presente dicto nostro testimonio feria quarta proxima post festum natiuitatis beati Johannis baptiste, et alys diebus subsequentibus, et ad id sufficientibus ad facies universarum possessionum, et porcionum possessionariarum in dictis possessionibus Vyndvan Kenegynch et Slaunicha habitarum, per dictum condam Orgovan possessarum vicinis, et commetaneis earum universis, inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo ipsas nobilem Dominam et puellas in dominium earumdem introduxissent, easdemque eysdem premisso Jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendas, et tenendas statuissent nullo penitus contradictore apparente asseruerunt nihilominus coram nobis Ladislaus filius Philippi de dicta Vyndvar, et Stephanus filius eiusdem qui in suis et Georgy filii Martini fratris ipsorum patruelis personis onus eorundem super se assumendo in prefatis ger....per regiam Maiestatem facte, in possessionariam statucionem plenum prebuerunt consensum pariter et assensum. Datum sedecimo die ferie quarte prenotate. Anno domini supradicto.

Originale Diplomatis in membrana scripti sigillo provisi suis Cymeliis adnumerat Nicol. Jankovich.

CXXIV.

Capitulum Castriferrei transumtum Geysae regis litterarum anno 1137. confectarum, iussu regio in Sacristia sua requirit ac pariat. A. 1390.

Litera Capituli Castriferrei Priuilegialis feria

tertia proxima post festum Ascensionis Domini Anno eiusdem Millesimo, Tercentesimo, Nonagesimo habens in se verbotenus seriem aliarum Literarum eiusdem Geysae, similiter priuilegialium, in quindenis festi Inuentionis sanctae Crucis Anno Domini Millesimo centesimo, tricesimo septimo confectarum, et per ipsum Capitulum ac regium mandatum in eorum Sacristia requisitarum et reinuentarum."

Ex iisdem Comitis Simon. Rozgony Judiciariis An. 1412. Patet hinc repetitim memoratas Geysae II. regis literas in archiuo Capituli Castriferrei conseruatas fuisse.

CXXV.

Idem Capitulum de diuisione proportionali possessionis Franklo, alias Saarad inter Frankloanos peracta testatur. A. 1390.

Capituli Castriferrei priuilegialis litera feria quarta proxima ante festum Pentecostes Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Nonagesimo confecta modo consimili ordinem aliarum Literarum eiusdem capituli in festo Decollationis Beati Joannis Baptistae Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo exortarum, et ad regium literatorium mandatum requisitarum, inter Joannem, filium Görcz de Franklo ab vna, et Nicolaum, filium Nicolai, fily Frank de eodem Franklo, parte ab altera, coram ipso Capitulo Castriferrei sessiones siue loca curiarum in praedicta possessione ipsorum Franklo nuncupata, existentia, cum omnibus vtilitatibus eorum in duas partes proportionaliter diuisas distributa extitisse declarabat."

Indidem.

Anno 1391.

CXXVI.

Sigismundus R. H. ciuitati Poson. super negociatione equorum in duabus nundinis priuilegium largitur. A. 1391.

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. nec non Marchio Brandenburgensis etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis: Quod licet alias Serenitas Nostra universali Regio statuisset Edicto, ut nullus prorsus Incolarum Regni nostri, nec Extraneorum seu Forensium Equos cuiuscunque valoris seu aestimationis existant, spe duntaxat lucri seu causa mercantiae extra Regnum Nostrum Hungariae praedictum quovis modo deberet educere nec auderet; tamen Nos ob singularem favorem, quem ad Fideles Nostros Cives et Hospites Posonienses, qui nonnulla personarum et rerum dispendia hactenus pertulerunt, gerimus et habemus, volentes eorum incommodis aliquantisper Regia benignitate occurrere, ut iidem fideles nostri et profectu et numero augeantur, hanc ipsis ex speciali Regalis beneficentiae liberalitate gratiam duximus faciendam, quod videlicet universi Mercatores, negotiatores et alii forenses homines tam Incolae quam Extranei ad forum annuale seu liberum in ipsa Civitate nostra Posoniensi annis singulis in duobus terminis, scilicet in media Quadragesima, et in Festo Beati Laurentii Martyris iuxta modum et formam libertatis eiusdem fori annualis et ad ritum aliorum fororum liberorum celebrari consvetum, cum quibuslibet equis aestimationis et valoris cuiuscunque existant, causa negotiationis seu venditionis, seu in alios usus eosdem convertendi tute se-

cure et absque omni formidine accedere seu venire ac abinde ad propria, seu quo ipsis placuerit, redeundo, eosdem Equos vel alios quocunque secum abducere libere valeant atque possint, impedimentis quibuslibet procul motis, sub affidatione et protectione Nostra speciali, harum nostrarum testimonio litterarum. Quocirca vobis fidelibus nostris Comiti Posoniensi, vel eius Vice Comiti, ac etiam Castellano Posoniensi, nec non universis Tricesimatoribus, Tributariis, et Thelonеariis in dicto Comitatu Posoniensi existen. pro tempore coustitutis et in futurum statuendis firmissimo Regio sub edicto praecipiendo mandamus, quatenus in antea praefatos Mercatores seu forenses homines tam Incolas quam Extraneos cum equis ipsorum quibuslibet cuiuscunque valoris et aestimationis existant, causa mercantiae seu venditionis eorundem ad ipsum forum annuale in praedictis terminis, sub libertate aliorum liberorum fororum in ipsa Civitate nostra Posoniensi, ut praemittitur, annis singulis celebrari consvetum accedentes, et abinde Equos quoscunque deducentes, iuxta formam praemissae Nostrae Gratiae, nequaquam arestare, impedire, seu perturbare quovis modo praesumatis, et aliud sub indignatione Nostra gravissima facere non ausuri. Datum Budae Feria Tertia prox. ante Festum Corporis Christi Anno Domini Millesimo Tercentesimo Nonagesimo Primo.

In pergamena, Sigillum minus appressum. Communicavit Georg. Gyurikovits.

CXXVII.

Sigismundus eandem Cibiniensibus, quam Ciuibus de Brasso mercandi libertatem impertitur. A. 1391.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalma-

tiae, Croatiae etc. nec non Marchio Brandenburgensis etc. Omnibus Christi fidelibus, tam praesentibus quam futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in omnium Saluatore. Regiae dignitatis praefulgentius attollitur decor, et ornatus, si eadem suorum subditorum fidelium commodis et vtilitatibus inuigilans prouidebit erroneas nouitates abolendo, vt exinde ipsa glorietur, iidemque numero et fidelitate augeantur. Proinde ad vniuersorum notitiam volumus peruenire, quod fideles nostri, Judex, Jurati, Consules, Seniores et vniuersi ciues Cybinenses in nostrae celsitudinis conspectum venientes, nostrae dolorose significarunt Maiestati, quod cum ipsi, aut aliqui ex iisdem Prouincias, aut aliqua regni climata in acquisitione suorum victuum mercatores proficiscerentur, sicut per nonnullos nostros (omnia vt in Diplomate Brassouiensibus concesso Cod. Dipl. tom. X. vol. I. p. 665. — impedimento sine omni.) Harum nostrarum testimonio literarum. Datum in Colosuar, in festo B. Marci Euangelistae. Anno Domini M. CCC. nonagesimo primo." L. S.

Originale praesentis transumpti in membrana patenter emanatum, intus sigillo minore cerae rubrae ductili impresso, archiuum Cibiniense possidet.

CXXVIII.

Sigismundus R. H. Gallo de Zéch virtutis merito donationes impertitur. A. 1391,

Nos Sigismundus Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchio Brandenburgen. etc. Memoriae commendantes significamus tenore praesentium quibus expedit vniuersis: Quod nos recensitis et in regalibus praecordiis digna mentis meditatione reuolutis praeclaris fidelitatibus, laude dignis

obsequiis, ac sinceris complacentiis fidelis nostri, dilecti nobilis viri Magistri Galli de Zeech, aulae nostrae militis, quibus idem Maiestati nostrae in plurimis nostris et sacrae coronae agendis, prosperis scilicet et aduersis, sub diuersitate locorum et temporum, non parcendo suis rebus et personae eandem suam personam mortis casibus exponendo agilitate strenua et sollicitudine indefessa nobis se gratum reddidit et acceptum; attendentes nihilominus sinceritatis zelum, quem ipse fidelis noster dilectus magister Gallus de Zeech ad sacrum regni Hnngariae dyadema, ac ad nostram, et Serenissimae Principis Dominae Mariae, illustris reginae Hungariae etc. consortis nostrae carissimae, Maiestatis a dudum gessit, et gerere anhelat feruenti desiderio in futurum. Praemissorum itaque intuitu, et vt caeteri exemplati ad nostra seruitia feruentius animentur, volentes ipsi Magistro Gallo regio occurrere cum fauore, matura praehabita deliberatione, de certa Maiestatis nostrae scientia, et de beneplacita voluntate dictae Dominae Mariae reginae, consortis nostrae amantissimae sanoque ad id fidelium Praelatorum et Baronum nostrorum accedente consilio, possessiones nostras regales Sedlycze, Miklósvágása, et Sopotnycha, vocatas, in Comitatu de Saaros, existentes, quae alias eidem Magistro Gallo per nostram Maiestatem pro sexingentis florenis auri, vigore aliarum literarum nostrarum titulo pignoris obligatae fore dinoscebantur, eximentes et sequestrantes easdem a dominio et iurisdictione castri nostri Saarus, ipsas simul cum earum vtilitatibus, et praesertim sylua similiter Sopothnycza vocata, ac foro in dicta Sedlycze celebrari consueto, nec non terris cultis et incultis, molendinis, aquis, pratis, pascuis, syluis,

nemoribus, et ceteris pertinentys vniuersis, sub earum veris metis et antiquis, per nostram celsitudinem hactenus tentis possessis et seruatis, memorato MagistroGallo, suisque heredibus, nouae nostrae donationis et omni eo iure, quo eaedem nostrae incumbunt collationi, dedimus, donauimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus perpetuo possidendas, tenendas, pariter et habendas, sine tamen praeiudicio iuris alieni, harum nostrarum testimonio literarum. Quas dum nobis in specie reportauerint, in formam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum Budae, in festo beati Thomae Apostoli. Anno Domini MCCCXCI-o.“ L. S.

Ex originalibus eruit Kaprinay MSS. Tomo XXXVIII. p. 90—91. sub B.

CXXIX.

Sub Sigismundo R. H. Sodalitas benefica orta. A. 1391.

Ad laudem Summae Trinitatis, ex qua omnis creatura sumpsit exordium, piaeque Genitricis Dei semper V. Mariae, quae peccatoribus veniam criminum, sitibundis vndique riuulos emanat misericordiae, cunctorumque Spirituum in coelestibus Regnis, semper decorato in solio stellato, sedenti Regi Regum Domino incessabili voce clamantium S. S. S., ac gloriosorum Principum Apostolorum, Petri et Pauli, eximiique Martyris, Blasii Sanctissimi famosae Ciuitatis Ragusiae Patroni, ac Beatissimi in Christo P. et D. N. D. Bonifacii Vniuer. Ecclesiae Papae IX. suique fidelissimi in Christo Filii Vincislaui Romanor. Imperatoris, nec non et Serenis. D. D. Sigismundi Regis Vngariae, Poloniae, Croatiae, et Dalmatiae etc. eorumque fidelissimi Regiminis Ragusini, et bonum statum eiusdem ciuitatis in futurum

augmentatione deuotionis, Nobilium ac populi totius, omnium Fratrum et Sororum tam praesentium quam futurorum adhaerentium subleuamen spirituale, vniuersorumque fidelium defunctorum, et maxime benefactorum nostrorum indulgentiam, et remissionem peccatorum, poenarumque alleuiationem congregatis ciuibus et ex quauis parte mundi sacerdotibus tunc commorantibus Ragusii, currentibus annis millesimo, trecentesimo, nonagesimo primo, Indictione XIII. die XI. Augusti, tempore, quo vir Ven. Fr. Andreas de Durac. Ordinis Praedicat. olim Prouinciae Dalmatiae Prior Prouincialis, praesidebat Ecclesiae Ragusinae Archiepiscopali infula decoratus, de eiusdem voluntate et consensu, ac totius Capituli eiusdem Ecclesiae, cum laude Dominii, totiusque populi praefatae Ciuitatis, ad osculum pacis, ac in viceribus charitatis fecerunt et ordinauerunt congregationem, seu confraternitatem sub nomine et vocabulo B. Petri Apostolorum Principis, iuramento inuicem facto de fide et legalitate perpetuo inuicem seruando, sicut decet Sanctos et veritatis exemplares, cum aliquibus capitulis regulatis infrascriptis, ad conseruand. et manutenend. d. Confraternitatem, perpetuo non deserendam. Instituentes vero primo sub anni termino tres bonos viros probos ac fide dignos, Petrum de Svinis in Driuasto, Petrum Caputapis de Albania, et Petrum qu. Nicolai de Albis de Ragusio Presbiteros, habitantes tunc in d. Ciuitate Bajulos, siue Procuratores, qui tenere debeant et custodire ac procurare bona, augmentum et vtilitatem, siue conseruationem, nec non et perseuerantiam, promissionumque obseruationem d. Fraternitatis ad praesens, et in posterum ipsi et eorum Successores, qui pro tempo-

re erunt, per omnes Fratres, siue per maiorem et saniorem partem ipsor. instituti ad praedicta sub forma et Sacramento eis praestito, siue praestando, vti habetur in Capitulo infra scripto de officio Procuratorum."

Confraternitatem hanc Sixtus IV. et Clemens VIII. Papae confirmarunt: suisque ornarunt priuilegiis, scopus fuit: Captiuos pretio liberare, dotem pauperibus puellis sufficientem tribuere, languentibus Presbiteris et pauperibus hospitium ac vitae adminicula suppeditare, recuperandae sanitatis media procurare, et eleemosynas pro defunctis subministrare. Apud Farlat. l. c. p. 141—145.

CXXX.

Sub Bonifacio IX. PP. pro mulieribus Sibenicensibus monasterium Ordinis S. Clarae fundatur. A. 1391.

Bonifacius Episcopus etc. Magnae deuotionis et sinceritatis affectus, quem ad nos et Romanam Ecclesiam, non sine magno laudis praeconio gerere vos comprobamus, non indigne meretur, vt votis vestris, illis praesertim, quae ex feruore deuotionis prodire conspicimus, et per quae diuinus cultus adaugeri valeat, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus, exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod cum in ciuitate Sibinicensi infra fines — — vestri quaedam ecclesia sub vocabulo S. Saluatoris sit constructa, apud quam nonnullae mulieres, non tamen alicuius regulae approbatae professae resident; vosque zelo deuotionis accensi, ac etiam cupientes terrena cum coelestibus commutare, de bonis a Deo vobis collatis dictam Ecclesiam, in monasterium sub vocabulo B. Catharinae, ordinis S. Clarae, cum campanili — — et aliis necessariis officinis erigere, ipsum-

que monasterium per 20. moniales cum Abbatissa dicti ordinis, quae Domino possint perpetuo famulari, sufficienter dotare proponatis, et etiam intendatis, pro parte vestra nobis humiliter fuit supplicatum, vt vobis premissa faciendi licentiam concedere dignaremur. Nos igitur precibus vestris inclinati, vobis, ut dictam Ecclesiam in huiusmodi monasterium, vt praefertur, erigi, aedificari et construi facere cum campanili et officinis huiusmodi, nec non monasterium ipsum dotare pro huiusmodi viginti monialibus et Abbatissa ac earum ministris; ac dictum monasterium cum iuribus et pertinentiis suis dicto Ordini Sanctae Clarae donare libere valeatis, dioecesani loci et cuiuscunque alterius minime requisita — — — indulgemus; iure tamen parochialis ecclesiae saluo, et sic tamen, quod mulieres praedictae si in dicto monasterio ordinem ipsum profitendo voluerint perpetuum Domino reddere famulatum, et ad id fuerint idoneae, in moniales et sorores eiusdem monasterii recipiantur, et etiam admittantur; si vero huiusmodi mulieres, siue earum aliqua, vel aliquot nolunt, aut volunt dictum ordinem profiteri; nihilominus de fructibus, redditibus et prouentibus ipsius ecclesiae, si qui sunt, necessaria, dum vixerint, ministrentur eisdem. Et insuper cum praedictum monasterium erectum et sufficienter per vos dotatum fuerit, ut praefertur, volumus, quod Abbatissa et moniales ipsius monasterii pro tempore existentes, omnibus — — monialibus et earum praelatis dicti ordinis in aliis monasteriis atque locis, eiusdem ordinis, degentibus, ab Apostolica sede concessis, fundatis sub vocabulo S. Clarae, et ordinis praedicti, gaudeant et vtantur constitutionibus etc. non obstantibus quibuscunque

etc. Datum Romae apud S. Petrum — — — kalendas Januarii anno secundo." Id est: MCCCXCI.

Apud Farlat. Tomo IV. fol. 464.

CXXXI.

Conuentus Simigh. Inter condonatarios, et generationales de Szent-György conuentionem exhibet. A. 1391.

Stephanus et Joannes, filii Magistri Thomae, per notam Gregorii, filii Nicolai, filii olim Pauli, de Szent-György, vniuersas eius portiones possessionarias in possessionibus Szent-György, Damaloslaka, Tardos, et Marchodon, alio nomine Enyzd, vocata, Comitatui Simigh. adiacent. habitas impetrant; mox tamen per fratres dicti Gregorii, vtpote Nicolaum, et Paulum de Szent Ggyörgy, impetiti, cum iisdem coram conuentu de Simighio taliter accordant, vt praefati condonatarii remissis reliquis portionibus vnicam tantummodo possessionem Marchedon, alio nomine Enyzd, dictam, inque vicinitate alterius possessionis similiter Enyzd vocatae, et ad Ecclesiam S. Martini de monte Pannoniae pertinentis situm, in perpetuum teneant; qua occasione metae quoque eiusdem possessionis reambulantur." Anno MCCCXCI-o."

Ex analectis Alex. Gyurikovich.

CXXXII.

Capitulum Castriferrei de quinque fundis curialibus per Gregorium de Ivánch venditis fassionales edit. A. 1391.

Anno MCCCXCI-o Gregorius, filius Nicolai, filii de Ivanch, nomine etiam filii sui Nicolai coram Capitulo Castriferrei, quinque fundos Curiales, duos in possessione Ivanch, Stephano, filio Joannis

Ajakas, fratri suo putrueli, de eadem pro sexaginta marcis grauis ponderis perennaliter fatetur."

E tabulario J. Curiae regiae.

CXXXIII.

Sigismundus R. H. de possessione Karád cum pertinentiis, in Comitatu Simigh. Claustro Carthusiensium S. Michaelis Archangeli de Leweld, in permutationem possessionis Barbach etc. sine contradictione statuta, testimoniales edit. A. 1391.

Literarum Domini nostri Sigismundi regis Priuilegialium, anno Domini MCCCXCI. decimo kalendas Mensis May, regni autem sui anno quinto, sub priori dupplici maiori suo sigillo annulato emanatarum, continentium in se seriem duarum Literarum, vnius eiusdem Domini nostri regis patentium, cambialium, Budae feria quinta proxima ante Dominicam Laetare Anno Domini MCCCXC-o et alterius vestrae (Ecclesiae Veszprimiensis) anno in eodem priuilegialiter editarum tenor declararat, quomodo idem Dominus noster Sigismundus Rex sana et matura vna cum Praelatis et Baronibus suis deliberatione praehabita, quasdam possessiones claustri B. Michaëlis Archangeli de Leweld, Uri, cum Lacu, similiter Barbach appellato, item Sarkay (Sárkány ?) Kisfalud vocatas, in Comitatu Symegiensi et Sproniensi existentes, nec non fluuio Rabcza et piscaturis eiusdem ad praedictam possessionem Sarkay pertinentibus, pro sua Maiestate placibiles, a claustro B. Michaëlis Archangeli de Leweld, nec non Priore et Fratribus in eodem claustro Deo Altissimo Conditori iugiter famulantibus cum iure Patronatus Ecclesiae in dicta Barbach existentis, aliisque quibusuis vtilitatum earum integritatibus ad suas regias manus applicasset, praetextu quorum ipse Dominus

Rex dictum claustrum de consensu et beneplacita voluntate Dominae Mariae reginae, consortis suae suorumque Praelatorum, et Baronum consilio remunerari volens, via permutationis quamdam possessionem suam regalem Kaarad vocatam simul cum villis ad eandem rite spectantibus, videlicet Eolves et alia Eolves, item Thythew, Ban, Ker, Thardy, Rehi, Feheregyhaz, Kepes Thelky, Cuph, Andacs, Egyhazas Szamard, Lichamard, et Endred nominatas, in Comitatu Symegiensi habitas, ipsi Claustro et Fratribus in eodem Domino famulantibus, in aeternam Elemosinam, cum omnibus earum vtilitatibus et pertinentiis, sub suis veris metis et antiquis de plenitudine suae Regiae potestatis, nouae suae donationis titulo, et omni eo iure, quo eaedem rite suae incubuissent collationi, de suis regiis manibus dedisset et contulisset perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas absque praeiudicio iuris alieni. Regii itaque et vestri homines, literis in eisdem nominati ad facies dictarum praescriptarum possessionum Karad, Eolves, ac alterius Eolves, Rhötheus, Bar, Ker, Tard, Czehy (sic) Teherhaz (sic) Chepel (?) Thelky, Kumph Egyhazas Szamard, Liksamard et Endred vocatarum vicinis et cometaneis ipsarum vniuersis, inibi legitime conuocatis accedendo, praefatum Priorem memorati Claustri B. Michaëlis Archangeli de Leweld, et Fratres Carthusienses, claustro in eodem Deo famulantes, in dominium possessionum earumdem introduxissent, easdemque eisdem Priori et Fratribus antedictis, saluis Ecclesiae Vestrae, et vestris et aliorum Juribus possessionariis in eisdem remanentibus, nullo contradictore apparente, statuissent.“

E sententia iudiciaria Nicolai Gara Palatini Anno 1429. emanata in archiuo Posonien. Capituli existente.

Protestatio Andreae dicti Gyöpös de Kis Herestény ratione metarum coram Georgio filio Pető, de Gerse, Vice Comite et quatuor Judlium Comitatus Barsiensis interposita. A. MCCCXCI.

E chartario familiae Gyepes.

CXXXIV.

Conuentus Lelesziensis Perényianos a possessionis Thoronya occupatione per Moniales S. Clarae de Patak prohibitos, attestatur. A. 1391.

Prohibitoriae religiosarum Dominarum Sanctimonialium Ordinis Sanctae Clarae in claustro S. Annae de Patak fundato degentium, contra Nicolaum, Ladislaum, et Jacobum, filios et Dominam relictam condam Nicolai de Perén Bani, item Nicolaum, filium Joannis de dicta Peren, super occupatione medietatis possessionis Thoronya. Anno MCCCXCI-o."

Originales in Archiuo Lelesziensi.

CXXXV.

Conuentus de Jászó super quartalitio de possessione Gergelyfalua exsoluto nobiles de Fizi expedit. A. 1391.

Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis — Johannes prepositus et conuentus Monastery beati Johannis Baptiste de Jazow salutem in omnium Salvatore, proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire quod Emericus filius Jakobi de Fizy, pro se personaliter et pro Domina Elisabeth vocata genitrice sua sine litteris procuratoriis ac Stephanus filius Ladislai de eodem Fizy nec non Thomas filius alterius Jacobi similiter pro se personaliter et pro

Marco Ladislao Petro et Paulo fratribus suis uterinis modo simili sine litteris procuratoriis onus tamen et gravamen si in infrascriptis persistere nollent predictus Emericus filius Jacobi et Thomas filius Jacobi alterius super se ipsos assumendo ab una et Paulus filius Leukus de Huchka cum sufficientibus litteris nostris procuratoriis pro Andrea et Dyonisio filii Johannis de Olchwar parte ab altera coram nobis personaliter constituti per eosdem Emericum Stephanum et Thomam in suis, ac dictus Emericus et Thomas in prescriptis dictorum nobilis Dominae nec non Marci Ladislai Petri et Pauli — — exstitit propositum et relatum oraculo vive vocis in hunc modum quod ipsi universa jura quartalicia ipsorum in possessione Gergelfalva alio nomine Amade Ida vocata quas ipse de huius regni consvetudine approbata de portionibus possessionariis Bartholemaei filii Jacobi et Egydy filii Johannis Iuris moderamine reoptinere et habere p — — amicabilem compositionem inter ipsos factam memorato Andree Dynisio filii predicti Johannis pro quatuordecim florenis numeri Cassensis in perpetuum et irreuocabiliter — contulissent ymo dederunt et contulerunt coram nobis perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas quos quidem fratres predictus Paulus filius Leukus procurator — et Dyonissii absque nona et decima partibus pure et integre eisdem Emerico filio Jacobi ac Stephano filio Ladislai nec non Thome filio alterius Jacobi plenarie soluerunt coram nobis ita tamen quod predicti Emericus, Stephanus, et Thomas, in suis et prescripti Emericus et Thomas in prescriptis dictorum nobilis Dominae Elisabeth vocatae nec non Marci, Petri, Ladislai et Pauli filiorum dicti Jacobi

ab omnibus inpetitionibus pretextu dictorum iurium quartalium et eosdem Andream et Dyonisium ac eorum posteritates in pacifico Dominio laboribus eorum propriis et expensis tenebuntur defendere expedire et defensare, in cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales per medium alphabeti intercisas pendentis et autentici sigilli nosri apensione duximus concedendas. Datum in octavis festi Pentecostes Anno Domini MCCCXCI-o."

Originale Membranaceum cum sigillo pertinet ad Nicolaum Jankovich.

CXXXVI.

Capitulum Jaurinen. patronatus iuris literas pro ciuitate Sopron. transumit. A. 1391.

Capitulum Ecclesiae Juuriensis Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam tenentibus, salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum notitiam tam praesentium, quam futurorum harum serie volumus fieri manifestum, quod probi et honesti viri Johannes Sinbertenseg dictus, Judex Ciuitatis Soproniensis et Nicolaus iuxta claustrum, Magister ciuium dictae ciuitatis Sopronien. in nostram personaliter accedentes praesentiam, exhibuerunt nobis quasdam literas papireas, Magnifici Viri Nicolai, filii Johannis de Canisa, Magistri Tauernicorum regalium, sub impressione sigilli sui, petentes nos cum instantia, praesertim in suis et totius communitatis dictae ciuitatis Sopronien. personis, vt tenorem earumdem litterarum transcribi et transsumi, nostroque sigillo consignari facere dignaremur; cuius tenor talis est:

Nos Nicolaus, filius Johannis de Canisa Magister Thauernicorum regalium, Comesque Zaladien. Castriferrei et Sopronien. Comitatuum, memoriae commendamus, Quod, quia Johannes Litteratus de Chepregh plebaniam seu rectoratum Ecclesiae Parochialis Beati Michaëlis Archangeli de Sopronio, per mortem Nicolai Presbiteri vacantem, à Domina nostra Maria regina Hungariae sibi impetrauerat, et per donationem eiusdem Dominae reginae, in eandem plebaniam intrare nitebatur, quem ydem ciues non intromiserunt, eidem contradicendo, rationeque huiusmodi non intromissionis, praefatos ciues et Juratos Eadem Domina regina in praesentiam sui fecerat euocare. Et quia praefata Domina regina in termino, quo eosdem ciues vocare fecerat, ab hinc recesserat, procedendi more consueto, ideo praenominatus Johannes litteratus ab vna, parte vero ab altera ex praedictis ciuibus de Sopronio coram nobis personaliter constituti, litteras ipsorum libertatis exhibuerunt. In quibus vidimus contineri, quod ipsi eligendi, conseruandi, et deponendi, quemcunque voluerint Plebanum, habeant facultatem. Quibus visis et perceptis annotatus Johannes litteratus praedictam plebaniam seu rectoratum Ecclesiae praenominatae cum omnibus suis iuribus et perpetuis remisit et resignauit coram nobis. Eosdem ciues pacificos et quietos permisit hac parte. Assumendo idem Johannes Litteratus, nostri in praesentia, quod praenominatos ciues et alios quoslibet Rectores dictae Ecclesiae successores nunquam vllo tempore molestaret, nec viuentibus Serenissimis Principibus Dominis Regi et reginae Hungariae querimoniam porrigeret aliqualem. Ad quod se coram nobis promissione spontanea obligauit testimonio

testimonio praesentium mediante. Datum Budae feria quarta proxima post Dominicam Reminiscere. Anno Domini M-mo CCC-mo nonagesimo primo. Nos igitur iustis et legitimis petitionibus prouidorum virorum Johannis Simbertenseg Judicis ac Nicolai Magistri ciuium ciuitatis Sopronien. fauorabiliter inclinati praefatas litteras Magistri Thauarnicorum regalium roborauimus. Ad verbum, nihil addendo, nihilque diminuendo, transcribi et transumi, magnoque sigillo priuilegiali consignari fecimus, vberiorem Rei ad cautelam. Dat. secundo die festi Sancti Laurentii Martyris. Anno Domini M. CCC. nonagesimo primo."

Communicauit Nic. Jankovich.

CXXXVII.

Capitulum Strigoniense iussu Regis Sigismundi Ladislaum de Saro, in possessione Mikola e conuentione pactata statutum rescribit, A. 1391.

Excellentissimo principi domino Sigismudo dei gratia Illustri Regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchionique Brandenburg. etc. domino ipsorum metuendo, Capitulum Ecclesie Strigonien. orationes in domino debitas et deuotas, literas vestre serenitatis omni qua decuit cum reuerencia nos recepisse noueritis, in hec verba: Sigismundus dei gracia Rex Hungarie, Dalmat. Croat. etc. ac Marchio Brandenburg. etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Strigonien. Salutem et graciam. Dicit nobis magister Ladislaus filius Petri de Sarow quomodo ipse in dominium possessionum condam Johannis fily Andree de Mykola ipsum magistrum Ladislaum pretextu cuiusdam compositionis et ordinationis inter ipsum ab vna et eundem Johannem parte

ex altera facte, continentias, legitime vellet introire, si contradictio cuiuspiam sibi non obuiaret in hac parte, Super quo fidelitati Vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum quo presente Petrus filius de Wolchan (?) vel Stephanus filius Mychk de Fegvernek, an Johannes filius Abor de Gereg, aut Georgius de Eadem, aliis absentibus homo noster ad facies praedictarum possessionum condam Johannis, fily Andree, vicinis et commetaneis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo Introducat prefatum Magistrum Ladislaum in dominium earumdem, statuatque easdem prelibato magistro Ladislao Jure tibi incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra sepefatum magistrum Ladislaum in nostram presenciam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post haec ipsius statutionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post Festum beatorum Peter et Pauli apostolorum. Anno Domini M-mo CCC-mo nonagesimo primo. Nos igitur mandatis vestris humiliter obedientes, vt tenemur, vna cum praefato Stephano, filio Mychk, homine vestro superius expresso, vnum ex nobis, videlicet honorabilem virum Dominum Gregorium Archidiaconum hunthensem, socium et concanonicum nostrum, ad ea, quae in eisdem literis vestris superius expressis continentur peragenda, pro testimonio duximus transmittendum. Tandem ydem ad nos exinde reuersi nobis concorditer retulerunt: quod ipsi feria sexta proxima post festum sancti Ja-

cobi Apostoli proxime praeteritum, ad faciem dicte possessionis Mykola in Comitatu Barsiensi existentis, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accessissent, ibique idem homo Vester, presente nostro testimonio predicto, prefatum magistrum Ladislaum in dominium prefate possessionis introduxisset, statuissetque eandem eidem Jure sibi incunbenti perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore ibidem apparente, vbi etiam tribus diebus continuis moram trahendo permansissent, regni consuetudine requirente. Datum quarto die termini praenotati. Anno Domini MCCCXCI-o."

E transumto regis Sigismundi A. 1392. emanato. V. infra.

CXXXVIII.

Mirxa Vajuoda Transalpius priorem suam confoederationem cum Wladislao Rege Poloniae aduersus Regem Hungariae approbat et confirmat. A. 1391.

Miricius Dei gratia Woiewoda Transalpinus, Fogaras et Omlas Comes; Tristi Dominus ac territorii Dobrodicii Despotus etc. Significamus quibus expedit vniuersis, quod cupientes inire foedera inuiolabilis amicitiae cum Serenissimo Principe, Domino Vladislao Rege Poloniae etc. de Baronum nostrorum vnanimi consilio ordinationem huiusmodi fecimus, alias atque perpetuis quidem temporibus ab vtraque parte tenendam et irrefragabiliter obseruandam, quod memoratum Dominum Wladislaum Regem toto nosto posse atque potentia, dum nostrum auxilium postulauerit, ac homines sibi subiectos ab insultu et hostili incursu Regis Hungariae, ac ipsius omagialium, et quorumlibet hominum sibi subiecto-

rum; contra alios vero praedicti Domini Wladislai Regis aemulos aut iniuriatores, quoslibet, ipsum iuxta arbitrii nostri beneplacitum iuuare promittimus et spondemus quemadmodum amico facere expedit, atque decet. Idemque Dominus Vladislaus Rex ad nostram postulationem contra regem Hungariae et ipsius Subditos pro toto ipsius posse, atque potentia Nos debet et tenebitur adiuuare; contra alios vero nostros aemulos iuxta ipsius liberi arbitrii beneplacitum Nobis auxiliabitur, vt amicus. Quas quidem priores nostras Literas et obligationes gratas et ratas habentes, ipsas tanquam earum tenor de verbo ad verbum praesentibus esset insertus, approbamus, ratificamus, et vigore praesentium confirmamus; adiacentes et adiungentes, quod si quis ex nobis motionem aliquam facere, et se nobis opponere praesumpserit, aut attemptauerit aliquid contra eundem Dominum Vladislaum, talem volumus vna cum iam dicto Vladislao Rege, et ipse Nobiscum compensando debite tollere. In cuius rei euidentiam et perpetuam firmitatem sigillum nostrum maius per Maynam et Volculum, Comites nostros fideles praesentibus appendi fecimus. Datum in Lemberga in octaua Beatorum Petri et Pauli Apostolorum. Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo."

Apud Dogiel l. c. fol. 599. Ex originali. Haec Mirxae Vajuodae infidelitas eo grauior fuerat, quo maiori Sigismundus anno hoc vsus fuerat fortuna; nam et Turcas, Sirmiensem prouinciam incursantes, semel iterumque clade affectos, ab agendis praedis cohibuit; spes quoque fuerit Bosniae, Joanne de Palisna, coniurationis capite XIV. Febr. et Twartko, Bosniae rege, XXIII. Martii, defunctis, ac coniuratorum rebus conclamatis, compo-

nendae. Lucius Mem. istor. p. 352. et Paul. de Paulo l. c. p. 729.

Anno 1392.

CXXXIX.

Joannes A. Episcopus Strigoniensis decimas exarendat ab Episcopo Veszprim. A. 1391.

Joannes A. Episcopus Strigoniensis decimas cultelli Germen, ab Episcopo Veszprimiensi Martino centum quinquaginta marcis exarendat. Anno M-o CCCXCII-o.

Orig. in archiuo Veszprim.

CXL.

Sigismundus R. H. Ciuibus Poson. interusurium, a pecunia ad culturam vinearum a Judaeis mutuata, obueniens, et exaggeratum relaxat. Anno 1392.

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. notum facimus universis praesentes inspecturis: quod quia fideles Cives et Hospites, ac universi Populi nostri de Posonio Vineas ipsorum in praesenti Anno cum maxima pecuniarum quantitate, sicuti iidem Nostrae asserunt Maiestati, a Judaeis dictae Civitatis nostrae causa mutui receptarum et habitarum, super quam non modica usura evenisse iam perhibetur, coli fecerunt et coluerunt, in vinisque eorundem indifferenter propter frigidi temporis invasionem indicibilia damna perpessi fore Celsitudini Nostre astruuntur; ideo nos ad ipsorum humillimam et devotam supplicationis instantiam Nobis porrectam exinde, omnes et singulas usuras, quae duntaxat, ut praemittitur, in anno praesenti super

iam dictam pecuniarum quantitatem crevissent, et multiplicatae haberentur, eisdem Civibus et Hospitibus ac cunctis Populis nostris de dicto Posonio duximus gratiose relaxandas, ita videlicet, quod iidem Cives et Hospites ac singuli Populi nostri principalem seu capitalem pecuniam dictorum Judaeorum nostrorum ex integro eisdem persolvere teneantur, harum nostrarum testimonio Litterarum. Datum Tyrnaviae Feria Quinta proxima post Festum Undecim Millium Virginum, Anno Domini Millesimo Tercentesimo Nonagesimo Secundo."

Sigillum annulare infra textum impressum. In membrana. Georgius Gyurikovits.

CXLI.

Sigismundus Rex Hungariae transumtis literis possessionem Mikola Comitatus Barsiensis, eam vigore compositionis obtentam Ladislao de Saro, Comiti Temesien. noua donatione confert et confirmat. A. 1392.

Igismundus dei gracia, Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, ac Marchio Brandenburg. sacri Romani Imperii Archicamararius, Regnorum Bohemie ac Lucenburgen. heres. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Regie serenitatis glorie conuenit et honori, fidelia fidelium obsequia vbertatis gratia secundare, promptumque suorum animum promptiorem efficere retribucionis cum fauore; proinde ad vniuersorum tam praesencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire: Quod vir magnificus dominus Ladislaus, filius Petri de Sarow, Comes Themesiensis fidelis noster dilectus, nostrum regium

personaliter adiens conspectum, exhibuit nobis quasdam tres literas, vnam videlicet serenissimi Principis condam Domini Lodouici regis patris et soceri nostri carissimi patentem, qua mediante idem dicto magistro Ladislao et condam Johanni filio Andree de Mykola, ex gracia speciali admisisse et concessisse dinoscitur, vt ipsi vniuersas possessiones eorum et queque Jura possessionaria, vbilibet habita, quibus maluerint in toto vel in parte rite dandi vendendi legandi alienandi et perpetuandi tutam libertatem et absolutam haberent facultatem. Et aliam honorabilis capituli ecclesie Strigonien. similiter patentem, super huiusmodi fassione eorumdem, vt si aliquis ex ipsis prius sine heredum solatio decedere contigerit, extunc vniuerse possessiones et possessionarie portiones eiusdem in alium deuolui deberent et condescendi, ac terciam eiusdem capituli Strigoniensis clausam nobisque rescriptionalem super legitima statutione possessionis dicte quondam magistri Johannis hominis sine heredum solatio sexus masculini decessi, Mykola appellata, in Comitatu Borsiensi habite, pro ipso rite factis confectas, tenorum subsequentium Supplicans exinde idem nostre maiestati prece subiectiua, vt easdem trinas litteras ratas gratas, et acceptas habendo nostrisque litteris priuilegialibus verbo tenus inseri et redigi faciendo pro ipso eiusque heredibus Innouantes perpetuo valituras confirmare ac fassioni eorumdem intra fate nostrum regium consensum prebere et assensum dignaremur. Quarum quidem litterarum, vnius videlicet ipsius condam Domini Lodouici regis patentis tenor Is est: Nos Lodouicus (V. supra ad annum 1377.) Alterius vero literae ipsius Capituli Ecclesie Strigonien. similiter patenter emanate,

tenor sequitur in haec verba: Nos Capitulum Ecclesie Strigonien. (V. supra ad annum 1378). Tercie siquidem litere similiter praefati Capituli Ecclesiae Strigoniensis clause continencia foret talis: Excellentissimo principi domino Sigismundo, dei Gracia illustri regi — Capitulum Ecclesiae Strigoniensis (V. supra ad an. 1391.) Nos igitur iustis et Juri consonis ipsius, Magnifici viri domini Ladislai, filii Petri supplicationibus antefatae nostrae Maiestati per eumdem modo praemisso condecenter oblatis regia benignitate exauditis fauorabiliter et admissis, praetaxatas trinas literas non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed mera veritatis et plenitudinis integritate prepollentes, presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali, insertas quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, requirentibus nichilominus innumeris fidelibus seruitiis et laude dignis obsequiis ac sinceris et virtuosis complacentiis, ipsius magnifici viri Domini Ladislai per ipsum sacro regio diademati et per consequens regie et reginalibus ac nostre maiestatibus locis et temporibus oportunis cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, de consensu etiam et beneplacita voluntate ipsius Serenissime Principis, Domine Mariae regine, consortis nostre karissime, Prelatorumque et Baronum nostrorum consilio prematuro, mera auctoritate et potestatis plenitudine ac ex certa scientia nostre maiestatis prefatas litteras simul cum premissis concessione graciosa et statutione possessionis antefatae, in tenoribus earumdem superius latius explicatis, predicto viro magnifico domino Ladislao, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis innouantes perpe-

tuo valiturus confirmamus premisseque fassioni eorumdem nostrum regium consensum prebemus et assensum, presentium patrocinio mediante. Saluo Jure alieno. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus eidem litteras nostras priuilegiales pendentis et authentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus reuerendissimi in Xto patris, et domini domini Johannis archiepiscopi Ecclesie Strigonien. locique eiusdem Comitis perpetui, ac aule nostre, et ipsius reginalis maiestatum eximii cancellarii, dilecti nostri et fidelis. Anno Domini M-mo CCC-mo nonagesimo secundo, sexto idus mensis Marcy, regni autem nostri anno quinto, Vener. in Xto patribus et Dominis Valentino tit. sancte Sabine sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali, et alme ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, ac eodem Domino Johanne ipsius ecclesie Strigonien. Nicolao Bubek electo confirmato Colocen. Petro Jadren. Andrea Spalaten. et altero Andrea Ragusien. archiepiscopis. Johanne Warad. Demetrio Transyluan. Johanne Zagrabien. Stephano Cykou Agrien. Johanne Boznen. Martino electo Wesprim. Johanne Jaurien. Petro Wachien. Johanne Sirmien. Gregorio Nitrien. Johanne Chanadien. Grisogono Tragurien. Francisco Scardonen. Paulo Tragurien. Johanne Nonen. Mattheo Sibinicen. Nicolao Corbauien. et Johanne Sennien. ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus. Nec non magnificis viris Stephano regni nostri Palatino etc. Judice Comanorum, Emerico Bubek wayuoda Transiluano et Comite de Zolnuk, Comite Johanne de Kapolya, Judice Curie nostro, Detrico similiter Bubek totius regni Slauonie, Stephano de Lossunch Machouien. Zemere de

Gerebenth Zeur. Banis, Nicolao filio Johannis de Kanysa Tauarnicorum, Leustachio de Ilsua Janitorum, Georgio de Chutnuk dapiferorum, Johanne de Peren Pincernarum et eodem Domino Stephano Palatino agazonum nostrorum magistris, Styborio de Styborchych, Comite Posonien. alysque quam pluribus regni nostri Comitatus tenentibus et honores." L. S. pendentis ast confracti.

Ex ipsa originali membrana Camerali. Suprascriptum: propria Commissio domini nostri regis.

CXLII.

Sigismundus R. H. ad Nicopolim Minorem, infeliciter pugnans, fertur Blasio Cserei de Baroth insignia gentilia contulisse. Anno 1392. 1393.

Claritatem nominis, armorumque insignia Blasius Cserei de Barót, sub Sigismundo Rege Vngariae ad Nicopolim (Anno 1392.) cum Bajazethe Turcarum Tyranno, infeliciter confligente, peperit. Tum enim Blasius vitae regiae ferociter imminentem Turcam, pene prius capite minuit, quam Rex periculum obseruare potuerit. Subinde resecto Barbari capite regiis obtutibus, in cuspide gladii, pro more eorum temporum, praesentato cumque res adeo in arcto positae essent, vt vel personae suae salutem Rex in Fuga collocare deberet, Blasius periculi regii vbique Comes, cum eodem lembo piscatorio Istrum traiicit, et cum edulii nihil suppeteret, quo regem rabida fame deuexatum reficere posset, euulsas agro spicas manibus conterit, granisque triticeis, prae cunctis Aulae dapibus, tunc sapientibus Regem recreat. A quo post varios in Valachia errores, comite semper Blasio, Budam reuerso, praeter alia tantae fidelitatis praemia, Blasius in perennaturam

apud seros posteros tantae virtutis memoriam, pro scuto gentilitio, quo hodiedum omnis eius posteritas vtitur, Anno MCCCXCIII. consequi meruit, virum lorica indutum, dextra gladium, mitrato Turcae capiti infixum, sinistra tres spicas triticeas tenentem."

Apud Szegedi Decret. et vitae reg. Vngariae, qui Transiluaniam possederunt edit. A. 1763. pag. 333—4. Licet Sigismundi ad Nicopolim pugna sua constet veritate; diplomatis attamen authentia dubium merito patitur. Nec enim Szegedius dicit se Diploma hoc legisse, seu vidisse, nec vllus alter hucdum produxerat. Videtur factum ancipiti fundari traditione. Ad annos 1392—1393. referendum certe non est: Annis enim his nec ad minorem nec ad maiorem Nicopolim pugnatum contra Bajazethem fuerat. Res erant pacificae. Dabiscia Stephanus, qui Tuartko successerat, in Sigismundi clientelam sponte se dedit. Du Change fam. Dalm. cap. 9.

CXLIII.

Idem Sigismundus litem circa terras inter Castrum Kőszegh et villam Lochmand, Nicolao de Gara, Bano Machouiensi donatas, ac possessiones Monasterii de Bors Monostra controuersas, componi procurat. A. 1392.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. ac Marchioque Brandenburgen. etc. Memoriae commendamus per praesentes: Quod querelae religiosorum virorum Domini Abbatis et Conuentus Monasterii Beatae Virginis de Bors-monostra propterea aures nostrae propulsarunt Maiestatis, quomodo vniuersi Ciues et Hospites Keoseghienses in villa Lochman vocata commorantes dudum nonnullas terras vsuales ad dictum Monasterium pertinentes et spectantes, prout percepimus oc-

cupassent, et vsui eorum applicassent potentia eorum mediante. Et quia ipsam Ciuitatem cum castro Keosegh appellato, ac dicta villa Lochman vocata, cum vniuersis vtilitatibus suis Magnifico viro Nicolao de Gara, alias Bano Machouiensi, perpetuo contulissemus: Ideo ipse Dominus Nicolaus Banus nos personaliter accedendo, et coram nobis comparendo, uolens huiusmodi discordias Jurium et disceptationes zelo pacis perpetuo euitare, et quod primum ipsum dominium dicti castri Keosegh nuncupati pacifice consecutus fuerit, et illas partes vsuauerit, mox assumptis secum Nobilibus et aliis probis illarum partium hominibus, praesenti testimonio Capituli Ecclesiae Castriferrei, quem ad id serie praesentium transmitti iubemus, causam contentionis in et super praedictis terris litigiosis inter ipsas partes controuersis et emergen. visis et auditis ambarum partium Judicibus et literalibus instrumentis iusto Juris tramite distinctiue et diuisiue, spopondit et promisit, quae iuris sunt et consona literarum nostrarum testimonio mediante. Datum Budae feria tertia proxima post Dominicam Laetare. Anno Domini MCCCXCII-o."

E transumto regis Sigismundi anno 1417. emanato: V. infra.

CXLIV.

Sigismundus R. H. Albertus Dux Austriae, ac Jodocus Marchio Morauiae in mutuum subsidium foederantur. A. 1392.

Wir Sigmund von gots gnaden Kunig ze Vngern ze Dalmacia etc. Vnd Marggraf ze Brandenburg. ete. Vnd Wir Albrecht auch von gots gnaden Herczog ze Osterrich ze Steyrn ze Kernden, ze Krayn, Graf ze Tyrol, etc. Vnd wir Jost auch von gots gnaden, Marggraf vnd herre ze Merhern, Be-

kennen vnd tun kunt offentlich mit dem briefe, das wir begeren den vnselb vnd vnssern Landen vnd lewten, die vns gnade des almechtigen gots von seinen gotlichen gnaden vndertenig gemacht hat Frid vnd gemach zeschaffen als wir phichtig sein vnd haben darumbe vnd auch durch angeborne frewntschafft die zwischen vns ist alle drey nach guter vorbetrachtunge vnd ratt vnser rete zu einander verbunden vnd verphlicht verbinden, vnd verphlicten auch wissentlich mit dem brieue yn der masse als hienach begriffen ist, Von erst daz wir alle drey einander frewtlich geraten beistendig vnd geholfen sein sullen vnd wellen wider allermenichlichen in welchen wesen wirden oder vormugend er sey Ausgenomen doch den durchleuchtigisten fursten herren Wenceslawn Romischen und Behemischen Konig vnd vns allen dreyn vnsern brudern vnsern Vettern vnd erben, damit wir vnsere Lande beydenthalben einander gemacht haben, als die brief lawten die vber dieselbe gemechtnusse vnd puntnusse gegeben sind die mit allen irn punten vnd artiklen bey iren kreften genczlichen beleyben sullen, Mit sulcher bescheiden ob yeman wer der in welchem wesen, wirden oder vormugen er sey, Vns alle drey oder czwen oder ainen, an seinen landen vnd lewten Freyheiten genaden rechten, Vnd guten gewohnheiten oder in dheim weis heimlich oder offenlich dringen beschweren hindern, oder anuallen wurde, anerecht, wenn vnd wie offt daz gescheh. das denselben wir alle drey miteinander vnd iklicher besunder, wie sich das denne allerbeste fuget bilten vnd weisen sullen, so wir frewntlichisten mugen, daz er von solchen dringen vnd anuallen lasse, vnd gen dem oder den, vnter vns, den oder die, er also hindert vnd anuyel, recht su-

che vnd neme, vnd sich des lasse benugen als billig ist, Wer aber daz derselbe des nich geuolgig were, sunder, doruber sulhe hindernuzze oder anuelle tet, so sullen wir, der, oder die an der dheiner auf den andern nicht weigern sundern sullen vnd wellen dem oder den oder vns der oder die also gehindert, vnd angeuallen weren, als bald wir von dem oder den dorumbe ermant vnd angerufet werden, geraten beystendig vnd geholfen sein, mit aller vnser macht getreulich vnd an alles geuere so so verre daz wir alle drey und vnser iklicher, bey rechten gehalden vnd geschirmet werden. Es soll auch vnser dheiner, dheinen namhaften chrige dorczu er der andern hilfe bedurfent, vnd gewartend sein welle, nicht anuahen, an andern wissen vnd rate, Was chrig aber vnser einer mit der andern rat anhebet des sullen auch si ym phlichtig sein zu helfen, nach allem yrem vormugen, als oben bescheiden ist, vnd soll sich auch denne desselben chriges vnser dheiner nicht friden noch sunen oder richten, in dheiner weis, an der andern wissen vnd willen. Wer auch, daz vnser dheins vnterthan zu dheinem des andern vntertans zu sprechen hette, oder gewunne, daz sol frewntlichen aufgetragen werden, in sulher masse, das der vnder vns, vnder dem de, der also angesprochen wurde setzhaftig ist, czwen seiner rete oder Lantherren vnd der, vnder dem der chlager seczhaft ist auch czwen seiner rete oder Lantherren darzu geben sullen, Vnd was die Vier rete oder Lantherren, die also beidenthalben, darzu gegeben werdent dorinne findent vnd erchennent, des sullent der chriger vnd der angesprochen geuolgig sein an alle wideprede, ob aber in vnser dheins Landen yeman were, der wider die ordnunge der andern vn-

der vns dheinen, oder yeman, seiner vnterdanen angreiffen wolde ane recht, den sol dheiner vnter vns nicht halden noch yeman der seinen gestatten zehalden sunder der in des Lande er seczhaftig ist sol als bald er dorumbe angeruft wirt vnuorczogenlich mit etlichem ernste dorzu tun vnd denselben der sulhen angriftete, darczu weisen vnd auch verstichlichen halden, das er recht neme vnd sich des lasse benugen, wer sich des nicht wolde benugen lassen, den sol der vnder vns in des Lande er gesessen ist, dorczu notten, so verre daz er sich rechtens benugen lasse, vnd darzu alle die anualle die er denne getan hette, genzlich widertun. Auch sullen vnd wellen wir vnd vnser iklicher in seinen Landen vnd gebieten alle strassen, friden vnd beschirmen vestiglich das alle Chauslewt vnd meniglich ir arbeit vnd ander notdurft fridlich vnd vngehindert getreiben mugen, als in yedem Lande sittlich vnd gewonlich ist. Vnd des zu Vrchunde so haben wir alle dreyvnsere furstliche Insigele gehangen, an den brife, Der geben ist ze Pressburg Nach Cristes geburde, dreyczehen hundert, darnach in dem czwei vnd newnczigisten Jare, an dem Acten trge nach Epyphanie."

Ex originali tabularii Caesarei Vienn.

CXLV.

Idem Sigismundus Comiti Styborio castrum Holich statui praecipit. A. 1392.

Sigismundus Rex Hungariae, Comitem Styborium de Styboricz in possessionem castri Holych introduci ac statui per Capitulum Strigoniense iubet. Anno Domini MCCCXCII.

Originales in archiuo Primatiali capsa Y. nro 87. Ad annum hunc XVII-am May a Viro clarissimo Josepho Asch-

bach, Biographiae Sigismundi Romanorum Imperatoris ac Regis Hungariae, testimonio Thuroczii male figitur: ipsam enim annum vsque 1395-tum prouixisse diplomata, quae elargita fuit, manifeste docent: Annus proin M-CCCXCII. legendus est MCCCXCV. Consectaria etiam, quae hinc trahit corrigenda. Geschichte Kaiser Sigmund's I. Band p. 80. sqq.

CXLVI.

Stephanus Dabiscia Rasciae, Bosniae ac Dalmatiae Dominus. A 1392.

Anno MCCCXCII. Indictione IV. XXVII. Januarii. Regnante Serenissimo Principe ac Domino nostro, Stephano Dabisca, Dei gratia Rasciae, Bosnae, Dalmatiae etc. Rege inclyto, Temporibus quidem Reuendissimi in Christo Patris et Domini Andreae, eadem gratia, Archiepiscopi Spalatensis etc.

Apud Farlat. Tom III. fol. 335. Anno hoc ineunte Stephanus Twarchus diem obiit. Duas habuit vxores legitimas, e quibus nullos suscepit liberos, sed e thoro illegitimo filium reliquit Twartchum, cognomine scurum. Huic regnum paternum praecipuit Stephanus Dabiscia, patruelis Stephani Twartchi regis. Ipsius nomine praefuit Chroatiae ac Dalmatiae Valchus Wayvoda, vt e sequenti patet diplomate.

CXLVII.

Vulch, Wayvoda in Dalmatia ac Croatia. A. 1392.

Vulch Valchii Voyuode regnorum Dalmatiae, et Croatiae Banus, vniuersis et singulis Ciuitatum nostrarum Dalmatiae, Spalatensis et Tragurii, et aliis Iudicibus, Consilio et regimini, nec non Vicebano nostro, et Castellanis Castrorum Clisii, Oprach, Almisii, eorumque Vicesgerentibus, praesentibus et

futuris, atque aliis alias et vbilibet per dictum nostrum Banatum Castellanis, et caeteris officialibus constitutis et constituendis salutem. (Andreae A. Episcopo Spalatensi iuxta mare in loco Lncas castrum erectum readiudicat."

Ibidem folio 335.

CXLVIII.

Cap. Jaurin. protestationem M. Joannis Osl contra M. Joannem filium Leukes exhibet. A. 1392.

Nos capitulum ecclesie Jauriensis memorie comendamus per presentes quod Magistri Joannes Osl de Asszonfalva, et Franciscus filius Johannis filii condam Dominici Bani de eadem coram nobis personaliter constituti per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curarunt, quod ut ipsi percepissent magister Johannes filius Leuchus de eadem Aszonfal. frater eorumdem condivisionalis in ipsorum prejudicium et jacturam a serenissimo principe Domino Sigismundo Dei Gratia Inclyto Rege Hungarie, Dalmatie Croatie etc. ac marchione Brand. etc. hujusmodi libertatis gratiam sibi ipsis impetrassent ut ipse magister Johannes filius Leukus universas suas portiones possessionarias ubicunque existentes et habitas in vita vel in morte cuicunque vel quibuscunque mallet liberam legandi vendendi obligandi perpetuandi ac ab ipsis alienandi haberet facultatem cujusquidem gratie auctoritate universas possessiones suas et portiones possessionarias ubilibet et quibuscunque comitatibus existentes aliis quibusvis hominibus legare obligare inpignorare alienare, ac perpetuare conaretur cum tamen eedem portiones possessionarie ad ipsos Jure successorio forent devolvende unde facta hujusmodi protestatione eundem

magistrum Johannem filium Leukus fratrem eorundem condivisionalem ab hujusmodi legatione obligatione et pignoratione alienatione et perpetuatione alios vero quoslibet ab receptione ac se in easdem quocunque titulo aut quovis exquisito colore intramissione quomolibet facta vel facienda prohibuissent et prohibuerunt nostra in presentia harum Testimonio mediante. Datum in Dominica Letare Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo

Originale in Membrana exaratum Sigilloque provisum pertinet ad Nicol. Jankovich.

CXLIX.

Cap. Castriferrei super dotalitiis ac quartalitio usconsentatis testatur. Anno 1392.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie comendamus. Quod nobilis Domina Annus nominata consors Ladislai fily Nicolai de Tana, Item nobiles puelle Clara, et Magaca vocate filie condam magistri Johannis fily Thome de Molnar, coram nobis personaliter constitute ministerio vive vocis confesse extiterunt eo modo, quod ipsae rectam, et equalem dymidietatem universorum Jurium dotalitiorum, et quartalium nobilis Domine Clara vocate relicte videlicet condam Nicolai fily Laurentii de Gewlch filye scilicet Machyus dicti Reche de Weseneu avie ipsarum, ipsis iuxta litterarum seriem provenientium, Item Jurium possessionariorum emptitiorum et impignoratitiorum ipsas quomodolibet congruentium magistro Georgio filio Stephani de Kapolnafelde vitrico ac nobili Domine Matri ipsarum et per eosdem eorundem successoribus ratione dilectionis naturalis dedissent, donassent, et contulissent Jure perpetuo irrevocabiliter ymo dederunt,

donarunt, et contulerunt coram nobis testimonio presentium mediante. Datum pridie festi beati Georgy Martiris Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo.

Originale Membranaceum cum Sigillo eidem impresso possidet Nicol. Jankovich.

CL.

Idem Capitulum super portione in Pusztakér impignorata fassionales edit. A. 1392.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie comendamus. Quod Anthonius filius Petri dicti Zeme de Heuflengh sua, ac Petri fily sui in personis, cuius honus et gravamen per omnia super se assumpsit coram nobis personaliter constitutus oraculo vive vocis confessus extitit eo modo, ut ipsi totam portionem ipsorum possessionariam Pusztaker nominatam in Comitatu Supruniensi, adjacentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys universis Merch filio Wolpharth de dicta Hevfleng, et eiusdem successoribus pro viginti octo libris seu talentis promptorum denariorum latorum Viennensium sex pensis computando impignorasset, ymo annotatus Anthonius sua ut premittitur, et dicti fily sui in personis impignoravit, coram nobis isto modo, ut a die emanationis presentium, quandocunque potuerit, et voluerit in premissa sumpma pecunie semper ante festum beati Martini Confessoris quatuor diebus, et post similiter quatuor diebus liberam habebunt redimendi facultatem gravamine quolibet non obstante. Et quamquam — redemptionis, ydem Anthonius et Petrus et eorum successores ipsum Merch, et ejus posteritates ab omnibus lite mediante in commetationibus expedire, et in eodem conservare te-

neantur propriis laboribus ipsorum et expensis testimonio presentium mediante Datum in festo Conversionis beati Pauli Apostoli Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo secundo.

Originale Membranaceum cum sigillo possidet Nic. Jankovich.

CLI.

Conuentus Monasterii S. montis Pannoniae Concordiam familiae Lewrenthe exhibet. A. 1392.

Nos Conuentus Monasterii de Sacromonte Pannonie memorie comendamus. Quod Nicolao filio Ladislai de Lewrenthe ab una. Item Nicolao, et Anthonio filiis Pauli de eadem, parte ex altera de quarum noticia Demetrius de Zenth'Iwan nobis assecurauit personaliter coram nobis constitutis propositum exstitit per eosdem concorditer et relatum, quod ipsi possessionariam diuisionem olim inter Patres eorum, et per consequens inter ipsos iuxta Judiciariam censuram factam et habitam ratam haberent et in futurum habituri essent, atque firmam. Et quia pridem quidam nobilis de Linea generationis ipsorum videlicet Nicolaus filius Saul absque filiis defunctus, eidem Nicolao filio Ladislai propinguiori consanguinitate, quam ipsis filiis Pauli annexus extitisset. Ideo possessionaria Jura eiusdem Nicolai fily Saul consentientibus ipsis filiis Pauli ad eundem Nicolaum filium Ladislai Jure deuolui deberent, et deuoluta titulo hereditario extitissent, portio vero possessionaria Pauli filii Isow de dicta Lewrenthe similiter defunctis ipsis partibus videlicet Nicolao filio Ladislai, et filys Pauli, eorumque heredibus communiter possidenda remansisset. Exceptò quod Curia quam idem Paulus filius Isow dum viveret de consensu ipsius

Nicolai filii Ladislai inhabitassent ad eundem Nicolaum filium Ladislai totaliter et absolute pertineret quod iidem filii Pauli a dato presentium vsque reuolutionem vnius anni de eadem Curia quondam dicti Pauli fily Isow se ad propria eorum moraturos transferre, et eam ipsi Nicolao, filio Ladislai tanquam suum Jus pacifice relinquere tenerentur. Si autem aliquis earundem partium in premissis, vel in aliquo premissorum non perseuerarent, et hoc posset constare evidenter tunc talis pervicax pars contra partem alteram in viginti marcis denariorum absque Judicis portione ante litis ingressum deponendis, ingrediens vero Litem, in succubitus duelli facti potentialis conuincetur. Datum secundo die festi beate Catharine virginis, et martiris anno Domini MCCCXCII-o.

Originale Membranaceum sigillo olim a tergo impresso iam carens possidet Nic. Jankovich.

CLII.

Idem Conuentus eorum diuisionem ratione terrae Szent Iván attestatur. A. 1392.

Nos Conuentus Monasterii de Sacro monte pannoniae memoriae commendamus quod Nicolao filio Ladislai de Lewrenthe ab una. Item Nicolao et Anthonio filiis Pauli de eadem parte ex altera de quorum noticia Demetrius de Zenth Iwán nobis assecuravit personaliter coram nobis constitutis propositum exstitit per eosdem concorditer et relatum quod ipsi possessionariam divisionem olim inter patres eorum et per consequens inter ipsos iuxta Judiciariam censuram factam et habitam ratam haberent, et in futurum habituri essent atque firmam: et quia pridem quidam Nobilis de linea generationis ipsorum, vide-

licet Nicolaus filius Saul, absque filiis defunctus, eidem Nicolao filio Ladislai propinguiori cousanguineitate, quam ipsis filiis pauli adnexus extitisset, ideo possessionaria Jura eiusdem Nicolai filii Sauli consentientibus ipsis filiis Pauli ad eundem Nicolaum filium Ladislai Jure devolvi deberent et devoluta titulo hereditario exstitissent: Portio vero possessionaria pauli filii Isow de dicta Lewrenthe similiter defuncti, ipsis partibus videlicet Nicolao filio, Ladislai et filiis Pauli eorumque heredibus communiter possidenda remansisset, Excepto quod curia quam idem paulus filius Isow dum viveret de consensu ipsius Nicolai filii Ladislai inhabitasset, ad eundem Nicolaum filium Ladislai totaliter et absolute pertineret, propter quod iidem filii Pauli a dato presentium vsque reuolutionem unius anni, de eadem curia quondam dicti Pauli filii Isow se ad propria eorum moraturos transferre et eam ipsi Nicolao filio Ladislai, tamquam suum Jus pacifice relinquere teperentur. Si autem aliquis earundem partium in premissis vel in aliquo premissorum non perseueraret, et hoc possit constare euidenter, tunc talis pervicax pars contra partem alteram in viginti marcis denariorum absque Judicis portione ante litis ingressum deponendis, ingrediens vero litem in succubitu duelli facti potentialis conuincatur. Datum secundo die festi beate Catharine virginis et martiris. Anno Domini MCCCXCII.

Diploma Membranaceum litteris maiusculis conscriptum asservatur per Nic. Jankovich.

CLIII.

Stephanus Regni Hungariae Palatinus terras absque iure possessas Abbatiae de Tata sponte restituit. A. 1392.

Nos Stephanus Regni Hungarie Palatinus et Ju-

dex Cumanorum memorie commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod licet nos quamdam particulam Terrae Sancti Nicolai et Sanctae Margarethae vocatas de iure et de facto Monasterio Beatorum Apostolorum Petri et Pauli de Tata pertinentem ad Tempus in usum Populi nostri ocupatam de facto cognovimus, et etiam quoddam Molendinum dicti Monastery quod nos ex inductione quorumdam per Jobbagiones nostros de Tata predictos penitus feceramus devastari. Nos itaque in Animo nostro revolventes ne in futurum conscientia nostra in huiusmodi occupationibus laederetur, predictam Terram, Pratum et Molendinum predicta ipsi Monasterio supradicto remisimus et restituimus pleno iure, quo ad ipsum pertinere dignoscebatur Monasterium. Mandamus igitur omnibus et singulis nostris videlicet oficialibus et Jobbagionibus de dicta Tata ne amplius uti premissis, vel se aliquo modo intromittere presummant vel audeant. Datum in Villa nostra Tata predicta feria quarta proxima post festum epiphaniarum Domini Anno ejusdem MCCCXCII.

Ex originali.

Anno 1393.

LIV.

Maria R. H. possessionem suam reginalem consensu regis Sigismundi, cum bonis Konyaianis in Comitatu Krassó, Kewy, Orod et Temes, cambiat. A. 1393.

Nos Maria Dei gracia regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus — — Quod fideles nostri, Magnifici viri, Domini Frank, et Simon, filii condam Konye Bani de Szechen, Co-

mitis Comitatuum Zoliensis et Threnchiniensis, quasdam ipsorum possessiones — — — in Comitatibus de Krassow, de Kewy, de Orodiensi, et de Temes, habitas et existentes, quas pro nostra maiestate vtiles, fructuosas, et magis conuenientes conspiciebamus, cum omnibus earumdem iuribus pertinentiis, ad nostras simplices requisitiones, et instantias, nostrae beneuole obtulerunt maiestati; ideo nos quamdam possessionem nostram reginalem — — — in Comitatu Barsensi, iuxta fluuium Gron adiacentem, et ad castrum nostrum — — — spectantem, cum omnibus suis pertinentiis, signanter vero, cum tributo in eadem — — exigi consueto, ac altero tributo, in parte finali ciuitatis nostre Kunispergh nominatae, nec non cum villis — — — ad dictam possessionem nostram spectantibus, omni eo iure, et proprietate, quibus eadem possessio, — — — cum praedictis villis hactenus per nos, nostrosque praedecessores Reginas Hungariae, habita fuit et possessa, de dicto castro separantes, et excindentes, ipsis Frank et Simoni, eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, de manibus nostris reginalibus ex consensu et beneplacita voluntate inclyti Principis, Domini Sigismundi regis Hungariae, consortis nostri charissimi, Praelatorumque et Baronum nostrorum maturo consilio, per modum permutationis et cambii, nouaeque nostrae donationis titulo, dedimus, donauimus, contulimus, imo damus, donamus, et conferimus, perpetuo et irreuocabiliter habendam, tenendam, et possidendam, harum nostrarum testimonio literarum, quas dum nobis fuerin reportatae, priuilegialiter emanari faciemus. Datum Strigonii feria quinta ante festum BB. Viti et Modesti martyrum. Anno Domini MCCCXCIII.

Pray Synt. Histor. p. 90—1. — Sigismundus in coniuratione, quam Joannes, defuncti Joannis de Palisna nepos, titulum Prioris Auranae post obitum patrui sibi arrogans, sustentauit, penitus exstirpanda, laborabat. Castrum Dobor, in Bosnia, quo coniurati se receperant, funditus exustum, in potestatem suam redegit; captos in Hungariam adductos, duos et triginta supplicio affici imperauit. Seueritate hac coniuratio, quae caedis Elisabethae, ac captiuitatis Mariae reginarum causa fuerat, regnumque variis hucdum factionibus miscebat, sublata quidem fuerat, sed cum plerique ex caesis potentiores familias contingerent, nouae conspirationi ansa data, quae sensim propagata, occasionem duntaxat oportunam operiebatur. Thur. Ch. P. IV. Cap. 7.

CLV.

Sigismundus R. H. Gregorio de Wannis, ad preces Materni Episcopi Vesprim. terras de Sz. Király Szabadgya, titulo defectus, donat. A. 1393.

Nos Sigismundus dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod nos considератis et rememoratis gratiis et acceptatis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis laude dignis nostrorum fidelium nobilium virorum Gregory fily Emerici de Wannis ac Petri fily ejusdem quibus iidem nobis in quibuslibet negotiis pro nostre ac Reginalis Majestatum incremento cum omni sinceritatis zelo ac constantia debita et laudabilium operum exhibitione, ymo promptiores se offerunt, ad nostros, et sacre corone famulatus in futurum: potissime vero interveniente humili precum instantia nostri fidelis dilecti Reverendi in Xto Patris Domini Materni Episcopi Wesprimiensis pro eisdem nostre claritati po-

rectis quorum consideratione moti universas possessiones et Jura possessionaria olim Pauli filii Georgii de Zenth Kyral Zabat et Nobilis Dominae Elena vocatae consortis ipsius Pauli filiae condam Johannis dicti Zakalos per improborum manus dolose et nequiter horribili nece noctis in silentio interemptorum ad manus nostras Regias ob ipsorum condam Pauli et nobilis Dominae conjugis suae seminis defectum juxta regni nostri Ritum legitime devolutas et redacta ubilibet intra ambitum et in quibusvis Comitatibus Regni nostri habitas et quovis nominis vocabulo appellatas praesertim in Possessione Fayz et terram arabilem Fynthafwlde alio nomine Perzendorf in Wesprimiensi inter villas Wrszabadi et Civitatem Wesprimiensem ac portiones possessionarias in possessionibus Lowas et Wrs in Zaladiensi Comitatibus habitas ipsam nobilem Dominam Consortem ipsius Pauli jure emptionis concernentes cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis signanter terris cultis et incultis Pratis pascuis vineis sylvis nemoribus aquis aquarumque decursibus piscinis molendinis et eorundem molendinorum locis generaliter quibusvis eorundem utilitatibus et utilitatum integritatibus sub suis veris metis et antiquis quibus eedem per dictos condam Paulum et conjugem suam rite tenta habite fuerint et possesse memorato Gregorio et Petro filio ejusdem ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis de manibus nostris Regiis novae nostrae donationis titulo et omni eo jure quo eedem ad nostram — forent devolutae nostraeque incumbunt collationi dedimus donauimus et in aevum contulimus imo damus donamus et conferimus eisdem per ipsos eorumque successores et superstites universos perpetuo et irrevocabiliter

possidendas tenendas pariter et habendas pleno jure praesentium patrocinio mediante salvo jure alieno praesentes autem dum nobis in specie reportatae fuerint in formam nostri Privilegii redigi faciemus pro eisdem. Datum Budae in Dominica Letare Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tertio."

Originale exemplar Membranaceum, cum Sigillo ab intus Cerae Rubrae impressum, donationalium harum possidet Nic. Jankovich.

CLVI.

Nicolai Trentul, Comitis de Posega, testimonium ex congregatione generali Comitatus de Posegavár, quod V. Comes, Judlium et Jurati assessores sub iuramento inquisitionem peractam retulerint. A. 1393.

Nos Nicolaus Treutul Comes de Posega memorie comendamus, quod in congregatione nostra generali de regio literatorio mandato universitati nobilium dicti Comitatus feria sexta proxima post octavas festi Epiphaniarum Domini in persona Domini Nostri Regis in ciuitate Posegavar celebrata Jacobus filius Leukeus de Orbova in sua ac Johannis filii Ladislai filii dicti Leukeus personis de medio aliorum exurgendo proposuit eo modo quod dum Gregorius filius predicti Leukeus et annotatus Johannes in anno cujus jam tertia preteriisset Revolutio annualis ad possessionem eorum Oryanicha vocatam perexissent, tunc Stephanus et Demetrius filii Thome de Felseu Oryanicha ipsos cum Jobbagionibus officiolatus eor. de Graad pataka in libera via potentialiter invadendo ipsos equis, armis, et alys bonis eor. tunc circa ipsos habitis spoliari fecissent Jobbagiones etiam in eadem Oryanicha tunc comorantes omnibus bonis

et rebus eor. spoliassent et spoliari fecissent et hoc Vice Comiti Judicibus nobilium et Juratis Assessoribus dicte congregationis constaret evidenter petens nos cum instantia ut quidam de premissis per nos requisiti faterentur veritatem, cumque nos eosdem Vice Comitem Judices nobilium et Juratos Assessores pro dicenda veritate promissorum requisitos habuissemus iidem ad fidem eorundem deo debitam fidelitatemque Domino nostro Regi et suo Sacro Dyademati conservandam tacto Dominice crucis ligno nobis prestitam omnia premissa et premissorum singula per anotatum demetrium omnino modo prenotato facta fuisse unanimi et concordi testificatione affirmarunt de quorum affirmationis Testimonio presentes annotatis nobilibus de Orhowa duxi concedendas. Datum Sexto Die congregationis predicte in loco memorato Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo tertio.

Originale in Papyro diligenter exaratum, Sigillum a tergo impressum habens conservatur per Nicolaum Jankovich.

CLVII.

Concordia inter filium Joannis de Homonna, ac Thomam, filium Kazmerii de Tarnocz, super facto metarum possessionum Tarnocz ac Straskháza, in Comitatu Ungh existentium. Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo tertio.

E causa tabulari Benedicti Luka contra Emericum Bulyovszky repulsionali anno 1735. XXV. Aug. leuata.

CLVIII.

Conuentus de Clus dispositionem testamentariam Dominae Elisaceth, consortis Blasii militis perhibet. A. 1393.

Conuentus Monasterii B. Mariae V. de Clus-Mo-

nostra, omnibus — — — — — salutem — — — Ad vniuersorum notitiam — harum serie volumus peruenire: Quod cum Nos ad instantem supplicationem Nobilis Dominae Elisabeth vocatae, Relictae Nobilis Viri Joannis Vice-Vaiuodae, nunc vero consortis Blasii militis, filii scilicet olim Herbordi, de Gald, Religiosos viros Joannem Priorem et Antonium, Presbiteros nostros conuentuales, ad audiendam inter viuos donationem eiusdem nobilis Dominae destinassemus; tandem exinde ad nos reuersi, Nobis retulerunt eo modo: Quod ipsa Domina, animo deliberato, fauente suae deuotionis affectu, volens animae suae salubriter prouidere, ac praeuenire potius quam praeueniri, coram Ipsis, portiones suas possessionarias in villis Fahid, et Syle vocatis, in Comitatu Albensi habitas, ad ipsam emptionis titulo spectantes, Capitulo Ecclesiae Transyluanae, nec non portionem suam possessionariam in possessione Gala praedicta, eodem Comitatu habita, cum palatio, ac molendino duarum rotarum ac quinque mansionibus Jobbagionum in ea portione existentibus, Altari Corporis Christi, in dicta Ecclesia Transyluana fundato, ac dotato, vbi pro se sepulcturam elegisset, et se Deo in orationum suffragiis, iugiter commendasset, nec non Rectoribus ipsius Altaris in futurum constituendis, cum vniuersis earum vtilitatibus, et pertinentiis — dedisset, donasset, contulisset, — — — perpetuo — — — possidendas, — — — hoc tamen notanter expresso, vt easdem portiones suas, — — ++ ac molendinum vsque ad vitam suam ipsa Domina et praefatus Blasius miles libere ac pacifice possint ac valeant possidere; post mortem autem ipsius Dominae ad ius et proprietatem Capituli Ecclesiae Transylu. et Altaris Corpo-

ris Christi, sine difficultate aliquali et litigionario processu deuoluantur. — — — Datum sexto die quindecimarum festi B. Georgii Martyris. Anno Domini MCCCXCIII." L. S.

Ex archiuo Capituli Alben. Trans. Fasciculo IV. aro 27.

CLIX.

Abbatia S. Georgii Militis et Martyris de Szerench pro Benedictinis fundatur. A. 1393.

Inclyta familia de Monak Ecclesiam Beatorum Petri et Pauli cum monasterio Ordinis S. Benedicti, adiectis possessionibus Zerench et Uÿ-Eör, cum Jure patronatus, fundat. Anno MCCCXCIII."

E MSS. Hevenesianis Tomo V. p. 32. Jus patronatus literarum harum vigore Detricus Bubek eidem familiae adiudicauit Anno MCCCC-o. Ibidem.

CLX.

Capituli Posega executionales pro Ecclesia Zagrabiensi. A. 1393.

Capituli Poseghensis executionales literae pro parte Joannis Episcopi Zagrabien. et Ecclesiae suae contra Stephanum de Predanczy, possessionum Cziglena, Karaloucz, Predancz, Boriakoucz, Nouae villae, Zredische, Brezie, Gregorancz, Endreoucz, Verthin, Predrimecz, Hchoua, Chasmichassen et Szentelsebet. Anno Domini MCCCXCIII.

Originales in archiuo Episcopali.

CLXI.

Romanus Moldauiae Palatinus Regi Poloniae fidelitatem iuramento obligat. A. 1393.

Juramentum fidelitatis Vladislao Regi, Regnoque Poloniae a Romano Palatino Moldauiae et Con-

siliariis eius praestitum." Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo tertio."

Apud Dogiel l. c. folio 599. — Anno hoc Sigismundus in Bohemiam profectus Regnum Hungariae, si decederet improlis, fratri suo Wenceslao Bohemo transcripsisse in hereditatem, fertur: „Auch an der ersten Reise (A. 1393.) do gelobet uns unser Bruder König von Ungern, dass das erbe teil nach seinem tode auf uns schollte gefallen." Windeck l. c. cap. XI. p. 1081.

Anno 1394.

CLXII.

Sigismundus R. H. Dalmatiam ac Bosniam reuindicat. A. 1394.

Anno MCCCXCIV. Indictione II. XVII. Augusti Regnante Serenissimo Principe et Domino nostro naturali, Domino Sigismundo, Dei gracia Hungariae Dalmatiae, Croacie, rege inclyto etc.

Pax inter Sigismundum ac Dabisciam regem Bosnensem A. 1394. ita conuenit, ut hic Dalmatiae et Croatiae possessione decederet, Bosnia vero post obitum Dabisciae in pristinam regum Hungariae fidem et clientelam rediret. Pacis inter vtramque constitutae testes habeo litteras Sigismundi ad Wecherer, filium Zemae, et Fratres viros nobiles, eodem anno et mense Junio scriptas, in quibus Stephanum Dabiscium regem Bosniae fratrem charissimum vocat, aitque eos cum Bosnensibus se obligasse, quod nostram, inquit maiestatem, post mortem praedicti D. Stephani Dabisce regis moderni Bozne, in vestrum verum naturalem Dominum assumeretis, haberetis, et retineretis etc. Farlatus Tomo III. folio 336. Transactione hac peracta Hedwi-

gem in Polonia conuenit, ac litem etiam circa Russiam occupatam, amice composuit. Dlugoss. l. c. L. X.

CLXIII.

Sigismundus Rex Hungariae, Georgii de Kálász fidelia seruitia collatis bonis remuneratur. A. 1394.

Sigismundus Rex Hungariae etc. Georgio de Kalász, seruitiorum merito, bona pro vtriusque sexus heredibus confert. Datum feria tertia proxima post festum Inuentionis Sanctae Crucis. Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo quarto."

E literis eiusdem Sigismundi anno 1409. emanatis: V. infra.

CLXIV.

Sigismundus in fratre suo Venceslao R. H. incaptiuando partes capit. A. 1394.

Im Jahre MCCCXCIV. an einem Freitag, am Stanislausfest, oder in der Octav des Reliquienfestes, wurde K. Wenceslaus IV. auf Anstiften seines Bruders Sigmunds und einiger Reichsfürsten von den böhmischen Herren gefangen genommen."

Dan. Adam de Weleslawina Calend. Hist. p. 250. Consentit Eberhard. Windek iuxta MS. Gotha. cap. XLV. „In der Zeit hat er geschicket und zu wege pracht (Sigmund) mit seiner Satzunge und mit seinen auftragunge, mit den bömischen Herren dass wir (Wenczel) von in gefangen wurden."

CLXV.

Idem Sigismundus literas Ludouici colonorum a ferendis contributionibus immunitatem restringentes pro Monasterio S. Crucis confirmat. A. 1394.

Idem Sigismundus literas Ludouici R. H. qui-

bus immunitates colonorum a ferendis contributionibus anno 1367. restrinxerat, de verbo ad verbum transcriptas, confirmat. Anno Domini MCCCXCIV.

Ex archiuo monast. S. Crucis. cap. IX. nro 14.

CLXVI.

Idem Dobre Valacho seluam Lemek in Transiluania confert. Anno 1304.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit uniuersis. Quod nos tum pro fidelitatibus et obsequiis fidelis nostri Dobre Olahy fily Iwan de Lesnek per ipsum maiestati nostre locis, et temporibus opportunis exhibitis et impensis tum etiam ad hummillimae supplicacionis instanciam dilecti fidelis nostri, viri magnifici Domini Frankonis Wayvode Transiluani, pro eodem Dobre maiestati nostre porrectis. Kneziatum cuiusdam silve nostre Lesnek vocate, in pertinencys Castri nostri Deva nuncupati existentis, habitatoribus prorsus destitute, cuidam colli seu monticulo Kyshavas vocato, ut fertur contigue, quam quidem Silvam duo rivuli utrinque similiter Lesnek vocati circumdare perhibentur, cum quibusvis eiusdem Kneziatus utilitatibus commoditatibus et usibus, memorato Dobre, et eius heredibus donandum duximus, et conferendum, ymo damus donamus, et conferimus perpetuo possidendam tenendam pariter et habendam salvo iure alieno, hac tamen condicione interserta, ut idem Dobre ac eius heredes Castellanis, et vice castellanis prefati Castri nostri Deva pro tempore constitutis praetextu dicti Kneziatus et eius utilitatum ad instar ceterorum Kneziorum, ad dictum Castrum nostrum

Deva, spectantium debita obsequia servicia, ac solutiones consvetas exhibere, et facere teneantur, temporibus perpetue affuturis, harum nostrarum testimonio litterarum. Quas dum nobis in specie fuerint reportate in formam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum Tordae in festo beati Stephani Prothomartiris anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Rarissimum pro Kenesiis Valachis in Transyluania elargitum Diploma, in membrana, sigillo maximo a tergo impresso Sigismundi Regis prouisum asseruat Nicol. Jankovich. d. W. 1842. ex Valachia obtentum. In Valachiam Bajazeth Turcarum sultanus, traductis copiis, ac Nicopoli minori occupata, euocauit Sigismundum. Collecto exercitu sub finem hyemis in Transiluaniam mouit, Brassoniae moratus, occurentem sibi nactus est Mirichium Transalpinum Vaiuodam, clientelam pactis subsidiis, professum. Mox in Valachiam mouens, aduentus sui fama Bajazethem in aduersam Danubii ripam se recipere compulit. Nicopoli expugnata, Turcas omni ea ditione exegit. V. Litt. Sigis. ad annum 1408. feria VI. Post festum Paschae Posonii.

CLXVII.

Idem Sigismundus Comitatum ac Ciuitatem Poson. Nicolao Berzethe satisfactionem impendere iubet. A. 1394.

Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Fideli suo Magnifico Viro Domino Stiborio de Stiborich Comiti Posoniensi, eiusque Vice Comiti, nec non Judici et Juratis Civibus ipsus Civitatis nostrae Posoniensis salutem et gratiam. Ex insiuatione fidelis Nostri Nicolai Berzethe de Monostor Nostra intellexit Serenitas, quomodo nonnulli Nobiles prae-

libati Comitatus et alterius Status et Conditionis homines cohabitatores antedictae Civitatis Nostrae Posoniensis sibi in suis possessionibus et Juribus in dicto Comitatu Posoniensi existen. damna non modica intulissent, et inferre non cessarent, in praelibati Nicolai Berzete praeiudicium satis ingens. Unde mandamus Fidelitati Vestrae firmiter et districte, quatenus mox receptis praesentibus, dilationibus et ocsionibus remotis, ex parte omnium et singulorum Nobilium, et alterius Status et conditionis hominum, quos idem Nicolaus Berzete in praemissis noxios fore evidenti testimonio poterit coram Vobis comprobare, eidem sufficiens Juris et Justitiae, ac omnimodae satisfactionis exhibeatis complementum, secus non facturi, praesentes autem, si secus feceritis, reddatis praesentanti. Datum Zegedini octavo die festi omnium Sanctorum. Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo quarto. L. S.

In charta communicavit Geog. Gyurikovics.

CLXVIII.

Idem Nobilibus de Zecheud protectionales elargitur. A. 1394.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalm. Croat. etc. Marchioque Brand. etc. memor. comendamus, quod damianus filius Stephani de Zecheud Castriferrei Cottus sua ac magistri Johannis eccles. Castriferrei Canonici Jacobi et Stephani fratrum suorum de eadem in personis ad nostre Maiestatis accedendo presentiam humili voce nobis significare curauit quod nonnulli Tributarii seu alii Theloniatores et alii nobiles et ignobiles homines plurrimos molare ad ipsorum molendinum in dicta Zechend eorum videlicet possessione in fluvio Raba constitutum venire volentes et confluentes in diver-

sis Theoloniis seu Tributis et aliis locis impedientes et arestantes ac Tributa seu Thelonia extorquentes perturbarent ipsis in hac parte dampna non modica inferendo, supplicans idem Damianus sua ut premittitur et dictorum fratruum suorum in personis nostre Maiestati ut in premissis eisdem de remedio dignaremur prouidere opportuno. Nos enim consideratis ipsius fidelibus servitiis et summor. (sic) meritis, quibus idem in nostris et regni nostri negotiis fideliter studuit complacere nichilominus ad petitionem Ladislai fily Petri de Saro Janitoris nostri nostre Maiestati pro eorundem parte porrectam anuentes ut nulli Tributarii seu Theloniatores ac alii nobiles et ignobiles dicti Comitatus homines, ad dictum molendinum ipsorum filiorum Stephani causa molandi venire volentes ymo Theolonia seu Tributa ab eisdem extorquere ac arestationem facere non presumant, et aliud si nostre indignationis furorem incurrere formidant non facturi. Datum Brassouie die dominica ante festum Kathedre beati Petri Apostoli, Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo quarto.

Originale eleganter in membrana scriptum, sigilloque munitum asseruat Nicol. Jankovich.

CLXIX.

Sigismundus R. H. Literas Andreae Regis de anno 1231. et suas patentes, regis Ludouici literas continentes, pro Episcopo Vesprimien. in causa foliati, ac vini decimati, priuilegialiter transcribit ac roborat. A. 1395.

Sigismundus, Dei gratia, Hungar. Dalmat. Croat. Ram. Seru. Gallic. Lodomer. Coman. Bulgariaeque Rex, ac Marchio Brandenburgensis, sacri romani Imperii Archicamerarius, nec non Bohemiae et Lu-

cemburgensis haeres. Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris, salutem in salutis largitore. Ad hoc supremi dispensatione consily regalis obtinuimus Monarchiam dignitatis, vt etsi ad alia extrinseca debita solicitudo nos prouocat; ad ea tamen, quae libertatis ecclesiasticae statum et sui commodi incrementum promouent, tanto specialius intendamus; quanto gratius inde Christo, sponso eius, impartitur obsequium; a quo fides recipit exordium, et per quem regalis gratiae recognoscimus vnctionem. Hinc est igitur, quod per praesens scriptum notum fieri volumus vniuersis praesentibus et futuris, praesentem paginam inspecturis: Quod fidelis noster deuotus reuerendus in Christo Pater Dominus Demetrius, Episcopus Ecclesiae Vesprimien. ad nostrae claritatis accedens praesentiam, exhibuit nobis quasdam duas literas, vnam videlicet priuilegialem condam Excelsi Principis Domini Andreae regis Hungariae, super facultate parandi foliatum pro exigendis decimis vinorum in ciuitate Budensi Episcopo Ecclesiae Vesprimien. pro tempore constituto prouenientibus, et aliam nostram patentem minori secretiori sigillo nostro consignatam, tenorem cuiusdam Literae patentis olim Serenissimi Principis Domini Ludouici, Inclyti regis Hungariae, Patris et soceri nostri charissimi, laudandae reminiscentiae, super intromissione depositione, et venditione, seu propinatione vinorum decimalium episcopi dictae Ecclesiae Vesprimien. ad dictam ciuitatem nostram Budensem adducendorum libere fiendis, in forma praeceptoria per ipsum Dominum Ludouicum, olim regem emanatae, in se transumtiue continentem, confectas tenorum subsequentium; supplicans dictus Dominus Deme-

trius Episcopus nostro culmini prece deuota, vt easdem geminas literas gratas et acceptas habendo, ratificare, approbare, nostrisque literis priuilegialibus verbo tenus inseri faciendo, pro ipso et suis successoribus episcopis, videlicet dictae Ecclesiae Vesprimiensis, in futurum in ipsa Ecclesia Vesprimiensi instituendis roborando, et innouando perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum unius, vtputa ipsius olim Domini Andreae regis Literae priuilegialis tenor talis est: Andreas (Tomo VII. vol. IV. p. 79.) Alterius siquidem, videlicet antefatae Literae nostrae patentis tenor sequitur in haec verba: Nos Sigismundus, Dei gratia Rex Hungariae, Dalmat. Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit vniuersis: Quod accedens ad Maiestatis nostrae praesentiam fidelis noster, deuotus, venerabilis in Christo Pater Dominus Demetrius, Episcopus Ecclesiae Vesprimien. exhibuit nobis quasdam Literas patentes quondam Serenissimi Principis, Domini Ludouici, olim regis Hungariae, Patris et predecessoris nostri charissimi, clarae memoriae, sigillo maiori suo a tergo munitas, nostro supplicans culmini humiliter et deuote, vt easdem literas ratas, gratas, et acceptas habere, tenoremque earumdem praesentibus de verbo ad verbum inseri facieodo, ipsas pro eo et sua Ecclesia innouare et confirmare de nostra gratia, dignaremur. Quarum tenor sequitur, et est talis: Ludouicus (V. Tomo IX. Vol. VI. p. 168. ad an. 1372). Nos igitur iustis et legitimis praedicti Domini Episcopi supplicationibus nostro culmini porrectis regali clementia exauditis, praesertim in eo, quia vestigys praenominati quondam Domini Ludoui-

ci regis inhaerere, et ea, quae per ipsum rite processerunt, nullatenus immutare cupientes praefatas literas ipsius quondam Domini Ludouici regis non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua ipsarum parte suspectas, praesentibus de verbo ad verbum insertas, quoad omnes earum clausulas, ex certa scientia de benignitate regia confirmamus, innouamus, approbamus, et praesentium nostrarum Literarum testimonio solidamus. Praesentes etiam, dum nobis reportatae fuerint, in formam priuilegy redigi faciemus. Datum Budae feria quarta proxima post octauas Festi Pentecostes. Anno Domini MCCCLXXX. IX-o. Nos itaque deuotis et modestis dicti Domini Demetrii Episcopi supplicationibus antefatis, per ipsum nostrae Claritati modo praemisso instanter oblatis, regia benignitate exauditis, clementer et admissis, praefatas binas literas, videlicet ipsius olim Domini Andreae regis priuilegialem et nostram patentem, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio destitutas, imo mera veritatis integritate praepollentes, praesentibusque de verbo ad verbum, sine diminutione et augmento aliquali, insertas quoad omnes earum continentias, articulos et clausules acceptamus, approbamus, et ratificamus; eas nihilominus de vnanimi consilio et parili consensu fidelium Praelatorum, et Baronum, simul cum facultate parandi folyatum pro vinis decimalibus in Ciuitate Budensi Episcopo Vesprimiensi pro tempore praesenti prouenire debendis, nec non introsmissione, depositione, venditione et popinae expositione, eorumdem vinorum decimalium, in dicta ciuitate nostra Budensi fienda, et admittenda, superius in tenoribus dictarum Literarum lucidius expressatis, pro

praefato Domino Demetrio Episcopo et suis successoribus episcopis, vtputa ipsius Ecclesiae Vesprimiensis, ad ipsam Ecclesiam Vesprimiensem in futurum canonice intrantibus, roborando et innouando perpetuo valituras confirmamus, praesentis scripti nostri Patrocinio mediante, sine duntaxat praeiudicio Juris alieni. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam praesentes concessimus Literas nostras priuilegiales pendentis et authentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Datum per manus Reuerendissimi in Xto Patris et Domini Domini Joannis Archiepiscopi Strigonien. Locique eiusdem Comitis perpetui, nec non Primatis et Apostolicae sedis Legati, ac Aulae nostrae Maiestatis eximii Cancellary, dilecti nostri et fidelis. Anno Domini MCCCXCV. Sexto Calendas mensis Decembris, regni autem nostri anno Nono. Venerabilibus in Christo Patribus et Dominis, Valentino tituli Sanctae Sabinae, Sacro sanctae Romanae Ecclesiae Presbitero Cardinali, et Almae Ecclesiae Quinqueecclesiensis Gubernatore, ac eodem Domino Joanne de Canisa, ipsius Ecclesiae Strigonien. Nicolao Bubek Colocensis, Petro Jadrensis, Andrea Spalaten. et altero Andrea Ragusien. Archiepiscopis, Joanne Varadien. Martino Transyluano, Joanne Zagrabien. Stephano Ciko Agrien. Joanne Jaurien. Petro Vaczien. Joanne Boznen. eodem Demetrio Vesprimien. Fratre Gregorio Szirmien. Michaële Nitrien. Luca electo Chanad. Chrysogono Tragurien. Francisco Scardonen. Paulo Tinninien. Joanne Nonen. Antonio Sibinicen. Nicolao Corbauien. et Leonardo, Decretorum Doctori, Segnien. Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Nec non Magnificis viris Leostachio de Illsua, regni nostri Pala-

tino et Comite Albensi, Stiborio de Stiborsics Vajuoda nostro Transyluano et Comite de Zolnok, Comite Joanne, filio Dominici de Pastoh, Judice Curiae nostrae, Detrico Bubek, regni nostri Sclauoniae, Nicolao ac regnorum nostrorum Dalmatiae et Croatiae, Stephano de Korogh, et Nicolao Treutul Machou. Banis, honore Banatus Zeurinen. vacante. Nicolao, filio Joannis de dicta Canisa, Thauernicorum Stephano filio eiusdem Joannis de praedicta Canisa, Janitorum — — de Chitnik Dapiferorum, Joanne de Pereny Pincernarum, Joanne filio dicti Stephani Bani de Kurugh, Agazonum nostrorum Magistris ac eodem Domino Stiborio Comite Posnien. et alys quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores." L. S. pendentis „propria commissio Domini nostri regis."

„Antescriptum litterarum seu priuilegiorum exemplum fuisse et esse fideliter desumptum, et transumptum ex suo originali in pergameno registrato ac pendenti Sigillo corroborata, acta debita perlectione, cum eodemque consonans in omnibus fuisse repertum, sub fide mea Notariali attestor: in quorum etc.

Ego Vincentius Pedretus, Publicus imperiali auctoritate Notarius, nec non J. U. D. Ciuisque Tridenti, ac ideo in fidem me hic authentice subscripsi ac propria manu mea solitum meum Tabellionatus signum apposui et delineaui, ad Laudem Dei et Deiparae etc. L. Signi et Sigilli.

CLXX.

Ciues de Bihdos in Croatia, de damnis Nobilibus de Cloeoche illatis per Castellanos de Zokol satisfactum fuisse, attestatur. A. 1395.

Nos Stephanus Judex de Bihigio et Tota Com-

munitas de eadem tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod accedens in nostri presenciam Micula cum fratribus et generacione sua de Clocòch parte ab vna, parte vero ab alia Johannes dictus Vza et Gregorius dictus Etila, Castellani de Zacol. Idem Micula cum fratribus suis praesentibus nobis confessus est viua voce spontanea voluntate. Quod Castellani super nominati ipsis omnino et integre ac plenarie satisfecissent de predacione seu recepcione pecoribus (pecorum) ipsorum. In quorum omnium pro testimonio presentes literas nostras eisdem castellanis supra dictis literas nostras duximus concedendas sigillo nostre comunitatis consueto consignatas. Scripta in sede nostra Judiciaria feria tertia proxima post festum beati Mathie Apostoli sub anno Domini M-mo CCC-mo XC-mo quinto." L. Sigilli cerae fuscae impressi, e cuius perigraphe legitur † S — Communitatis e P (i) higi (o).

E collectione Joannis Perger.

CLXXI.

Fassionales super possessione Palota. A. 1395.

Fassio Stephani, fily Stephani de Porodrancz super possessione Palota pro Archiepiscopatu Strigoniensi. Anno Domini MCCCXCV.

Originales in archiuo Primatiali Capsa Y. nro 88.

CLXXII.

Capitulum Jaurinen. super violentia a Joanne Praep. de Moriczhida ac M. Joanne, filiis Simonis Buni, in possessione Kappi perpetratis relationem praestat. A. 1394.

Serenissimo Principi Domino Sigismundo dei gratia Inclyto Regi Hungarie Dalmatie Croatie etc.

ac marchioni Brand. etc. Capitulum Ecclesie Jauriensis orationes in filio virginis gloriose, literas vestre Serenitatis sumpmo cum honore noueritis nos recepisse in hec verba. Sigismundus Dei gratia Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. marchioque Brand. etc. fidelibus suis Capitulo Jauriensi salutem et gratiam dicitur nobis in personis nobilis Dominae Elisabeth vocate relicte Gregorii de Kapy, nunc consortis Emerici filii Valentini de Barbach ac Johannis et Benedicti filiorum eiusdem nobilis Domine, quod vir Religiosus Dominus frater Johannes prepositus Ecclesie Sancti Johannis Apostoli de Moricida et Magister Johannes condam Simonis Bani filius feria quinta proxima post festum beate Catharine Virginis et Martiris nunc proxime preteritum una cum Jobbagionibus et familiaribus ipsorum manibus armatis ad dictam ipsorum possessionem Kapy vocatam veniendo eandem pro se occupassent et detinent occupatam ipsos de eadem penitus excludendo et insuper universis rebus et bonis nec non quibuslibet literalibus eorum iustramentis super possessionariis Juribus ipsorum confectis possessione in praedicta spoliassent potentia — mediante, in preiudicium eorum valde magnum: super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fide dignum quo presente Petrus filius Jacobi de Peech vel Johannes filius Ladislai de Owat, aut Simon de Haly sin Michaël filius Nicolai de Mecheer sive Johannes filius Gwke de eadem an Blasius Pauli de Vaag aliis absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Strigonii in festo nativitatis Sancti Johannis Baptiste Anno Domini Millesimo

tercentesimo nonagesimo quarto. Nos etiam vestrae Serenitatis preceptis in omnibus obedire cupientes ut tenemur vna cum prefato Simone de Haly homine vestro hominem nostrum Magistrum Johannem socium et concanonicum nostrum ad premissa peragenda pro Testimonio transmisimus fide dignum tandem iidem ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima post festum nativitatis beati Johannis baptiste proxime preteritum accedendo ab omnibus cuiusvis status et conditionis, huius Jauriensis Comitatus hominibus signanter a vicinis et cometaneis plenissime possessionis Kapy a quibus decuisset ac diligenti et conscientiosa inquisitione palam et oculte facta scire potuissent sic sciuissent prout per omnia tenor continet literarum vestrarum predictarum. Dat. quarto die termini prenotati Anno ut supra.

Diplomatis Originale cum sigillo a tergo Cerae Albae impresso optime Conservato seruatur apud Nicol. Jankovich.

CLXXIII.

Cap. Poson. super duabus curiis, vulgo Lehen, remissis fassionales edit. A. 1394.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis memorie comendamus, quod nobilis Domina Clara vocata filia Nicolai filii Vermes de Budafalua relicta Johannis filii Petri de Watha coram nobis personaliter constituta oraculo vive vocis confessa extitit in hunc modum, quod ipsa duas curias integras vulgariter Lecheen dictas in possessione Eghazasmagiar habitas per nobilem dominam Anna vocatam filiam Nicolai de Hydegheeth consortem Ladislai filii Andree de Galgooch, mediantibus literis honorabilis Capituli ecclesie Nitriensis pro nouem marcis denariorum

prefato Johanni marito suo impignoratas, sicut dixit nunc ad ipsam deuolutas, Nicolaus filius Georgii de Ogya pro predictis nouem marcis denariorum redemisset et eidem dictas duas Curias restituisset, ymo restituit et resignauit nostri in presentia Testimonio presentium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beati Mathie Anno Domini Millesimo CCCXCIV.

Originale diploma Membranaceum in longitudine semialterius pedis elongatum, sigillo olim a tergo impresso munitum conservat Nicol. Jankovich.

CLXXIV.

Cap. super portione Egyházos Magyar redemta testatur. A. 1394.

Nos Capitulum Fcclesie Posoniensis memorie commendamus. Quod Stephanus filius Nicolai dicti Vermes de Budafava pro domina Clara vocata relicta Johannis filii Petri de Watha cum procuratoriis litteris nostris, coram nobis personaliter constitutus dicta auctoritate procuratoria organo vive vocis confessus extitit in hunc modum. Quod Nicolaus filius Petri de Ogia (Olgya) et Ladislaus filius Johannis de Felzaz duas integras laneas vulgariter Lehen dictas in Eghazasmagiar habitas, per Andream filium Michaelis et Petrum filium Alberti de dicta Ogia mediantibus aliis litteris nostris obligatoriis, praefato Johanni filio Petri pro triginta marcis denariorum impignoratas sicut dixerat nunc in ipsos devolutos, dictos duos laneos cum omnibus eorum utilitatibus et pertinencys universis pro eisdem triginta marcis denariorum a predicta Domina Clara redemissent, quos quidem Nicolaum et Ladislaum super solutionibus dictarum triginta marcarum denariorum iam dicta auctoritate procuratoria commisit expeditos, quittos,

et per omnia satisfactos coram nobis universas litteras super dictos laneos emanatas commisit et reddidit cassas, frivolas, et viribus carituras testimonio presentium mediante Datum feria sexta proxima ante festum Penthecostes, Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo quarto.

Originale huius in Membrana exaratum, et sigillo Capituli signatum tenet Nicol. Jankovich.

CLXXV.

Metales possessionum Jenke, ac Szirma, oppido Miskolcz collimitanearum. A. 1394.

Nos Detricus Bubekh Regni Hungarie Palatinus. Memorie commendamus, quod cum nos ad legitimam peticionem Parcium infra notatarum ad quandam composicionem partes inter easdem super facto metarum possessionum earundem infra declarandarum, faciendam, nostrum hominem, videlicet Magistrum Sebastianum Notarium nostrum secretarium destinassemus; Demum idem exinde ad nos reversus, nobis retulit isto modo: Quod ipse feria tercia proxima post festum beati Regis Stephani proxime preteritum, ad facies possessionum Jenke et Szirma vocatarum partium prescriptarum, vicinis et commetaneis suis universis illic legitime convocatis et presentibus accessissent: ubi Pe — — — — de dicta Jenke pro se personaliter, ac idem Martinus — — — — suo cum litteris procuratoriis, onus eiusdem super se assumendo ab una, item Paulus filius Petri et Johannes filius — — — alter Johannes filius Simonis de dicta Szirma personaliter, ac Ladislaus filius Luce, et Jacobus filius Petri de Lad, pro Antonio Jacobo filiis Dominici, ac pro Dominico et Johanne filiis, Johannis de dicta Szirma, et

dixissent — — — — — — — — litteris partium onera eorundem in se assumendo proponentes, per ordinacionem et compositionem viri Magnifici Domini Francisci similiter Bubekh Bani — — — fratris nostri — — — ac aliorum quam plurimorum proborum et nobilium virorum in facto dictarum metarum possessionum predictarum Jynke et Szirma appellatarum taliter concordassent, et easdem signis metalibus hoc modo consignassent: Quod prima meta incipit a parte occidentali inter fluvium Zinva a quadam meta terrea antiqua, inde directe vadit ad orientem, ad unam metam terream antiquam, ab hinc versus eandem plagam eundo transit ad duas metas antiquas abinde recto tramite eundo, vadit ad unam metam antiquam, videlicet quandam viam herbosam, de dicta villa Szirma ad possessionem Oh Solcza vocatam transducentem — — — — de qua per ipsam viam consimiliter ad dictam plagam orientalem vadit ad terram Zuccszeg vocatam, ubi ex utraque parte ipsius vie duo signa metalia fecissent, ab hinc derelicta ipsa via ad partem dextram vadit consimiliter ad duo signa metalia, deinde ad dictam plagam orientalem parum eundo, vadit ad lacum Pobragy vocatum consimiliter ad duo signa metalia in latere eiusdem lacus existentia, ab hinc vero, lacu pertransito, vadit ad Teke-teleke similiter ad duo signa metalia, inde directe ad orientem cadit ad fluvium Sayo nominatum, ibique terminarentur: In cuius rei testimonium presentes literas nostras patentes ad peticionem dictorum Nobilium de dicta Szirma eisdem duximus concedendas, communi Justitia svadente. Datum in Edeleny tertia die Compositionis prenotate. Anno Domini Millesimo CCCXCIV.

Ex simplici Copia Archiui Oppidi Miskolcz, Descripsit Jos. Podhrászky.

CLXXVI.

Capitulum Budense super medietate possessionis Leand per filios Thomae de Bela, filiis Petri, sororis ipsorum natis vendita, fassionales elargitur. A. 1394.

Litera Capituli Budensis secundo die Festi Natiuitatis Beati Joannis Baptistae Anno Domini Millmo Trecentesimo, Nonagesimo quarto Priuilegialiter emanata, Alphabetico intercisa Sebastianum Literatum et Joannem, filios Thomae de Bela, Ladislaum, filium Joannis eiusdem, inter alia medietatem Possessionis Leand cum suis vtilitatibus omnibus praefato Emerico et Blasio, filys Petri, ex sorore carnali ipsorum, scilicet Sebastiani et Joannis propagatis, perpetuo Jure possidendam dedisse et contulisse explicarat."

Ex adiudicatoriis Nicolai Gara Palatini anno 1415.

CLXXVII.

Statutoriae possessionis Németh in Csallóköz pro A. Episcopo Strigoniensi. A. 1394.

Statutoriae super impignoratione possessionis Némethy, in districtu Csallóköz, in minori Comitatu Poson. sitae, Archiepiscopo Strigoniensi facta. Anno Domini MCCCXCIV.

Statutoriae super eadem emanarunt etiam purae anno eodem: ambae originales in Archiuo Primatiali Capsa N. nro 11. et 12.

CLXXVIII.

Literae super prouentibus Capellae SS. Cosmae ac Damiani Martyrum de Komjáthi ad monasterium

S. Benedicti de iuxta Gron pertinentis. Anno Domini MCCCXCIV.

Originales in archiuo ad Sanctum Benedictum.

CLXXIX.

Contradictionales Mr. Thomas de Nadasd ob terram quamdam X. marcis venditam. A. 1394.

Magister Thomas, filius Laurentii de Nadasd, contra Benedictum, filium Joannis de Nadasd, coram Palatino, Leustachio de Ilswa litigat quoad literas, vna quidem Ladislai, olim regis, super libera lignatione ac glandinatione in silua Rába, pro Ladislao, Laurentio et Venceslao, filiis Varazlo, et pro Stephano filio Ladislai; altera autem Capituli Castriferrei super eo, quod Jacobus, Georgius, Chama, et Mortun, filii Lodomerii et Nicolaus ac Mike, filii Lucae, vendiderint vnam terram pro decem marcis Nicolao et Mike, filiis Stephani. Anno MCCCXCIV."

Ex Elencho Nádasdiano. Gab. Nagy.

CLXXX.

Transumtum literarum anni 1220. *pro M. Thoma de Nadasd. An.* 1394.

Magister Thomas Literatus, filius Laurentii de Nádasd coram Capitulo Castriferrei literas de anno 1220. supradictas transumi curat. A. MCCCXCIV.

Indidem. Idem.

CLXXXI.

Litterae processuales inter M. Thomam, et Benedictum de Nádasd a Leustachio Palatino editae. A. 1394.

Magister Thomas, filius Laurentii, de Nádasd,

contra Benedictum, filium Joannis de Eadem Nádasd, coram Palatino Leustachio de Ilsva, colligitant quoad literas, quarum duae transumuntur, vna quidem Ladislai, olim regis, super libera lignatione et glandinatione in silva Raba, pro Ladislao, Laurentio, et Venceslao, filiis Varazlo, et pro Stephano, filio Ladislai, altera autem Capituli castriferrei de anno 1220. super eo emanatas, quod Jacobus, Georgius, Chama et Morton, fily Lodomerii, et praeterea Nicolaus, et Mike filii Lucau vendiderint certam terram Hallug pro decem marcis perpetuo Nicolao et Mike, filys Stephani. An. MCCCXCIV.

Indidem.

CLXXXII.

M. Thomas de Nádasd literas fassionales de terra Hollugh, per Capitulum Castriferrei transumi curat. A. 1394.

Magister Thomas literatus, filius Laurentii de Nádasd, transumi procurat in Capitulo Castriferrei istas Literas (A. 1220.) Filii Lodomerii Jacobus, Georgius, Chama, Morton, item filii Lucau, Nicolaus et Mike terram, quam in Hollugh a Buza, Germano Beljenigh, et Vittemero separatam, metisque distinctam possederunt, vendunt filiis Stephani, scilicet Nicolao et Mike decem marcis perpetuo possidendam; cuius venditae metae etiam in instrumento designantur. A. MCCCXCIV.

Indidem.

CLXXXIII.

Literae Comitatus de Gömör super tribus sessionibus per Mathiam de Szkárus oppignoratis. A. 1394.

1394. Feria secunda post Octavas Paschae. Me-

moriales Magistri Joannis filii Bene ac alterius Joannis filii Cosmae de Fige Vice Comitum Leustachii Palatini ac Judicum Nobilium Comitatus de Gömör, super eo, quod in Causa Relictae Timboldi de Szkáros contra Michaëlem filium Dominici filii Stephani de Balogh Georgius filius Alexii de Lászlofalua pro Mathia filio Stephani de Szkáros fassus fuerit, Eumdem Mathiam tres sessiones suas Jobbagionales in Possessione sua Vismej Joanni et Stephano filiis Timboldi de Szkáros pro 20. florenis oppignorasse.

Orig. in Capitulo Scepus. Gabr. Nagy.

CLXXXIV.

Literae eiusdem super portionibus in Ragaly oppignorandis prohibitoriae. A. 1394.

1394. Gumur Feria 2-da post Georgii. Prohibitoriae Magistrorum Joannis de Bene et Joannis filii Cosmae de Fige Vice Comitum Domini Leustachy Palatini, pro parte Relictae Nicolai filii Michaëlis de Choltov, et Stephani filii eiusdem super eo, quod Nicolaus Litteratus de Ragál et soror eius Consors Mathiae Sartoris de Ragál portiones sui Ragál Petro filio Joannis abalienare velint. orig.

E Capitulo Scepusiensi Gabr. Nagy.

CLXXXV.

Congregationis generalis ad Sz. Imre in Transiluania sub Frank Vajuoda, et M. Petro de Veréb V. Vajuoda celebratae documentum. A. 1394.

Nos Magister Petrus, filius Georgy de Veréb, Vice Vaiuoda Transiluaniae significamus — — — quod cum in octauis Festi B. Georgy Martyris, plurima multitudo Nobilium regni pro executione causarum suarum ad easdem octauas prorogatoriarum,

ad villam S. Emerici conuenisset, coram Magnifico Viro Domino Frank, Vaiuoda Transiluano et nobis ibidem praesentibus, per Procuratores Venerabilis in Christo Patris et Domini Demetry, Dei et Apo-Sedis gratia, Episcopi Transyluani, scilicet ibi interessentes, nec non capituli eiusdem, contra quosdam Nobiles, in facto occupationis indebitae, et potentialis vsurpationis suarum decimarum, nec non etiam quartarum decimalium Archidiaconalium, fuisset querela proposita; et super hoc mandatum regium firmissimum, per suas literas, ad compescendos tales vsurpatores, fuisset praesentatum: et tandem super tali potentiaria occupatione, seu detentione decimarum, ydem Nobiles per eundem Dominum Episcopum et suum Capitulum fuissent diligenter requisiti, vt vna cum Domino nostro et Nobis, de remedio prouiderent oportuno, vt iidem vsurpatores decimarum, a talibus illicitis vsurpationibus cessare compellerentur. Hinc iidem Nobiles mutua deliberatione et tractatu inter se habito, vnanimiter et concorditer responderunt: quod talibus occupatoribus et vsurpatoribus decimarum, nullum praestarent auxilium, seu fauorem, sed vt rectitudo Justitiae dictaret, tales essent omnino compescendi et puniendi; verum quia quidam Nobiles, qui de vsurpatione decimarum accusabantur, in sui excusationem proponebant, quod easdem decimas a Procuratoribus Domini Episcopi et Capituli, qui ipsas locandi habuissent facultatem, conduxissent; et e conuerso Procuratores praedicti id constanter abnegabant; ideo praedicti Nobiles regni vna cum Domino nostro Vaiuoda et nobis, eodem Domino Episcopo et aliquibus Dominis de Capitulo consentientibus taliter ordinarunt et disposuerunt: Quod qui-

cunque Nobilium, seu alterius conditionis hominum, decimas a Domino Episcopo et Capitulo suo, vel Archi-Diaconis quartas decimales ipsorum, vel quartarum decimas a Domino Episcopo et Capitulo suo, vel Archidiaconis quartas decimales ipsorum, vel quartarum literas eorumdem Domini Episcopi, Capituli et Archidiaconorum, vel suorum Procuratorum, ad hoc specialiter deputatorum, potestatem locandi habentium, seu cedulam recognitionis super ipsa locatione sub sigillo ipsorum recipere teneantur, vt de ipsa locatione eis facta, edocere possint, et probare. Quicunque autem de occupatione et vsurpatione decimarum vel quartarum imposterum inculparetur, et per literas locationis vel chartas sigillatas docere et probare non possent, tales occupatores seu vsurpatores, in facto potentiae conuincantur eo facto, et per Dominum Vaiuodam, vel Vice Vaiuodam pro tempore constitutos, poena potentiae merito puniantur, nullo eis auxilio suffragante, nec friuolis occasionibus praetensionum valeant aliqualiter excusari. Si qui vero Nobiles vel alii conductores decimarum vel quartarum decimalium, in terminis consuetis, in literis locationum, eis ad soluendum deputatis, ipsas decimas, seu quartas Decimatoribus persoluere recusarent, et tunc Dominus Vaiuoda vel suus Vaiuoda, pro tempore constituti, de summa pecuniae, in literis locationis expressa, ad requisitionem decimatorum, seu Procuratorum praedictorum, satisfactionem impendere, cum iudicio trium marcarum, super possessiones non soluentium extorquendo, deberent et tenerentur absque strepitu Judicii et litigionario processu aliquali, prout premissa omnia Nobiles regni conformiter et vnanimiter statuerunt et decreuerunt fir-

miter obseruanda. Datum in S. Emerico quarto die praedictarum octauarum festi Beati Georgii Martyris. Anno Domini MCCCXCIV. L. S.

Ex archiuo capituli Trans. Fas. III. nro 36.

CLXXXVI.

Capitulum Castriferrei Literas Caroli regis, literas Capituli Jaurienen. de anno 1330. super possessionibus Abbatiae B. M. V. de Monte transcribentes, transumit. A. 1394.

Nos Capitulum Ecclesiae Castriferrei Memoriae commendamus: Quod religiosus vir, Frater Joannes, legitimus Procurator Monastery Beatae Virginis de Borsmonostra, in Domini Nicolai Abbatis et Conuentus eiusdem Monastery personis ad nostram accedendo praesentiam exhibuit Nobis quasdam Literas priuilegiales quondam Serenissimi Principis Domini Caroli, Dei gratia olim Inclyti regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas; petens nos, vt easdem de verbo ad verbum rescribi et praesentibus literis nostris inseri, sigillo nostroque consignari facere dignaremur; Quarum tenor talis est: Carolus (V. ad annum 1330. Cod. Dipl. tomo VIII. vol. III. p. 129.) Nos enim petitionem dicti religiosi Fratris Joannis fore iustam cognoscentes et congruum, praemissas literas de verbo ad verbum rescribi et praesentibus Literis nostris inseri, sigilloque nostro fecimus consignari. In cuius rei memoriam praesentes concessimus literas nostras priuilegiales pendenti sigillo nostro consignantes. Datum in festo Beatae Luciae Virginis Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Nonagesimo quarto. Honorabili viro Domino Georgio Praeposito, Viris discretis Magistris Lu-

ca Cantore, Laurentio Custode, Decanatu vacante, caeterisque Ecclesiae nostrae existentibus." L. S.

Ex archiuo Camerali.

CLXXXVII.

Literae metales possessionem Püspöki spectantes. A. 1394.

Literae metales super molendino ac clausura possessionis Püspöky. Datae quinquagesimo die octauarum Beati Georgii Martyris. Anno Domini MCCCXCIV."

Originales in archiuo Primatiali. Capsa H. nro 13.

Anno 1395.

CLXXXVIII.

Maria Regina Hungariae, Desiderio de Zerdahely, ob operam sibi ac matri captis praestitam, donationem impertitur. Anno 1395.

Nos Maria Dei gratia regina Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. (facit donationem Georgio Dees de Zerdahel ob egregie nauatam operam, dum cum matre a factiosis capta esset.) Datum in Werewcke, in festo Conuersionis beati Pauli Apostoli. Anno Domini MCCCXCV-o."

Pray ex originali membran. MSS. tomo 53. p. 11. Eadem Maria etiam fidelibus suis, Conuentui Ecclesiae Simigiensis commissionales dedit literas de dato Werőczé, secundo die festi Epiphaniarum Domini Anni eiusdem M. CCCXCV-o, sed contextum illarum Pray l. c. p. nos ignorare voluit. Sigismundus adhuc in Valachia moratus, nuncium ex Hungaria, Mariam coniugem suam obiisse, acceperat. Hedwigis defunctae soror, se haeredem regni Hungariae ferens, ad ius suum armis persequendum coniugem concitauit. Periculum collectis celeriter copiis A. Ep.

Strigoniensis, Joannes a Kanisa, auertit. Deliberatione cum A. Episcopo suscepta, iuri vxoris, hac etiam consentiente, renuncians, exercitum Wladislaus reduxit; Archiepiscopus vero reginae, funere Varadinum deducto, iusta regio apparatu persoluit. V. Litteras ad annum 1401. Joanni Kanisai in praemium datas.

CLXXXIX.

Sigismundus R. H. Nicolai Comitis de Vegle ac Modrus, in Comitem Arbensem electioni consensum praebet. A. 1395.

Sigismuodus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgen. etc. Notum facimus tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod nos electionem per fideles nostros, Nobiles ac prudentes viros Rectorem consilium et Communitatem Ciuitatis Arbensis in personam Spectabilis viri domini Nicolai Comitis Vegle et Modruss etc. factam, qui vt accepimus, eundem in ipsorum Comitem elegere, ratam et gratam habentes, eidem nostrum regalem consensum prebemus pariter et assensum, harum nostrorum testimonio literarum. Datum Budae VIII. die mensis Maji. Anno Domini Millesimo CCC-mo nonagesimo quinto."

Ex authenticata Copia Arbensi. Factum hoc est Dalmatia per Sigismundum R. H. reuindicata, vt sequens etiam documentum loquitur: In Christi nomine amen Anno natiuitatis eiusdem millesimo, tercentesimo, nonagesimo quinto, Indictione III. regnante Serenissimo Principe et Domino nostro naturali, D. Sigismundo, Dei gratia, Hungariae, Dalmatiae, Croacie etc. Rege inclyto, et Marchione Brandenburgensi, Temporibus quidem Reuerendissimi in Christo Patris et Domini Andreae, Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopi Spalaten. et legum doctoris. Magnifici ac strenui viri Domini Nicolai de

Gara dictorum regnorum Dalmatiae et Croaciae Bani, nec non Ciuitatis Spalaten. Comitis etc. Actum Spalati — praesentibus magnificis et potentibus viris, Domino Paulo Michaele, dictorum regn. Dalm. et Croat. Vice-Bano, Domino Buteone Comite Corbauiae etc.

CXC.

Idem Sigismundus donationales suas, et Capituli Budensis statutorias super possessione Bajon Joanni de Kanisa A. Episcopo Strigon. concessas, innouat et ratificat. A. 1395.

Sigismundus Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, ac Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archicamerarius nec non Bohemiae et Lucenburgen. haeres, Omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris, salutem in salutis largitore: Regiam decet Excellentiam suorum fidelium preces legitimas fauorabiliter exaudire, et per ipsum donatas et concessa eisdem literarum patrocinio roborare, ac eorumdem fidelium suorum fidelitatibus recensitis, iustis ipsorum petitionibus facilem perhibere consensum, in his praesertim, quae suorum subditorum commodis videntur vtiliter conuenire. Proinde ad vniuersorum, tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie volumus peruenire: Quod fidelis noster, dilectus, Reuerendissimus in Christo Pater, Dominus Joannes de Kanisa, Archiepiscopus Ecclesiae Strigoniensis, Locique eiusdem Comes Perpetuus, nec non Primas et Apostolicae Sedis Legatus, ac Aulae nostrae Maiestatis supremus Cancellarius, in nostrae celsitudinis veniens conspectum, exhibuit nobis quasdam duas literas priuilegiales, vnam scilicet nostram, maiori dup-

plici nostro, nec non Magnificorum virorum, Dominorum Leustachy regni nostri Palatini, et Comitis Joannis de Kapolya, pridem Judicis Curiae nostrae pendentibus et authenticis sigillis consignatam, super perennali donatione et perpetuatione cuiusdam possessionis Comitatus Capellae nostrae regiae, Bayon vocatae, in Comitatu Pilisiensi sitae, sub conditionibus, moderaminum et gratiarum praerogatiuis, nec non articulis Literis nostris priuilegialibus in eisdem lucide enarratis et firmatis; et aliam Honorabilis Capituli Ecclesiae Budensis, super legitima statutione eiusdem possessionis pro ipso Domino Joanne Archiepiscopo rite factis confectas, tenorum subsequentium. Supplicans exinde nostrae Maiestati prece condecenti, vt easdem nostram et annotati Capituli Budensis Literas priuilegiales ratas, gratas, et acceptas habendo, nostrisque similiter priuilegialibus, verbotenus inseri faciendo, pro eodem Domino Joanne Archiepiscopo et per consequens pro illo vel illis, cui vel quibus hominum personis, praesertim tamen Ecclesiis seu viris Ecclesiasticis, quibus ipse Dominus Joannes Archiepiscopus possessionem memoratam in vita, vel in morte legandam duxerit, donandam et perpetuandam, aut etiam earum permutationem faciendam, innouantes perpetuo valituras dignaremur confirmare. Quarum vnius, scilicet ipsius nostrae literae priuilegialis tenor is est: Sigismundus (V. ad an. 1395. Tomo X. vol. II. nro CLIII. p. 264. sqq.) Alterius vero, videlicet annotati Capituli Budensis, literae similiter priuilegialis series haec est: Capitulum Ecclesie Budensis omnibus Christi fidelibus, praesens scriptum inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Ad vniuersorum tam praesentium, quam fututorum noti-

tiam harum serie volumus peruenire: Quod nos literas Serenissimi Principis, Domini nostri, Domini Sigismundi, Dei gratia Inclyti regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionis Brandenburgen. etc. Introductorias et statutorias nobis directas, reuerentia qua decuit receperimus in haec verba: Sigismundus Dei gratia, Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburg. etc. Fidelibus suis Capitulo Budensi Salutem et gratiam. Cum nos quamdam possessionem Comitatus Capellae regiae Bayon vocatam, in Comitatu Pilis sitam, a dicto Comitatu ipsius Capellae nostrae separando, et sequenstrando; Reuerendissimo in Christo Patri, Domino Joanni Archiepiscopo Ecclesiae Strigoniensis, Locique eiusdem Comiti Perpetuo, ac Primati et Apostolice sedis Legato, nec non regiae et reginalis Maiestatum supremo Cancellario, fideli nostro dilecto, mediantibus alys literis nostris exinde confectis, nouae nostrae Donationis titulo perpetuo duxeramus conferendam, ipsumque in dominium eiusdem, lege regni requirente statui facere velimus: Fidelitati igitur vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Joannes de Veche, vel Georgius de Kebelkuth, aut Ladislaus de Vndach, sin Clemens de Harsan, aliis absentibus homo noster, ad faciem dictae possessionis Bayon appellatae, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis, inibi legitime conuocatis et praesentibus accedendo, introducat ipsum Dominum Joannem Archiepiscopum in Dominium eiusdem, statuatque eandem ipsi, sub praemisso nostrae nouae donationis titulo perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra

annotatum Dominum Joannem, Archiepiscopum, in nostram praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum redditurum efficacem. Et post haec ipsarum possessionariae Introductionis et statutionis seriem, cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui fuerint, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Budae in festo Beati Adalberti Martiris. Anno Domini M.o CCCXCV. Nos itaque itaque mandatis ipsius Domini nostri Regis in omnibus obedire cupientes, vt tenemur, vna cum praefato Stephano de Kebelkuth, Homine suo regio, nostrum hominem fide dignum, Magistrum Laurentium, Socium et Concanonicum nostrum, ad praemissa fideliter exequenda duximus transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt: Quod praedictus homo regius, ipso nostro testimonio praesente, Feria tertia proxima post festum Beati Marci Euangelistae proxime praeteritum, ad faciem dictae possessionis Bayon appellatae, vicinis et commetaneis legitime conuocatis, et praesentibus, accedendo, ipsum Dominum Joannem Archiepiscopum in dominium eiusdem introduxisset, eandemque ipsi sub praemisso vestrae nouae donationis titulo, nullo penitus contradictore apparente statuisset perpetuo possidendam, diebus legitimis in facie eiusdem permanendo. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, praesentes litteras nostras priuilegiales, sigillique nostri munimine roboratas, alphabetoque intercisas, iuxta confessionem (?) Domini, Domini nostri regis et nostri hominum duximus concedendas. Datum per manus discreti Viri Domini Nicolai Zebel, Lectoris Ecclesiae nostrae, praedictae, duodecimo die diei introductionis praenotat. Anno Do-

mini supradicto. Praesentibus viris discretis Andrea — Cantore absente, Michaele Custode, Nicolao, Paulo, Thoma, Joanne, Benedicto, ceterisque Canonicis, fratribus nostris, in Dei Ecclesia praedicta regi iugiter famulantibus sempiterno. Nos igitur humillimis et deuotis ipsius Domini Joannis Archiepiscopi supplicationibus antefatae nostrae per eum subiectiue allatis Maiestati, Regia benignitate exauditis et admissis clementer, praefatas binas, nostram scilicet et annotati capituli Budensis priuilegiales literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed prorsus omni suspicionis vicio destitutas, imo nostrae et summae veritatis plenitudine praepollentes, praesentibusque de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continentias, articulos et clausulas, acceptamus, approbamus, et ratificamus. Eas nihilominus requirentibus praemissis fidelitatibus et fidelium obsequiorum laude dignorum et praeconio attollendorum praeclaris meritis, ac sinceris complacentiis, memorati Domini Joannis Archiepiscopi, nobis per ipsum et sacrae coronae regiae locis ac temporibus cum supremae fidelitatis constantia intrepide exhibitis et impensis de Praelatorum et Baronum nostrorum consilio praematuro, regia authoritate, et potestatis plenitudine, ac ex certa nostrae Maiestatis scientia, pro eodem Domino Joanne Archiepiscopo, et per consequens pro illo vel illis, cui vel quibus hominum personis, praesertim tamen Ecclesiasticis, quibus ipse Dominus Joannes Archiepiscopus memoratam possessionem, Bayon vocatam, in vita vel in morte legandam duxerit, donandam et perpetuandam, aut cum eadem permutationem faciendam, simul cum praemissis

conditionibus moderaminum et continentiarum prae-rogatiuis; ac articulis omnibus superius in earumdem literarum tenoribus limpidius explicatis, innouantes, perpetuo valituras confirmamus, praesentis scripti nostri patrocinio mediante. Et vt huiusmodi nostrae confirmationis et ratificationis decretum eidem Domino Joanni Archiepiscopo et per consequens illi vel illis, seu Ecclesiae tali, cui vel quibus dicta possessio per ipsum Dominum Joannem Archiepiscopum legabitur, aut incorporata fuerit et appropriata, robur obtineat perpetuae firmitatis, ac in perpetuum inconcusse perseueret, praesentes concessimus literas, nostras priuilegiales similiter pendentis et authentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas. Et vt cuiuslibet suspicionis seu haesitationis et ambiguitatis vitium penitus euitent, quae ex eo fortassis allegarentur, quia praedictus Joannes Archiepiscopes nunc officio Cancellariatus ac conseruatione sigilli nostri maioris et authentici dupplicis memorati praedictis fungeretur, sigilla authentica virorum magnificorum praefati Domini Leustachy de Ilsva, Regni nostri Palatini, nec non Comitis Joannis, filii Dominici, de Pasztoh, Judicis Curiae nostrae, in praemissorum corroborationem et euidens testimonium, ad remouendum cuiuslibet ambiguitatis scrupulum, penes praetaxatum sigillum nostrum fore apponenda. Datum per manus eiusdem reuerendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Joannis de ipsa Kanisa, Archiepiscopi Ecclesiae Strigoniensis antefatae, dilecti nostri et fidelis. Anno Domini MCCCXCV. quarto kalen. Mens. Decembris, Regni autem nostri anno nono. Venerabilibus in Christo Patribus et Dominis praefatis Valentino Sanctae Sabinae Sacro sanctae Romanae Ecclesiae Presbitero

Cardinali et Almae Ecclesiae Quinqueecclesiensis Gubernatore, ac eodem Domino Joanne de praefata Kanisa, ipsius Ecclesiae Strigonien. Nicolao Bubek Colocen. Petro Jadren. Andrea Spalaten. et altero Andrea Ragusien. Archiepiscopis, Varadiensi sede vacante, Martino (Materno) Transyluanien. Joanne Zagrabien. Stephano Chykow Agrien. Joanne Bosnen. Demetrio Wesprimien. Joanne Jaurien. Petro Vacien. Fratre Gregorio Syrmien. Michaële Nitrien. Luca electo Csanadien. Chrysogono Tragurien. Francisco Scardonen. Paulo Tinninien. Joanne Nonen. Antonio Sibinicen. Nicolao Corbauien. et Leonhardo, Decretorum Doctore, Sennien. Ecclesiarum praedictarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus, nec non Magnificis viris eodem Leustachio regni nostri Palatino, Stiborio de Stiboricz Waywoda Transyluano, et Comite de Zolnuk, praefato Comite Joanne, filio Dominici de ipsa Pasztho, Judice Curiae nostrae, Detrico Bubek totius Regni Sclauoniae, Nicolao de Gara regnorum Dalmatiae et Croatiae, Stephano, filio Philpus de Korogh, et Nicolao Trewtel, Machouien. Banis, honore Banatus Zewrinensis vacante, eodem Nicolao, filio Joannis de Kanisa praedicta Tavernicorum, annotato Stephano, filio praedicti Joannis de antefata Kanisa Janitorum, Gregorio de Chitnik Dapiferorum, Joanne de Peren Pincernarum, Joanne filio ipsius Stephani Bani de Korogh praedicta, Agazonum nostrorum Magistris, praefato Stiborio Comite Posoniensi, aliisque compluribus regni nostri Comitatus tenentibus et honores."

Ex originali eiusdem Sigismundi transumto, A. 1416. XIX. kal. Febr. emanato, in archiuo Archiepiscopali Strigon. existente. Possessio donata vbique scribitur Bayon,

quae in comitatu Pilisiensi haud occurrit, nisi sit Bajot, ad Comitatum Strigoniensem nunc pertinens. Martinus, verius Maternus; vt apparet ex Tabul. Romano: „III-a Aprilis M a t e r n u s Episcopus Transyluanus obligat florenos 1500.“

CXCI.

Valachi et Stephanus Vaiuodae iuramento fidelitatis se Vladislao Regi Poloniae obstringunt. A. 1395.

Valachi Nobiles pollicentur Stephanum Palatinum ad Vladislaum Regem cum Consiliariis suis venturum, et Juramentum fidelitatis eidem praestiturum. Quod si aliqui Consiliarii non venerint, coram Legatis Regiis Juramentum praestare debebunt. Anno Domini MCCCXCV-o.“

Homagium et fidelitatis iuramentum Stephani Palatini Moldauiae Wladislao Regi et Regni Poloniae praestitum. Anno Domini MCCCXCV-o.“

Apud Dogiel l. c. folio 600.

CXCII.

Processuales literae Nàdasdianorum pro terris suis. A. 1395.

Benedictus, filius Laurentii, ac Jacobus filius Stephani de Nádasd contra Magistrum Thomam Literatum, filium Laurentii de eadem Nádasd, procedunt, atque iuxta adiudicatorias regis Sigismundi producunt literalia plurima factum bonorum Pethenicz, Kernelicz, Endrik, Morasolcz, Eychevölgye, Marcholcz, Chapench, Németfalu, Almás, Makfalva; Katafalva, Gergorháza, Oszko, et Markfelde tangentia. Anno MCCCXCV-o.“

Ex Elencho Nádasdiano. Gab. Nagy. 'Sunt literae haec sequentes:

A. 1332. Cambiales portionionis Oszko et Terergenye.

A. 1364. Diuisionales possessionum Dolna, Michaloch, Ivanocholch, in Comitatu Castriferrei.

A. 1377. Adiudicatoriae Nicolai Gara Palatini quoad possessionem Oszko.

A. 1379. Priuilegiales Capituli Castriferrei quoad terras Hollogh Totlak et Oszko.

A. 1380. Venditionales super terra Almásd.

A. 1384. Literae factum obligationis portionis Markusfölde, alio nomine Oszkov dictae tangentes.

A. 1388. Adiudicatoriae Comitis Emerici Bubek super possessionibus Ivakonolch, Michanolch, Dolina, et Vollkrach.

A. 1394. Metales inter terras Hollogh et Tothlak.

A. 1394. Priuilegiales factum donationis possessionis Bakracs tangentes.

A. 1395. Priuilegiales Sigismundi regis Bona Pethenich etc. concernentes.

CXCIII.

Cap. Castriferrei super portione in Chorna per Joannem de genere Osl impignorata fassionales edit. A. 1395.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie comendamus. Quod nobilis Domina relicta condam magistri Johannis fily Osl de Azzonfalva ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras patentes honorabilis Capituli Ecclesie Jauriensis, non in aliqua sui parte viciatas petens nos ut easdem de verbo ad verbum rescribi, et presentibus litteris nostris inseri, sigilloque nostro consignari facere dignaremur, quarum tenor talis est: Nos Capitulum Jauriensis Ecclesie memorie commendantes, significamus quibus expedit universis. Quod Johannes filius Mark de genere Osl pro se, et pro eodem

Patre suo, ac Nicolao fratre suo ab una parte, magister Johannes filius Osl, de eadem generacione similiter pro se, et pro Nicolao, ac Dominico magistris fratribus suis ex altera coram nobis personaliter constituti prefatus Johannes filius Mark totalem portionem suam possessionariam Chorna Jure ipsum contingentem cum utilitatibus quibuslibet vel quocunque nomine censeantur, videlicet terris arabilibus, fenilibus, et alys omnibus prefato Magistro Johanni, et fratribus suis pro viginti marcis latorum denariorum Viennensium eidem plene persolutis, pignori obligavit. Ita, quod quandocunque facultas suppetet redimendi, redimere poterit, pro eadem sumpma pecuniae, exclusa aestimacione, sub gravamine duppli, praeterea assumpsit, praefatus Johannes quod quandocunque in posterum, ratione ejusdem portionis obligate, predictos magistros Johannem, Nicolaum, et Dominicum usque tempus redempcionis quovis titulo aggravare attemplarent, sepedictus Johannes cum suo Patre, et fratre tenebitur expedire proprys laboribus et expensis. Dat. in vigilia omnium sanctorum Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo. Nos etiam peticionem ejusdem fore justam agnoscentes, et congruam premissas litteras de verbo ad verbum, rescribi et presentibus litteris nostris inseri, sigilloque nostro fecimus consignari. Datum quarto die festi beati Michaelis Archangeli anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto.

Comm. Nic. Jankovich.

CXCIV.

Idem Cap. super alia portione de Görwöld Joanni Osl impignorata testatur. A. 1395.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie

comendamus. Quod nobilis Domina relicta condam magistri Johannis fily Osl de Azzonfalva ad nostram accedendo presentiam, exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes — — — in nulla sui parte viciatas petens nos ut easdem de verbo ad verbum rescribi et presentibus litteris nostris inseri sigillo quoque nostro consignari facere dignaremur cujus tenor talis est. Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie comendamus. Quod Ladislaus filius Stephani de Syuw pro nobili Domina Lucia vocata Sorore — sua uterina pridem jam conjuge Johannis dicti Zence de Agyagus cum sufficientibus litteris nostris procuratoriis coram nobis personaliter constitutus oraculo viue vocis confessus extitit eomodo, ut ipsa totam portionem possessionariam Anthony fily Petri dicti Zenre — de dicta Agyagus In possessione Goruold apud manus suas pro triginta duabus marcis denariorum gravis ponderis — habitam sub conditionibus et obligaminibus in premissis litteris obligatorialibus expressis magistro Johanni filio Osl de Azzonfalva pro premissis triginta duabus marcis denariorum inpignorasset ymo annotatus Ladislaus — auctoritate procuratoria premissa impignoravit coram nobis testimonio presentium mediante. Datum feria secunda proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris, Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto nos etiam petitionem ejusdem fore iustam agnoscentes et congruam premissas litteras de verbo ad verbum rescribi, et presentibus litteris inseri, sigilloque nostro fecimus consignari. Datum quarta die festi beati Michaelis Archangeli, Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo quinto.

Originale membranaceum cum sigillo est in collectione Autographorum Nicolai Jankovich.

CXCV.

Cap. Nitrien. amicam diuisionem Nobilium Lehotz exhibet. A. 1395.

Nos Capitulum Ecclesie Nitriensis memorie comendamus, quod discretus vir Dominus Thomas sacerdos et plebanus de Ozlian, filius Stephani de Leleuch ab una item Andreas de Walkou de eadem Leleuch et Petrus filius Petheu similiter de eadem Leleuch pro se personaliter et pro Nicolao fratre suo uterino, cum procuratoriis litteris nostris parte ex altera coram nobis personaliter constituti per eosdem propositum, et confessum exstitit oraculo vive vocis in hunc modum quod licet hactenus inter ipsos pretextu portionum possessionariarum ipsorum in possessionibus Leleuch predicta ac Jordan et Leleuch Lehotaya vocatis habitarum litium materie mote et diutius ventillate exstiterunt tamen ipsi tum ordinatione et compositione proborum et nobilium virorum pacem partium Zelantium inter veniente tum et etiam ex et ut amplius et deinceps se mutua dilectione fraternali convenirent adamare et ad invicem fraternaliter possint gratulari sepositis et sedatis universarum litium materiis et controversiis hucusque in medium ipsorum motis et suscitatis Cassatisque universis literis inquisitionalibus, judicialibus causalibus aliis etiam quibuslibet sub qualicunque forma verborum usque modo inter se contentiose emanari procuratis super factis premissarum portionum possessionariarum ipsor. concordassent et concordarunt nostri in presentia eo modo quod prefatus Dominus Thomas plebanus ob amorem fraternalem portionem suam possessionariam totam in predicta possessione Leleuch vocata habitam cum universis suis utilitatibus ad eandem portionem possessionariam spectantibus ipsis — — — — — — —

Andree filio Walkan ac Petro et Nicolao filiis Pethew annuissent perpetuo possidendam tenendam pariter et habendam prout etiam asseruit coram nobis excepta duntaxat quadam particula prati ad duo falcastra se extendente penes quandam arborem metalem abietis ipsius possessionis Leleuch vulgo Teulfa vocatam adjacente quam idem Dominus Thomas plebanus utendi habebit facultatem e converso autem prefatus Andreas filius Walkan et Petrus filius Pethew sua ac predicti Nicolai fratris sui fratris sui in personis in predicta possessione Jordam ipsi Domino Thome plebano tres curias integras Jobbagionales et populosas a parte orientali penes se se sitas et habitas cum una sessione deserta in serie dictarum trium curiarum et Sylvis nemoribus rubetis terris arabilibus pratis ac fenetis· ceterisque quibuslibet utilitatibus ad predictas tres curias Jobbagionales ac premissam unam Sessionem desertam spectantibus et quatuor Jugeribus terrarum arabilium de terris arabilibus ad propria ipsorum aratra spectantibus in facie predicte possessionis Jordan adjacentibus et quadam particula prati similiter in facie jam dicte possessionis Jordan adjacente ad duo falcastra se extendente dederunt, et assignarunt nostri in presentia per ipsum Dominum Thomam plebanum vita sua comite possidendas ac tenendas. Idem etiam Dominus Thomas plebanus directam tertiam partem utilitatum et proventuum territorii montis ac arborum fructiferarum et aliarum obventionum campestrium jam dicte possessionis Jordan possidebit predictam autem possessionem Leleuch Lehotaya predicte partes ad modum prioris divisionis temporibus progenitorum ipsorum facte possidebunt, premisse etiam partes universas litteras fassionales tempore dicti Do-

mini Thome plebani super facto prescripte possessionis Leleuch Lehotaya a conventu monasterii Sancti Benedicti de juxta Gron emanari procuratas dempto duntaxat uno priuilegio super facto divisionis sepe dictarum possessionis Leleuch et Lelelehotay a vocatarum inter prescriptum Andream filium Walkan ac annotatos Pethew et Stephenum patres scilicet predictorum Petri et Nicolai ac Thome plebani in dicto conventu emanato cassas reddiderunt et inanes ac viribus cariturae. Preterea sepe fatus Dominus Thomas plebanus quoddam priuilegium super possessione dicte possessionis Jordan sub appensione sigilli viri magnifici Comitis Johanis de Kapla Judicis curie regie Majestatis confici debendum propriis suis sumptibus expediendum assumsit coram nobis ab eodem redimere et emanari facere procurare vigore presentium mediante. Datum feria sexta proxima post Dominicam invocavit Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo quinto.

Originale Membranaceum conservatum possidet Nicolaus Jankovich.

Anno 1396.

CXCVI.

Sigismundus R. H. a propriis Ciuium Posen. mercibus vsque 1000 *flnos auri per regnum Hungariae diuectis tricesimam exigi vetat. A.* 1396.

Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Fideli suo Francisco Bernhardi Comiti Monetar. et Tricesimar. nostrarum salutem et gratiam. Significant nobis Fideles nostri Cives et Hospites de Posonio, quomodo nos Tricesimam de rebus ipso-

rum mercimonialibus propriis ad Civitates nostras Budensem, scilicet Albensem et ad Civitatem Posoniensem antedictam, ac ubilibet in Regnum nostrum Hungariae apportandis, in quantum se Mille floreni Auri de Tricesima exigendi annis singulis extendunt, prorsus et per omnia gratiose relaxassemus, Vosque huiusmodi Gratiam per nos ipsis factam pro nichilo reputantes, ac ipsos Cives nostros ad solutionem dictae Tricesimae de dictis ipsorum rebus, Vobis faciendam compulistis, et compellere deinceps conaremini et velletis in eorum praeiudicium et gravamen. Et quia Nos huiusmodi gratiam, vt permittitur, si ita est, factam, velimus facere inviolabiliter observari: mandamus igitur Fidelitati Vestrae firmiter et districte per praesentes, quatenus rebus sic se habentibus, praefatos Cives et Hospites nostros ad solutionem dictae Tricesimae de eorum rebus propriis mercimonialibus ubilibet in Regnum Hungariae apportandis a modo et deinceps compellere nullo modo praesumatis, sed praedictam Gratiam per Nos ipsis factam inviolabiliter observare debeatis. Et aliud Gratiae Nostrae sub obtentu facere non ausuri, praesentes etiam post lecturam semper reddi iubemus praesentanti. Datum Tyrnaviae in Festo Beatae Priscae Virginis, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Sexto. (L. S.)

In charta exaratum, ex quo fide integra descripsit Georg. Gyurikovits.

CXCVI.

Idem prope Posonium in traiectu Danubii sex magnas naues constitui iubet. A. 1396.

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. ac Marchio Brandenbur-

gensis Memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit universis, quod Nos ad gratiosam et favorabilem prosecutionem Civitatis Nostrae Posoniensis, ac Civium et populorum de eadem benigna Mente Regia intendere cupientes, inter caetera eiusdem Civitatis Negotia et signanter de Portu seu Navigio iuxta ipsam Civitatem in Fluvio Danubii existenti disponere cupientes, ut ipse Portus, seu idem Navigium taliter ordinetur et regatur, quod per confluentiam ibidem transfretantium idem Portus augeatur, et dictae Nostrae Civitatis utilitas et commune bonum ex inde valeat provenire. Habita itaque deliberatione matura et Consilio fidelium Praelatorum et Baronum Nostrorum accedente, instituendum decernimus et ordinandum; quod Nautae seu hi, quorum ipse Portus seu Navigium existit, Sex magnas Naves, in quorum qualibet quadraginta equi, et equites simul et semel ultra ipsum Fluvium transduci possent. quorum tres ex ista parte, et reliquae tres ex alia parte Danubii continuo constituantur, habere debeant, et teneantur, et decernentes, ac etiam statuentes, quod ipsi Nautae, vel iidem, quorum Navigium existit unam Sessionem, aut habitaculum, in qua, vel quo homines Navigatores, seu Conductores ad ipsas tres Naves sufficientes morari queant, ex alia parte Danubii construere debeant,. vel facere aedificari, ad quam quidem Sessionem, seu habitaculum Nos eisdem hominibus in ipsa habitantibus tantam terram, quanta pro ipsa Sessione, ac ortis et aliis pertinentiis ad ipsam correquisitis sufficeret de territorio Maiestatis Nostrae seu ad Castrum Nostrum Posoniense spectante — donandum duximus et conferendum, committentes, et firmissime praecipientes Castella-

nis praesentibus et futuris ibidem constitutis et instituendis, ut eosdem Nautas in eadem terra nullatenus impedire nec aggravare praesumant. In Casu vero, quo ipsi Nautae de terris honorabilium et discretorum Praepositi et Capituli Ecclesiae Posoniensis ibidem vicinis indigerent, ex tunc eosdem Praepositum et Capitulum requirimus, ipsisque firmissimis praecipientes mandatis, ut dictis Nautis huiusmodi terras pro licito et competenti Censu aut pretio committere velint et locare. Quo circa vobis fidelibus Nostris Judici et Juratis Civibus eiusdem Civitatis Nostrae Posoniensis committendum duximus, et vigore praesentium mandamus, ac facultatem praebemus, ut eosdem Nautas vel hos, quorum Navigium existit, ad praemissa modo praetacto facienda et exequenda cum gravaminibus congruis et opportunis Auctoritate Nostra Vobis praesentibus attributa adstringere et compellere debeatis, harum Nostrarum Testimonio Litterarum. Datum Posonii Secundo die Festi Pentecostes, Anno Domini Millesimo Tercentesimo Nonagesimo Sexto. (L. S.)

In membrana. Communicavit Georg. Gyurikovits.

CXCVII.

Sigismundus R. H. Stephani de Francsika, fratricidae bona ab eo devoluta, Patri, ac fratribus interemti confert. A. 1396.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. Dilecto fideli suo Joanni Strigoniensi Archiepiscopo, Primatique ac Apostolicae sedis Legato, nec non Aulae nostrae regiae supremo Cancellario salutem et gratiam. Cum Stephanus, filius Joannis de Francsika, fratrem suum patruelem, diabolo insti-

gante perhibeatur interemisse, ob hocque possessiones et Jura possessionaria eiusdem Stephani fratricidae, iuxta approbatam Regni nostri, consuetudinem ad nostram Maiestatem existant deuoluta: Nos recensitis fidelitatibus praefati Dominici Patris, nec non Moysis, Georgy, Joannis, Stephani et Lazari, fratrum annotati Aron interemti, ipsas possessiones et iura possessionaria vniuersa praelibati Stephani, fratricidae, eisdem nouae nostrae donationis titulo perpetuo duxerimus conferenda, fidelitati vestrae committimus et mandamus, quatenus receptis praesentibus, pro annotatis Dominico, Moyse, Georgio, Joanne, Stephano, et Lazaro super huiusmodi nostra donatione literas nostras sub maiori nostrae Maiestatis sigillo emanari faciatis, secus non facturi. Datum Pragae feria tertia proxima post octauas festi Paschae Domini. Anno eiusdem MCCCXCVI-o."

Ex eiusdem Sigismundi transumto A. 1414-o emanato: V. infra.

CXCVIII.

Idem Sigismundus possessiones Stephani de Fancsika, fratricidae, patri ac fratribus interemti per Capitulum Agrien. statui iubet. A. 1396.

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Marchio Brandenburgensis etc. Fidelibus suis Capitulo Ecclesiae Agriensis salutem et gratiam. Cum Stephanus, filius Joannis de Fancsika, Aron filium Dominici de eadem Fancsika, fratrem suum patruelem, diabolo instigante, perhibeatur interemisse; ob hocque possessiones et iura possessionaria eiusdem Stephani fratricidae, iuxta regni nostri approbatam consuetudinem, ad nostram Maiestatem existerent deuoluta; nos recensitis fideli-

tatibus praefati Domini Patris, nec non Moysis, Georgii, Joannis, Stephani et Lazari, fratrum annotati Aron interempti, ipsas possessiones et iura possessionaria vniuersa praelibati Stephani fratricidae, eisdem nouae Nostrae donationis titulo duxerimus perpetuo conferenda,. volumus easdem ipsis lege regni nostri requirente, statui facere; fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis homine., pro testimonio fidedignum, quo praesente Valentinus de Apag, vel Gregorius filius Martini de Ujhely, sin Georgius filius Martini de Ujhely, sin Georgius filius Jacobi de Forgolanfalua, aliis absentibus homo noster ad facies vniuersarum possessionum et Jurium possessionariorum annotati Stephani, filii Joannis, fratricidae, vbilibet in Comitatu de Vgocha, habitarum, vicinis et commetaneis eorumdem vniuersis illic legitime conuocatis et praesentibus, accedendo, introducat eosdem Dominicum et filios suos in dominium annotatarum possessionum, et iurium possionariorum praedicti Stephani fratricidae, statuatque easdem ipsis sub praemisso Nouae nostrae Donationis titulo perpetuo possidendas,. si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos Dominicum et filios suos nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec seriem omnium praemissorum, vt fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum Pragae feria tertia proxima post octauas Festi Paschae Domini. Anno eiusdem M-o CCCXCVI-o.“

Iadidem.

CXCIX.

Capitulum Agriense ex praescripto regis bona fratricidae patri ac fratribus interemti statuit. A. 1396.

Excellentissimo Principi Domino eorum Sigismundo, Dei gratia Illustri Regi Hungariae, Capitulum Ecclesiae Agriensis, orationes in Domino cum perpetua fidelitate. Literas Vestrae Excellentiae honore, quo decuit, recepimus in haec verba: Sigismundus (vt supra) Nos igitur mandatis vestris satisfacere cupientes, vt tenemur, cum praefato Valentino de Apagh, homine Vestro, Dominum Ladislaum, Sacerdotem chori nostri, transmisimus pro testimonio ad praemissa exequenda, qui demum ad nos reuersi nobis retulerunt isto modo. Quod ipsi feria quarta proxima ante festum Beati Joannis Apostoli et Euangelistae ante portam latinam, proxime praeteritum, ad facies portionum possessionariarum, et Jurium possessionarionum, praefati Stephani, filii Joannis, fratricidae, ipsum in dicta Fancsika et possessionibus Kező, Verböcz et Dob vocatis, in dicto Comitatu de Vgocha existentibus, habitarum contingentium accessissent, vbi ipsis vniuersis vicinis et commetaneis earumdem vniuersis inibi legitime conuocatis et eisdem praesentibus, praefatos Dominicum, et filios eiusdem in dominium praefatarum portionum possessionariarum praedicti Stephani, filii Joannis fratricidae, introducentes, easdem sub praemisso nouae donationis titulo statuissent saepedictis Dominico Patri, nec non Moysi, Georgio, Joanni, Stephano et Lazaro, fratribus dicti Aron interfecti, perpetuo possidenda, nemine contradictore apparent. Datum in festo Beati Stanislai Martyris. Anno Domini supradicto (1396).

Indidem.

tatibus praefati Domini Patris, nec non Moysis, Georgii, Joannis, Stephani et Lazari, fratrum annotati Aron interempti, ipsas possessiones et iura possessionaria vniuersa praelibati Stephani fratricidae, eisdem nouae Nostrae donationis titulo duxerimus perpetuo conferenda, volumus easdem ipsis lege regni nostri requirente, statui facere; fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis homine., pro testimonio fidedignum, quo praesente Valentinus de Apag, vel Gregorius filius Martini de Ujhely, sin Georgius filius Martini de Ujhely, sin Georgius filius Jacobi de Forgolanfalua, aliis absentibus homo noster ad facies vniuersarum possessionum et Jurium possessionariorum annotati Stephani, filii Joannis, fratricidae, vbilibet in Comitatu de Vgocha, habitarum, vicinis et commetaneis eorumdem vniuersis illic legitime conuocatis et praesentibus, accedendo, introducat eosdem Dominicum et filios suos in dominium annotatarum possessionum, et iurium possionariorum praedicti Stephani fratricidae, statuatque easdem ipsis sub praemisso Nouae nostrae Donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos Dominicum et filios suos nostram in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec seriem omnium praemissorum, vt fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum Pragae feria tertia proxima post octauas Festi Paschae Domini. Anno eiusdem M-o CCCXCVI-o."

Ibidem.

CXCIX.

Capitulum Agriense ex praescripto regis bona fratricidae patri ac fratribus interemti statuit. A. 1396.

Excellentissimo Principi Domino eorum Sigismundo, Dei gratia Illustri Regi Hungariae, Capitulum Ecclesiae Agriensis, orationes in Domino cum perpetua fidelitate. Literas Vestrae Excellentiae honore, quo decuit, recepimus in haec verba: Sigismundus (vt supra) Nos igitur mandatis vestris satisfacere cupientes, vt tenemur, cum praefato Valentino de Apagh, homine Vestro, Dominum Ladislaum, Sacerdotem chori nostri, transmisimus pro testimonio ad praemissa exequenda, qui demum ad nos reuersi nobis retulerunt isto modo. Quod ipsi feria quarta proxima ante festum Beati Joannis Apostoli et Euangelistae ante portam latinam, proxime praeteritum, ad facies portionum possessionariarum, et Jurium possessionarionum, praefati Stephani, filii Joannis, fratricidae, ipsum in dicta Fancsika et possessionibus Kező, Verböcz et Dob vocatis, in dicto Comitatu de Vgocha existentibus, habitarum contingentium accessissent, vbi ipsis vniuersis vicinis et commetaneis earumdem vniuersis inibi legitime conuocatis et eisdem praesentibus, praefatos Dominicum, et filios eiusdem in dominium praefatarum portionum possessionariarum praedicti Stephani, filii Joannis fratricidae, introducentes, easdem sub praemisso nouae donationis titulo statuissent saepedictis Dominico Patri, nec non Moysi, Georgio, Joanni, Stephano et Lazaro, fratribus dicti Aron interfecti, perpetuo possidenda, nemine contradictore apparent. Datum in festo Beati Stanislai Martyris. Anno Domini supradicto (1396).

Indidem.

CC.

Witoldus, Lituaniae Princeps, Sigismundum Kesmarkini conuenit. A. 1396.

„Also in dem andern jore dornach, do begeet Kunig Sigmund einen frewntlichen Tag mit Herzog Witolt usser der Littenawe zu haben, inn dem Kesemarke, in dem Zipse, das was in dem dreytzen hundert und sechs und newnzigsten jore. Do komen sie zusamen, uff den anderen tag der Lichtmesse, und hetten lange tedinge, Vereinander, und in des brant die stat wol halbt. Do was Hertzog Witolt fast erschlagen worden, vor den Ungern, und der Gemeinde; das unterstunt got und konige Sigmund, und wurden do eins. Also sie do scheiden wollten, da schenkte Herczog Wittolt dem Konig Sigmund als denn hernach geschriben stet.“

Windeck Cap. XIII. Momentum tractatus incompertum est.

CC.

Vladus, Waiwoda Bessarabiae, se clientem regni Hungariae profitetur, in eo deceptus, quod illud ad regem Poloniae, iure haereditario consortis Hedwigis, transiuisse, autumauerit. A. 1396.

Vlad Waywoda Bessarabiae, nec non Comes de Seuerino etc. Significamus vniuersis, quibus expedit praesentium notitiam habituris. Quod mente gratuita attendentes, et non immemori cordis recolentes benignarum promotionum et gratiarum multiplicium indicia, quibus Serenissimi Principes et Domini nostri, Domini Vladislaus Rex Poloniae, Lituaniaeque Princeps supremus et Haeres Russiae etc. et consors ipsius Hedwigis, Regina Poloniae, et Haeres Hungariae regnorum, nata superstes inclyti Ludouici olim regis Hungariae, Nos et domina no-

stra prosequuntur, et praesertim quomodo ipsi Domini Rex et regina nuper Woieuodatum Bessarabiae ac Dominia, quae in regno Ungariae obtinemus, donauerunt, et literis suis ratificauerunt Nobis, et perpetuo confirmarunt; quapropter dignum arbitramur, et non incongruum, vt ipsis tanto perseuerantiori constantia obsequamur, quo magis per eorum promotiones dominiorum culmina conscendisse et multiplicibus Nos gratiis eorum inuenimus consolatos, et quia pridem regnum Hungariae ad memoratam Dominam Hedwigem, reginam Poloniae, et Haeredem dicti regni Hungariae vnicam, et superstitem, et consequenter ad praefatum Dominum Wladislaum Regem Poloniae, conthoralem ipsius, iure haereditario esse comperimus deuolutum, prout hoc ipsum in literis dicti Ludouici regis, et regnicolarum Hungariae et Poloniae regnorum praedictorum super eo confectis, intellegimus fuisse, et esse conditionatum, sicque etiam Nos et Domina nostra dictis Dominis Wladislao, Regi Poloniae et Hedwigi reginae, et regno eorum Poloniae, et Hungariae, Regnorum cum omnibus dominiis et subditis nostris facimus, subiicimus, et perpetuos omagiales fore confitemur. Promittentes eadem bona fide ipsis Dominis Vladislao regi et Hedwigi reginae, ac eorum liberis et haeredibus praedictis, quod ipsis nos, Dominia et subditi nostri iam dicti, a die datae praesentium perpetuo fideliter obediemus, assistemus, consilio, auxilio et fauore, omnibus eorum inimicis et aduersariis, dum dum et quoties sciuerimus, Nos cum tota potentia nostra obices ponemus. Inimicos eorum non fouebimus, regna ipsorum et quaeuis dominia contra voluntatem ipsorum non impetemus, neque vendicabimus, ac etiam causas et con-

trouersias, atque incommoda, per quoscunque aduersarios eorum, contra ipsos verbo vel facto mota, vel mouenda remouebimus. Decus quoque ac honoris ac commodorum incrementa, ipsis vndique operabimur, nostrum totum iuxta posse. Harum, quibus sigillum nostrum praesentibus est appensum, testimonio literarum. Datum in oppido Agrisch, ipso die sanctae et indiuiduae Trinitatis. Anno Domini MCCCXCVI-o."

Dogiel. Cod. Dipl. Tom. 1. p. 623. Ludovicus M. pactis conuentis, regna Hungariae ac Poloniae vnita permanere constituit; ea ipsorumque prouincias separari noluit; Hedwigis proin ius haereditarium in Moldauiam ac Bessarabiam nancisci, ac in maritum suum transferre neutiquam potuit. Huius tenoris litterae confectae sunt nunquam, Waiwoda fuerat earum obtentu deceptus. Iniuria Sigismundo ob belli contra Bajarethem, qui occupata fere omni Thracia, Constantinopolim obsidere constituit, apparatus dissimulanda fuerat.

CCI.

Sigismundus R. H. iura Ciuium Cremniczensium confirmat. Anno 1396.

Anno 1548. Viennae 16. Mensis Julii datae sunt Literae regiae Ferdinandi, confirmationales, manu eius subscriptae, quibus ternas literas alias Conuentus Ecclesiae S. Benedicti de iuxta Gran anno 1396. emanatas, transumtum literarum Serenissimi quondam Principis Domini Sigismundi regis Hungariae in se continentes, quibus idem Sigismundus Ciuibus et incolis Cittis Cremniczen. concessisse dinoscitur, vt cum in syluis, ciuitati ipsi proximis, homines malefactores vagarentur, qui viatores depraedarentur, possint huiusmodi malos homines in omnium

bonis persequi, et capere, ac iuxta eorum merita, punire. Alterae vero simplex scilicet confirmatio suae Maiestatis in papyro descripta, qua sua Maiestas veterem consuetudinem ipsorum Ciuium Cremnicien. super eo, ne quis apud eosdem albam Caereuisiam, quam prosonianam vocant, nisi Judex et Jurati Ciues ipsius Ciuitatis braxare et vendere possint, confirmauit. Vltimae vero mandatum regiae Maiestatis, ad certos Comitatus, castellanosque ac dicatores super eo, vt cum vetus consuetudo, libertasque sit Ciuitatis Cremnicen. ne coloni eiusdem Ciuiuitatis, cum aly ex eis sint carbonarii, alii alius ministerii, in taxis vel aliis oneribus ferendis, in numerum aliorum Colonorum Nobilium regni computentur, eosdem in huiusmodi eorum libertate conseruent."

E libro regio. Kaprinai MSS. sub B. tomo XXVIII. p. 224—225.

CCII.

Conuentus S. Benedicti de iuxta Gron protestatorias pro Gyepesianis contra Forgács de Gymes edit. A. 1396.

Literae Cónuentus Sancti Benedicti de iuxta Gron, vi quarum Andras dictus Gyöpös, de Kis Herestény suo ac Michaelis et Joannis, similiter Gyöpös dictorum fratrum, nec non Nicolai, filii, suorum item Joannis, filii Ladislai de eadem Kis-Herestény, in personis, inhibet Magistros Joannem et Petrum dictos Forgács de Ghimes, et Jobbagyones illorum in villa Nagy Herestény commorantes, ab occupatione, detentione, et vsufructus perceptione possessionis ipsorum Kis Herestény. Anno Domini MCCCXCVI."

E chartario familiae Gyepes.

CCIII.

Monasterium de Clus accordam inter Episcopmm Transiluan. et Plebanum, Communitatemque de Toczb, ratione decimarum pendendarum confectam, exhibet. A. 1396.

Nos Conuentus Monasterii B. Mariae Virginis de Clusmonostra, memoriae — — — quod Petro Presbitero, Plebano de Toczb (Toczs?) in terris nostris Saxonibus sita, ac Nicolao Hakkuncesel Judice, nec non Michaële Fredel, Nicolao Krehel, et Herbordo — — — — — nostri in praesentia personaliter constitutis, et existentibus, ac per eosdem suis et omnium aliorum ciuium et Hospitum de antedicta Toczb — — — pariter et relatum in hunc modum: quod parochialis Ecclesia B. Antonii Confessoris de Toczb supra dicta in Decan — — — — — Episcopi Transyluani existens, semper et ab olim libera extitisset, vniuersique iam dictae Transyluaniae Ecclesiae Episcopi, ipsam tanquam — — — — — Plebanus pro tempore ibi constitutus Decimas ipsius villae Toczb leuasset et exegisset, Domino Episcopo pro — — — — — persoluere fuisset adstrictus; modo autem — — — — — vna cum venerabili in Christo Patre Domino Materno Dei, et Apostolicae Sedis gratia — — Ecclesiae Transyluanae, moderno Episcopo, taliter duxisset concordandum, quod a modo et Plebanus de praetitulata Toczb decimas inibi prouenientes pro se leuaret, et exigeret, singulis tamen annis debito tempore Domino Materno Episcocopo ac suis successoribus pro censu sex florenos, in auro puro, teneretur et deberet ad suam Cameram Episcopalem effectualiter administrare; adiecto etiam eo, quod dum ipsa villa populosior efficeretur et prouentus ipsius ecclesiae Toczb augmentaretur, extunc et Plebanus, pro tempore

constituius, iuxta quod cum ipso Domino Materno Episcopo, vel suis successoribus posset conuenire, huiusmodi censum teneretur augmentare, et ratione ipsius ecclesiae plus administrare. Ad quam solutionem faciendam praescripti Petrus Plebanus, Nicolaus Judex, ac Michaël Nicolaus, et Herbordus, Jurati, se ipsos personaliter ac vniuersos ciues et hospites de saepedicta Toczb licet absentes, tanquam autem praesentes obligauerunt coram nobis — — — — Datum feria quarta proxima post Dominicam reminiscere. Anno Domini MCCCXCVI-o. L. S.

Ex archiuo Capituli Alben. Trans. Fasc. VI. nrro 40.

CCIV.

Assecuratoriae ex parte Bosniae liberi commercii exercendi. Anno 1396.

Assecuratoriae Vlkach Comitis de Zamd nomine Ducis Hervoyae pro mercatoribus ex Hungaria ad Comitatum Zand libere venturis. Anno Domini MCCCXCVI.

E codice Istvánfiano nro 29.

CCV.

Super diuisione bonorum Capellae Corporis Christi Posoniensi a fundatore collatorum, publicum instrumentum, A. 1396.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem M-o CCC-o nonagesimo sexto Indictione quarta decima septima mensis Marty hora quasi sexta pontificatus Sanctissimi in Xto patris et domini domini Bonifacy diuina prouidencia pape noni anno septimo Nouerint vniuersi et singuli presentes pariter et futuri hoc presens publicum instrumentum inspecturi, Quod ego infrascriptus notarius publicus vna cum certis et idoneis testibus michi ad offi-

cium mei notariatus suffiact (?) requisitis, ad instantissimam peticionem discreti viri domini Stephani Vlrici de Sweinbarth prebendary, in ecclesia Sancti Martini ac rectoris Capelle Corporis Xti de posonio euocati existimus ad interessendum cuidam diuisioni aliarumque rerum videlicet vestimentorum, lectisterniorum, ac aliorum ipsius domus vtensiliorum. Que quidem diuisio fieri debuit inter prefatum dominum Stephanum Vlrici prebendarium et prouidam dominam katherinam relictam quondam prouidi viri Bonauentura de Salto crucesignati ciuis posoniensis, qui condam capellam sub titulo et vocabulo corporis Xti de bonis a Deo sibi collatis, in domo sue habitationis in posonio perpetuis temporibus fundauit et ad eandem Capellam aliqua sua bona mobilia et immobilia circa ipsam capellam permansura in perpetuam rei memoriam et anime sue, et antecessorum suorum salutem testamentaliter ordinauit, Tandem visis et habitis et perspectis omnibus bonis diuidendis in domo, in qua prelibata capella constructa extitit, et habita, seu facta plenarie ipsa diuisione iuxta voluntatem ambarum partium Justicia volente et requirente cuilibet parti suis bonis redditis et ab inuicem diuisis, ita quod quelibet pars contentaretur, in sibi assignatis pariter et cessis hys itaque sicut prefertur premissis in mei notary et testium subscriptorum presencia, prefatus dominus Stephanus Vlrici de Sweinborth prebendarius a prefata domina Katherina requisiuit in hunc modum, vtrum in diuisione huiusmodi rerum sicut premittitur facta contenta staret in omni iure et forma, ne propter litigiosos anfractus et occasiones grauia dampna, vary et sinistri euentus atque multiplices expense, sumptus et pericula vtrique parti eueniant,

hys sic requisitis et interrogatis prefata domina Katherina relicta quondam domini Bonauentura de Salto hac die in mei notary publici et testium infrascriptorum presencia, non ui nec metus causa, seu dolo inducta, sed sua bona spontanea et libera voluntate pure libere et solute ac simpliciter propter deum sperans se participem de omnibus bonis que fiunt per cultum diuinum cantando, orando, in prefata capella corporis Xti, dixit fassa fuit et expresse asseruit, quod predictam diuisionem sic factam, ex certa eius scientia, ac pura voluntate, et propter animе sue salutem ratam teneret atque firmam, et ipsum sepe dictum Stephanum redderet quietum liberum et solutum, et omnes successores suos, promittens michi prelibato notario, recipienti et stipulanti nomine et vice omnium quorum interest, et intererit et in futurum poterit interesse, prefatam diuisionem et singula predicta semper rata habere, et tenere, ac obseruare et non contra facere vel venire per se vel per alium, seu alios tacite nec expresse seu litem mouere, nec mouenti consentire aliquo modo causa vel ingenio, de quibus omnibus et singulis supradictis prefatus dominus Stephanus Vlrici prebendarius petens sibi per me fieri vnum publicum instrumentum seu instrumenta, perpetuis temporibus duraturum, seu duratura. Acta sunt hec posony in domo situationis praedicte capelle Corporis Xti Anno Indictione die mensis et hora, pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus et prouidis viris Magistro Bernhardo ecclesie sancti Martini alias sancti Saluatoris in posonio Canonico et paulo eiusdem ecclesie succentore, ac Johanne dicto Chatzenbury laico, ad premissa vocatis specialiter et rogatis, (tria lilia)."

Signum notariale: Et ego, fridericus quondam petri de posonio clericus strigoniensis diocesees, publicus Imperiali auctoritate notarius predicte diuisioni nec non omnibus alys et singulis suprascriptis dum sic fierent et agerentur vna cum prenotatis testibus presens interfui, atque sic fieri vidi et audiui, alys ordinis negocys prepeditus per alium fidelem scribi feci, et in hanc publicam formam redegi signo et nomine meis solitis et consuetis consignaui rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum."

E membrana originali collectionis Georgii Gyurikovics.

CCVI.

Joannes de Varadgya Vice-Vaiuoda protestatorias pro Capitulo Albensi edit. A. 1396.

Joannes, filius quondam Petri Vice-Vaiuodae de Varadgya, Vice-Vajuoda Transyluanus, memoriae commendamus, quod venerabiles, discreti viri Domini Stephanus de Tylegd, Nicolaus de Kezdi, et Antonius de Crasna, Archidiaconi, et Canonici Ecclesiae Transyluaniensis, in suis et Capituli eiusdem Ecclesiae Transyluanae personis ad nostram venientes praesentiam, per modum protestationis Nobis significari curarunt, quod quemadmodum ipsi, et reliqui Domini de Capitulo dicto percepissent, Petrus, filius Strygis de S. Emerico, comminando dixisset, quod ipse quasdam possessiones ipsius capituli, Peski, Paad, et Repas appellatas, funditus destruere vellet et concremare; ideo siquid iniqui possessionibus in praedictis fieri contigerit. id pro facto ipsius Petri, fily Strygy imputarent, In cuius etc. Datum in Sancto Emerico, decimo — — — Anno Domini MCCCXCVI."

Ex archiuo Capituli Albens. Trans. Fasc. III. n. 36.

Anno 1397.

CCVII.

Sigismundus R. H. rusticos ac jobbagiones Sibinicenses huiatis Episcopi iurisdictioni subiicit. A. 1397.

Sigismundus Rex Vng. Dalm. Croat. etc. Fidelibus nostris communi et regimini ciuitatis nostrae Sibinicen. salutem et gratiam. Cum nos ex libertate et antiqua consuetudine omnium Ecclesiarum regnorum nostrorum praedictorum, Praelati et rectores earum rusticos, jobagiones ipsorum et quoslibet alios cuiuscunque sexus homines, in quibuscunque possessionibus et territoriis suis habitantes, et commorantes, ac familiares in possessionibus eorum, ipsimet et non alii; in omnibus et in quibuslibet causis facultatem habeant iudicandi; fidelitati vestrae mandamus, quatenus a modo in antea dictos rusticos, jobagiones habitantes et commorantes et famulantes fidelis nostri et Reueren. in Christo Patris Domini Antonii de Ponte Decretorum Doctoris, Episcopi, nobis dilecti, Ecclesiae Sibinicensis etc. Datum Strigonii die 1. mensis Junii, anno Domini M. CCCXCVII."

Apud Farlat. tom. IV. fol. 464.

CCVIII.

Idem Sigismundus Capitulum Transiluaniense in bonis possessis Monasterium de Clus statuere praecipit. A. 1397.

Sigismundus Rex Hung. etc. committit Conuentui B. Mariae Virginis de Clus Monostra, vt suum mittat hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Stephanus, filius Martini de Tate, seu Lucas de Beld, aut Petrus vel Jacobus, filii Andreae de Saaros, siue Ladislaus de Batishaza, neue Bar-

tholomaeus, filius Lucae de Saneto Rege (Sz. Király) Capitulum Ecclesiae Transyluanae in dominium Possessionum, portionumque possessionariarum in Gald, Fahid, Galteo, et Mindszent in Comitatu Albensi existentium introducant. Datum Tyrnauiae Die — — — — Anno Domini MCCCXCVII. L. S.

Ex archiuo Capituli Alben. Transil. Fasc. VII. nro 32.

CCIX.

Idem Sigismundus Episcopo, et Capitulo Transiluaniensi causas in suspenso relictas assumendi, ac definiendi absque birsagio facultatem largitur. A. 1397.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Marchio Brandenburg. Notum facimus, — — — quod cum nos ob specialem deuotionem, quam ad Ecclesiam B. Michaëlis Archangeli Albensis Transiluan. gerimus, exauditis nihilominus instantibus supplicationibus Reuerendi in Christo Patris Domini Materni, Episcopi Ecclesiae praedictae, nostrae Maiestati humiliter oblatis, eidem Domino Episcopo, et Capitulo Ecclesiae praefatae, gratiam facere volentes specialem, indulgemus, vt ipsi simul vel diuisim, omnes causas Ecclesiae praedictae, super quibuscunque iuribus ipsius, coram quocunque Judice vel Justiciario regni nostri Ecclesiastico vel Saeculari, longe retroactis temporibus intentatas, et sine decisione suspensas, absque omni grauamine birsagiorum ad actionem Judicum duntaxat cedentium, valeant et queant assumere, vsque ad finalem conclusionem procedere in eisdem — — — — Datum in Temesvár in festo B. Simonis et Apostolorum. Anno Domini MCCCXCVII-o. L. S.

Ex eodem Archiuo Fasc. V. nro 42.

CCX.

Sigismundus R. H. Marchio Brandenb. Ciuitatem Custrin Joanni Wartenberg in feudum cedit. A. 1397.

Wir Sigmund von Gotes Gnaden Konig zu Vngern, zu Dalmacien. — Margraf zu Brandenburg — unser liuen getreuwen den richteren, rathen, der gançen Gemeine zu Custrin, und Reitz Steten, in der Marg obir Odir unsir Gnade unde allis gut. Liebin getreüwe, wen wir angeschen haben, unde ansehin getreuwe und nutzze dienste, dy uns unser lieuer getrewer der edle Her Jan van Wartenberg Herre zu Tetschin, ofte nuzlich getan hat und noch tun wird in czukumftigen czeiten, Wir ihm und seinen Erbin und seynen redlichin nachkomelinghen Custrin und Reis (Vorstadt) mit allen iren czugehorungen rechten eigenkeiten Erpeigen ewicklich in gegeben haben unde gebin, uns noch keine noch komenden Margrafen von Brandinburg keine Herschaft noch Eigenheit in keyner niase hinder stellig zu behalden. Gebieten wir euch ernstlichen wellen, und heissen bey unsern hulden, das ir den ehgenanten Hern Janen uff nemet czu eyme Herren, ihm schweret gehorsam, und gewere tut in allir mase, als ir uns besher getan habit, und In czu eyme Erpherren, als ir uns hat getan sullet halden an allir widerrede. Im ganze trewe pflogen unde leysten — — — — ewer Swure unde Eyde die ir uns vormals getan hat und uns besher pflichtig wort, wan das geschiet, und ir das thut, frei und ledig sagen, dorum wollen wir und ist unsere ernstliche meinunge, das ir in den Sachen dcheinerlei widerrede noch entferunge nicht en haben sullet, als fer ir unsere swere ungunst wellet vermeiden. Gegeben zu Banowitz am freytage nach Pfyngsten noch Getis ge-

burte Tausunt Jar, dreyhundert Jar, dornoch in dem sebinden und newnzegisten Jare. — P — — — mni Regis."

Ex originali Reg. Berolin. apud Gercke Tomo VI. p. 236—237.

CCXI.

Idem Sigismundus ab Vlrico de Oost pecuniam mutuat. A. 1397.

Wir Sigmund von Gotis Gnaden Konig czu Vngern — Marggraf czu Brandenburg — tun kunt mit desim offenen briffe, allen dy in zehin odir horen lezin, das wir schuldig sint rechtir und redlicher schult deme stregin Vlriche von der Oost, unde seynin Erbyn und czu getrewer Hant Rudolfe von der Oost und seynen Erbin funf hundirt schok Groschin gewonlicher guter Prager Münze odir ander phennyge, so fil do vor dy do gebe, unde genge sint in unsim Lande in der Marke obir Oder, und globin sy des Geldis bezalin bey unsern kuneklichen Worten ane alle argelist uff zente Jacofs tag der do neheste czu kumftig wird ober eyn ganzes Jar czu Arnswalde, Soldyn odir Custryn der dreien Stedte eyne. Vnd wo wir sy uf den geschrebenen tag nicht beczalten, und si schaden dorumme nemen, so globin wir en wellen und sollen alle Schaden, ganz und gar richten ane arg, dy sy doch redlich beweyzen mogen. Czu orkunde versigelt myt unserm heymeligen angchanginden Ingesigel, gegeben czu Tyrnou am Dinstage noch Johanns Baptiste noch Gotis Geburte Tausint Jar dornoch in deme sebinden und neünczegisten Jare."

Indidem apud eundem l. c. p. 237—8.

CCXII.

Idem Sigismundus alia debita a Nobilibus etiam contrahit. A. 1397.

Wir Sigmund von Gotis gnaden Konig zu Vngarn zu Dalmacien — Marggraffe zu Brandenburg, des heiligen Romischen Reichs Erzcamerer — tun kunt mit desim offenen briffe, allen dy en sehin odir horen lezin, das wir schuldig sint rechter Schuld und redlicher den gestrengen Mannen unsern lieben getrewen Czules und Hennyge von Wedel, Hannyze von Falkenburg, Hassen von Neuwen Wedel, Hannize Nartkow unde iren Erbin fyr hundert Schok Groschin Prager Münze, ane firczen Schok, odir andere Phennyge, so vil do vor, dy do gebe unde gege sint in unserm Lende in der Marke obir Odir, unde globen sy des Geldes bezalen bey unsern koniglichen Worten an Argelist, uff zente Jacuffis tage, der do nhegeste zukunftig wird obir eyn Jar, in Arnswalde, Soldyn, odir Custrin in der dreier Stete eyne. Vnd wo wyr ihn das Gelt uf den geschriebenen tag nicht bezahlten, unde sy keyne Schedyn des Geldes nemen, so globen wir yn sullen unde wellen alle redliche Schadin, dy sy doch redlich beweyzen mogen ganz unde gar bezalen. Czu Orkunde vorsiegelt myt unsem heymlichen anhangenden Ingesigel, Gegeben czu Tyrnaw am Dinstage noch Johannis Baptiste noch Gotis Geburte tausunt und drey hundert Jar dornoch in deme sebinden unde neünczegisten Jare.“

Indidem. Apud eundem l. c. p. 238—239. Ad debita haec contrahenda Sigismundum R. H. auxiliarium, qui ex Anglia, Gallia, Italia, Belgio et aliunde tanto numero contra Turcas confluxerant, vt facile centum et triginta millia efficerent, census et ad Nicopolim parte maxima incaptiuitatem incidentium redemtio coegit. Cf. Saidinum Orig.

Ottom. p. 183. — Ad hos liberandos Duci etiam Burgundiae veniam fecit, vt septem aureorum millia a Venetis in modum census annui regibus Hungariae ex pacto praestari solita conuerteret. „Pauco fluxo tempore illustris — Princeps D. Sigismundus — quemdam redditum, seu censum annuum, vel praestationem annuam 7000 ducatorum eidem magnifico Principi, eiusque regiae coronae singulis annis per Venetos debitum, — hypotecauerat, — pro eo, et causa redemtionis, libertationis illustrium Principum dominorum, Comitis Niuernensis, et Comitis Marchiae, egregiorumque militum — a manibus infidelium Turcorum etc. Datum Treuisiae XVI. Jan. 1397. Chambre de Comte de Dyon. p. 191. Ad Turcarum vero progressiones coërcendas, conuentum cum Ordinibus regni Temesvarinum indixit. Vt alias diximus. A se multorum animis, infelici pugnae exitu, praesertim illorum, qui iam antea infensi ei fuerant auersis nequicquam profecit. Illorum domi Stephanus Laczkovich, ac Stephanus de Simonytornya, Herwoya, alias Horwatich et Wuchich etiam dictus, in Bosnia fuerant. Turcis coniuncti ad regnum Ladislao Neapolitano prodendum: vide litteras Sigismundi anno 1397. alias productas.

CCXIII.

Sigismundus, R. H. terras Abbatiae de Borsmonostra reambulari ac relinqui iubet. A. 1397.

Sigismundus, Dei gratia, Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchio Brandenburgen. etc. Fidelibus suis Capitulo Ecclesiae Castriferrei salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona religiosi viri Domini Fratris Nicolai, Abbatis Ecclesiae de Borsmonostra, quod quaedam possessiones suae Peresznye, Felső Sidan, Plegyos, et Also Rasta, nunc ad manus suas existentes, legitima reambulatione et

metarum erectione plurimum indigerent. Super quo Fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Ladislaus, filius Comari, de Wiz, vel Stephanus de Eud, aut Laurentius de Szalakaskut (?) Georgius de Salamonfalva, sive Andreas de Kisszud, alys absentibus homo noster regius, ad facies praedictarum possessionum, vicinis et commetaneis earumdem vniuersis inibi legitime conuocatis, et praesentibus, accedendo, reambulet ipsas per suas veras metas antiquas, nouas iuxta veteres, vbi necesse fuerit, erigendo, reambulatamque ab aliorum possessionariorum iuribus separatas relinquat easdem ipsi Domino Abbati eo iure, quo sibi et ecclesiae suae ante dictae dignoscuntur pertinere, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, euocet ipsos contra annotatum Dominum Abbatem in nostram praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis ipsorum reddituros efficacem, ac ex post seriem praemissorum prout expediens fuerit, nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad in vigilia Festi Beati Martini Confessoris. Anno Domini Millesimo trecentesimo, Nonagesimo septimo.“ L. S.

Ex archiuo Camerali.

CCIV.

Maternus Episcopus Transiluaniensis causam inter Praepositum ac Capitulum Albense ventillatam, in curia regia, ac Praelatorum Hungariae Judicio definiendam prorogat. A. 1397.

Maternus Dei et Apostolicae sedis Gratia Episcopus Transiluanensis audit litem inter Praepositum et Canonicos Ecclesiae S. Michaëlis Archangeli ratione

decimarum, aliarum que obuenientiar. controuersarum; in qua notitia digna sunt: Item in decimis de terra Siculorum, et argento in districtu Sebes, quae faciunt in toto sexaginta Marcas argenti; non datur sibi tertia praeposituralis, etiam de argento de Sede Medgyes, quod facit triginta sex marcas argenti. — Rursus Praepositus — et etiam Cato Praepositus Alben. — — — Nos igitur omnibus et singulis, vt praemittitur visis, lectis et intellectis, consideratisque difficultate, arduitate, et obscuritate singulorum praemissorum, etiam propter absentiam Juris peritorum, a quibus consilium protunc habere non potuimus, et quod propter alias, quam plurimas causas, in aliis literis nostris expressas, super prorogatione praemissorum, ad curiam regiam, et ad Praelatos regni Hungariae confectis, omnia et singula praescripta ad eandem Curiam Regiam, coram Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Praelatis regni Hungariae, assumptis Nobis Juris peritis, prorogauimus sententiandi, definiendi e iuridice concludendi, prout in memoratis litteris nostris prorogatoriis plenius continetur. In quorum omnium efficax testimonium praesentes — — — litteras pontificialis sigilli appressione roboratas duximus concedendas. Acta sunt haec et facta in Palatio nostro Episcopali, hora sexta diebus praescriptis. Anno Domini M-o CCCXCVII.

Indidem: Fasc. VI. nro 48. Decessit Maternus Episcopus Anno 1399.

CCXV.

Gregorius Csanadien. Eppus pensum Camerae Apostolicae soluit. A. 1397.

Vniuersis et singulis, patentes litteras inspectu-

ris, Conradus miseratione Diuina Archiepiscopus Nicosiensis, Domini Papae Camerarius, salutem in Domino. Vniuersitati Vestrae notum facimus per praesentes, quod reuerendus in Christo Pater Gregorius, Dei gratia Episcopus Chanadiensis, pro parte partis communis seruitii, in quo Camerae Apostolicae sub certis poenis et sententiis ratione Ecclesiae Sirmiensis, cui tunc praefuit, extitit efficaciter obligatus, decem florenos auri de Camerat. non facta, diuisione de minutis seruitiis, nec aliquid soluto sacro Collegio Dominorum Cardinalium, nobis die datae praesentium, solui fecit realiter, et cum effectu, per manus Venerabilis viri, Domini Nicolai Joannis Canonici Cenadiensis, de quibus sic datis et solutis ipsum Episcopum, eiusque haeredes et successores, et dictam suam Ecclesiam ratione praesentium quietamus, absoluimus, et etiam liberamus, etc. ipsum ab excommunicationis sententia, etc. secum super irregularitate, etc. Verum intellecta mole grauaminum etc. terminum etc. vsque ad festum Natiuitatis Domini nostri Jesu Christi proxime futurum prorogamus etc. Ita tamen etc. In quorum etc. Datum Romae apud S. Petrum sub anno Domini MCCCXCVIII. Indictione VI. die tertia mensis Aprilis, Pontificatus anno nono."

Series Episc. Chanad. p. 81. Hic Gregorius Episcopus in diplomatibus nostris occurrit nomine Fratris Dosa de Marczaly; translatus fuit de sede Sirmiensi ad Chanadiensem, titulo communis seruitii soluere debebat 900 florenos Auri. V. ibid. p. 87.

CCXVI.

Capitulum Jaurinense donationales Andreae II. R. H. fideli suo Szasslow anno 1221. concessas transumit. A. 1397.

Capitulum Ecclesiae Jauriensis (Sequitur formula consueta transumti) Anno Domini Millesimo tercentesimo nonágesimo septimo. Dominis Stefano preposito, item Reuerendissimo Domino in Christo Patre domino Valentino Cardinale Quinqueecclesien. Jura lectoratus ecclesie nostre gubernante, Mychaële Cantore, Demetrio Custode existentibus."

E pergamenà originali collectionis Joannis Czech.

CCXVII.

Capitulum Poson. Ladislaum filium Magistri Nicolai dicti Berzethe ducentos fl. auri soluere cuidam Judaeo de Austria voluisse, sed hunc non venisse, neque misisse, attestatur. A. 1397.

Nos Capitulum Ecclesie Posoniensis, damus pro memoria, quod Ladislaus, filius Magisti Nicolai, dicti Berzethe, de Monostor, ad nostram personaliter adiens presenciam, in sua et predicti Nicolai Patris ac domine Anne matris suorum, personis, per formam protestationis nobis significabit, quod ipse et predicti magister Nicolaus et domina Anna, iuxta continenciam literarum nostrarum obligator. cuidam Judeo Wolff nomine de Austria, in festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste, proxime preterito, in tertia parte ducentorum florenorum in auro soluere teneretur, et predictus Judeus Wolff, per ipsum tota die legitime expectatus ad tollendam et recipiendam tertiam partem dictorum ducentorum florenorum in auro, in condigna estimatione equorum, quos nos oculata fide conspeximus, non venisset, neque misisset, et se de continentiis dictarum literarum no-

strarum obligator. exemisset, et exclusisset, petens nos, vt super huiusmodi protestatione literas nostras memoriales sibi ac predictis Nicolao, nec non domine Anne, dare dignaremur; presentes eidem dedimus iustitia requirente. Datum tertio die predicti festi Natiuitatis beati Johannis Baptiste, Anno Domini millesimo CCC-mo nonagesimo septimo." L. S. valde conspicui.

Ex originalibus Collectionis Georgy Gyurikovics. In dorso legibiliter scriptum: pro magistro Nicolao dicto Berzethe de Monoster, et aliis intrascriptis, contra Judeum Wolff de Austria, super facto neglectionis tertiae partis ducenterum florenorum in auro in festo Natiuitatis beati Joannis Baptistae recipi debend. protestatorie." In forma clausa, in papyro.

CCXVIII.

Conuentus Leleszìensis donationales Sanctimonialibus Sanctae Annae de Patak factas edit. A. 1397.

Perennalis donatio nobilis Dominae religiosae, Perpetuae, filiae condam Petri de Kis Ida, ex Domina Catharina Kathlin progenitae, sanctimonialis in monasterio S. Annae in Ciuitate Patak constructo degentis. Anno MCCCXCVII-o.

Originales in archiuo Lelesziensi.

CCXIX.

Conuentus B. M. V. de Clusmonostra testamentariam dispositionem Laurentii, fily Henneng, super portionibus possessionariis mortis causa Capitulo Albensi perpetuatis, ad postulationem Dominae Elisabeth illius vxoris elargitur. A. 1397.

Conuentus B. Mariae Virginis de Clusmonostra ad requisionem Discreti viri Magistri Michaëlis, Notarii Capituli Ecclesiae Transiluanae, nomine eiusdem Capituli factam, Joannes Magister Vittyh, Ve-

nerabi is in Christo Patris et Domini Martini, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Transyluani Vicarius in Spiritualibus generalis testatur, quod Laurentius, filius Henning, Nobilis de Dallya, feria tertia proxima ante festum B. Simonis et Judae Apostolorum, hora meridiei vel quasi, Albae, in domo prouidi viri Lazari Ciuis Albensis, coram illis et testibus infrascriptis, ipsis et ysdem testibus, per eundem Laurentium filium Henneng, in testimonium sui testamenti, infra declarandi, vocatis et rogatis, licet aeger corpore, omnino tamen compos suae mentis, et rationis, dixit, et confessus extitit oraculo viuae vocis; quod prout ipse alias cum bona ratione, et matura deliberatione portiones suas possessionarias, pro morte, seu emenda mortis, praefati Henneng Patris sui sibi deuentas, quas nunc possideret, et haberet, cum omnibus ipsarum vtilitatibus et pertinentys — — — coram suo Confessore, scilicet Domino Nicolao Preshitero, Plebano de Varadgya, aliisque quam pluribus Testibus fide dignis legasset, ita et nunc ob remedium animae et Parentum suorum legat Capitulo Ecclesiae Transyluanae, imo legauit coram ipsis et testibus infrascriptis; tali conditione interiecta: quod praefatum Capitulum Dominam Elizabeth, vxorem suam, vsque vitam eiusdem Dominae, in ysdem portionibus possessionariis conseruare aut pecuniam, quam ipsa Domina de suis propriis bonis, pro redemptione ipsarum portionum — — — praetextu impignorationis exposuisset, eidem Dominae integre restituere teneatur, ac etiam ipsa Domina annotata portiones — — — in dominium praenotati Capituli — — — perpetuo deuoluantur; praesentibus Discretis viris, et honestis — — — Nicolao

Simonis, et altero Nicolao Stephani Presbytero, Domini nostri Episcopi Capellanis, ac tertio Nicolao Stephano Presbitero, Domini Petri Archidiaconi de Clus capellano, Thoma Presbitero, Domini Joannis Presbiteri Capellano, Conrado Gubemheim dicto, Benedicto Pictore, Joanne Seniore Jekel, Lazaro Hospitibus (Saxonibus) Albensibus. Super quo testamento — — — praefata Domina Elizabeth patentes literas nostras — — — — in testimonium praemissorum postulauit, quas eidem concessimus — — — Datum Anno Domini Millesimo tercentesimo nonagesimo septimo.

Ex archiuo Capituli Transiluani: Fasciculo VII. nro 23.

CCXX.

Comes Frank, Lodomeriae Bani filius, Judex curiae regiae, Literas Ludouici regis Abbati Monasterii B. V. de Chanad. anno 1380. *concessas transcribit. A.* 1397.

Nos Comes Frank, filius Lodomeriae Bani, de Szechen, Judex Curiae Serenissimi et Magnifici Principis Domini Sigismundi, Dei gratia Inclyti regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchionisque Brandenburgen. etc. Memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit vniuersis: Quod nobis trigesimo sexto die octauarum Festi beati Michaëlis Archangeli vna cum regni Nobilibus, pro faciendo causantibus moderatiuo Judicio, in sede nostra Jubiciaria sedentibus, Vir religiosus, Dominus Frater Emericus Abbas Monasteri Beatae Virginis de Chonadino, personaliter ad nostram veniens praesentiam, exhibuit nobis quasdam Literas Domini Ludouici, pridem similiter regis Hungariae tenoris infrascripti; petens nos, vt tenorem earumdem Literis nostris

priuilegialibus inseri, et transcribi faciendo, sibi dare dignaremur ad cautelam; quarum tenor talis est: Nos Ludouicus (V. Cod. Dipl. tomo IX. vol. V. p. 372.) Nos itaque iustis ac legitimis petitionibus dicti Domini Abbatis annuentes, praescriptas Literas ipsius Domini Ludouici regis praesentibus Literis nostris Priuilegialibus pendentis sigilli nostri authentici munimine roboratis inseri, transumique, et transcribi faciendo, eidem Domino Abbati duximus concedendas, communi Justitia suadente. Datum in Wissegrad sexta die termini praenotati. Anno Domini MCCCXCVII-o."

E transumto Capituli Orodiensis anno 1412. emanato, in archiuo Camerali existente.

CCXXI.

Possessionem Hollos, in comitatu Castriferrei sitam, a Petro Ché, in pueri aetate Andreae ac Joanni, filiis Ladislai, famulis illius donatam, Rex Sigismundus literis Strigonii, feria quinta proxima post festum Beati Joannis ante Portam latinam datis confirmat. Anno MCCCXCVII-o.

Kaprinai MSS. tomo V. p. 52.

CCXXII.

M. Petrus Chuhi Palatinus Archiepiscop. passionales edit. A. 1397.

Magistri Petri Chuhi, Demetrii Archiepiscopi Strigoniensis ac Cardinalis, Palatini literae super piscinis a Capitulo Strigoniensi iuxta fluuium Nitra pecunia comparatis. Anno Domini Millesimo CCC-o XCVII-o."

Originales in archiuo Primatiali Capsa Q. nro 13.

CCXXIII.

Leustachius de Ilsua, Palatinus relictam Nicolai Zambo instrumenta litteralia super possessione Kis Bajon producere iubet. A. 1397.

Nos Leustachius de Ilsva regni Hungariae Palatinus et Comes Albensis, damus pro memoria, quod in congregatione nostra generali Vniuersitati Nobilium Comitatus Simigiensis feria quarta proxima post Dominicam Reminiscere ex speciali regio mandato prope villam Somogyvar celebrata, Johannes et alter Johannes filii ac nobilis puella Clara vocata, filia Thomae de Kysbayon, de medio aliorum personaliter exsurgentes, proposuerunt eo modo, quod Stephanus, filius Joannis et Thomas filius Pethew de eadem Kysbayon interfecto dicto Thoma, patre ipsorum, dictam possessionem Kys Bayon appellatam condam Magistro Nicolao Zambo, cum omnibus eorum instrumentis, vendidissent, nunc autem nobilis Domina relicta eiusdem Magistri Nicolai Zambo, erga cuius manus ipsa instrumenta vendita haberentur, eandem possessionem Kys Bayon, possideret, ex parte cuius iudicium habere vellent, iure admittente: Quo percepto Egidius paruus pro annotata nobili Domina relicta Magistri Nicolai Zambo cum procuratoriis litteris Conuentus Ecclesiae Simigiensis in nostram exurgens praesentiam respondit ex aduerso: quod ipsa possessio Kys Bayon praefato condam Magistro Nicolao Zambo et per consequens ipsi Dominae ex collatione regiae Maiestatis attineret, et super hoc literalia haberet instrumenta, in termino vlteriori per nos eidem Dominae dando, coram nobis exhibenda; ydem autem Stephanus, filius Johannis et Thomas, filius Pethew non dictam possessionem Kis Bayon, nec etiam praescripta instru-

menta ipsi condam Magistro Nicolao Zambo vendidissent, imo eadem possessio Kys Bayon appellata in nullo eisdem actoribus attineret. Vnde nos perceptis premissis iudicantes commisimus eo modo: quod praefata nobilis Domina relicta Magistri Nicolai Zambo vniuersa literalia sua instrumenta, si quae in praemissis confecta habet, in octauis festi Beati Georgy Martyris nunc venturis cum iudicio trium marcarum per ipsam Dominam deponendo, contra annotatos Johannem et alterum Johannem, filios ac nobilem puellam Claram vocatam, filiam praedicti Thomae, coram nobis exhibere teneatur; quibus visis iudicium et iustitiam facere valeamus, inter partes in praemissis. Datum sedecimo die Congregationis nostrae praedictae in loco praenotato. Anno Domini MCCCXCVII-o." L. S.

In dorso scriptum: Super exhibendis instrumentis pro Joanne et altero Joanne filiis et nobili Puella Clara vocata, filia Thomae de Kys Bayon contra nobilem Dominam relictam Magistri Nicolai Zambo ad octauas festi Beati Georgii Martyris prorogatoriae." Ipsum Orig. in collectione Nicolai Jankovich.

CCXXIV.

Mandatum transmissionale Joan. de Kanisa M. Tauernicorum regal. ad ciuitatem Poson. in causa M. Nicolai Berzenchei de Monostor contra Nicolaum Hemerhay. A. 1397.

Nicolaus filius Johannis de Kanisa Magister Tavarnicorum Regalium, Comitatusque Zaladiensis, Castriferrei, et Sopronienßis tenens pro honore Providis Viris Judici et Juratis Civibus Civitatis Posoniensis debitam reverentiam cum Salute. Dicunt Nobis Magister Nicolaus dictus Berzeche de Monostor et Ladislaus filius eiusdem, quomodo ipsi Nikus di-

ctum de Hemerhay Concivem Vestrum in facto cuiusdam Fundi Curiae Hemerhay, et cuiusdam Vineae Flexel appellatae in Territorio eiusdem Civitatis Vestrae existentem legitime Vestram in praesentiam in Causam attraxissent, Vosque Causam praemissam inter ipsas partes adiudicassetis, in qua Vos Judicibus haberet pro suspectis. Et cum in praesentia Judicum suspectorum non sit tutum litigare, igitur Vestram Providentiam praesentibus requirimus, nihilominus Auctoritate nostri Officii iniungimus, quatenus habita praesentium notitia Causam praemissam inter ipsas partes Vestri in praesentia vertentem, secundum Libertatem et Consvetudinem praedictae Civitatis Vestrae iusto Juris tramite adiudicare, et si qua Partium de huiusmodi Judicio Vestro contentari noluerit, extunc eandem eum adiudicata sua sorte ad unum certum terminum in Vestris Litteris eisdem partibus praefigendum, in Curiam Regiam Nostram in praesentiam transmittere debeatis. Secus non facturi, praesentes autem post lecturam reddi volumus praesentanti. Datum Tirnaviae Feria Secunda proxima post Festum Beatae Mariae Magdalenae, Anno Domini Millesimo Trecentesimo, Nonagesimo Septimo.

Sigillum viridi cerae impressum. Ex Diplomatario Georgii Gyurikovits.

Anno 1398.

CCXXV.

Sigismundus R. H. Demetrio de Chentevölgye, Praeposito Colocensi, Capellano suo, et fideli commensali, nec non fratribus ipsius Plebano de Pest, Thomae item et Andreae de Babocha armales elargitur. A. 1398.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dal-

macie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis. Memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis. Quod nos tunc in nostre mentis acie revolventes ad regie spectare dignitatem celsitudinis, ut eadem suis fidelibus, et subditis in hys postulatis, que ipsorum augmentum et honorem conspiciunt, benigna condescendencia, graciam conferat exaudicionis, tunc diligenti advertentes consideracione, fidelitates, et fidelium obsequiorum grata merita; honorabilis viri Domini Demetry Prepositi Ecclesie Colocensis capellani nostri fidelis commensalis, et dilecti, quibus ipse culmini nostro adeo multipliciter et sollicita invigilacione conplacere studuit, et conplacet de presenti, ut ipsum suosque consanguineos proximos, et amicos favoribus regys, et titulis fulgende dignitatis graciosius prosequamur, propterea ut ipse Dominus Demetrius Prepositus, et consanguinei proximi, ac amici ipsius in vastiorem preventum, et laudis exgnitam nominacionem per propri Clipei, seu scuti habitum promulgentur, unum Clipeum flavei seu celur Lazuro colore depictum, in quo caput Lupi[illegible] grisei coloris situatur, cum sagitta nigra, et parte ferri sanguine aspersa, que in ore ejusdem capitis infixa a parte posteriori ipsum Capitis lupini penetrare videatur, nec non cum auribus nigris ad dispositionem oris, seu rostri unius galli dispositis inter quas una crux alba parva tanquam de ore gallino egrediatur. Item cum signo rubeo in gutture ipsius capitis taliter figurato, sicuti fuerat vertex seu corona unius galli. Ita quod dicto Capite ad latus posito per premissas aures, et dictum signum rubeum apparencia, et dispositio fiat capitis gallini, et consimilis capitis signum supra casside, seu gal-

lea collocatum prelibato Domino Demetrio Preposito filio videlicet Pauli de Chenteweulgh, nec non Nicolao uterino Johanni filio et Mychaeli de Zenthlewrinch, Matheo filio Laurentii Mychael, et Georgius filys Georgy, Michaeli Literato patruelibus fratribus, Georgio, et Andree de Dobri proximis. Item discreto viro Gregorio Plebano de Pesth similiter Capellano nostro speciali, Thome, et Andree fratribus ejusdem de Babouchа amicis antefati Domini Demetrii Prepositi, prelibatorumque clericorum heredibus legitimis, et posteritatibus universis in clenodium et signum per ipsos adinstar ceterorum nobilium Regni nostri Hungarie portandum, et deferendum duximus conferendum, imo auctoritate regia, qua post sui adquisitionem fastigy, suos fideles talibus honoribus, et graciarum prerogativis prosequi consvevit, damus, conferimus, et donamus, harum nostrarum testimonio litterarum, quas si opus fuerit, privilegialiter emanare faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in Wylak in festo beati Galli confessoris anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

Originale Membranaceum litteris cursivis exaratum sigilloque provisum asservat Nicol. Jankovich.

CCXXVI

Idem M. Stephano dicto Mÿsser, [illegible]

Nos Sigismundus Dei gratia rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. Marchioque Brand. etc. memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit Universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis Magistrorum Stephani dicti Mysser filiy Johannis et Ladislai filiy Dominici de Gwrnye, per ipsos Sacre Regie dya-

demati et nostre Majestati Locis et temporibus opportunis cum summe fidelitatis constantia vigilancia curiosa, et laborum instantia assidua, exhibitis et inpensis pretextu quorum volentes eisdem aliquo regio ocurrere cum favore quamdam portionem possessionariam in Possessione Keek vocata habitam in Comitatu Simigiensi existentem que condam Johannis fily Johannis fily Nicolai de dicta Gwrnye hominis ut fertur absque heredum solatio abhac luce defuncti prefuisset, ex eoque approbata lege regni nostri requirente ad manus nostras regias devoluta fore, nostreque collationi rite pertinere dignoscitur, cum omnibus ejusdem — — — — Jurisdictionibus, comoditatibus et pertinentiis universis terris scilicet arabilibus, cultis et incultis pratis, pascuis, vineis, silvis nemoribus aquis, aquarumque decursibus pyscinis molendinis et generaliter quibuslibet utilitatum ejusdem integritatibus sub ipsius veris metis et terminis quibus eadem ab olim usa fuisset et possessa memoratis magistris Stephano et Ladislao ad eorundem intercessibilis supplicationis instantiam ac per eos Ladislao dicti Stephani et Benedicto ipsius Ladislai fratribus uterinis ipsorumque heredibus et posteritatibus universis ex certa nostrae Majestatis scientia nove nostre donationis titulo et omni eo Jure quo eadem nostre rite incumbit collationi, dedimus, donavimus et in eorum contulimus: ymo damus, donamus, et perhempniter effective conferimus, per ipsos eorumque heredes et posteritates universos perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendum, pleno Jure, praesentium literarum nostrarum patrocinio mediante, Salvis Juribus alienis, praesentes tandem nobis relatas in formam nostri privilegy redigi faciemus pro eisdem.

Datum Bude in festo beate Barbare Virginis et Martiris. Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo octauo.

Originale in Membrana exaratum. Sigillo Regio impressive ab intus communitum possidet Nicol. Jankovich. — Sigismundum Bosniae res impacatae, et domi perduellium studia arctabant vel maxime: illa mortuo hoc anno Dabiscia, vi pacti anno 1394. initi ad Hungariam pleno iure deuolui debebat; de illa attamen vsurpanda Twartkus, cognomine Scurus, et Ostoya inter se certabant; Herwoya vero, se Bosniae Waiuodam ferens, Turcis coniunctus, Agrum Poseganum latrocinando infestauerat. Stephanus Laczkovics ad Comitia Crisiensia copiis armatis comparuit, perduellionis reus supplicio affectus, motus non sopiuit, sed per regis in Bohemiam excursum sufflaminauit.

CCXXVII.

Capitulum Castriferrei litteras suas de anno 1389. diuisionem Szechodiorum sub poena succubitus duelli confectam, complexas priuilegialiter transumit. A. 1398.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie commendamus: Quod Jacobus, filius Petri de Zecheud, ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras clausas, in nulla sui parte vitiatas, petens nos, vt easdem — — ac de verbo ad verbum rescribi et presentibus literis nostris inseri, sigilloque nostro consignari facere dignaremur, quarum tenor talis est: Nos Capitulum Eclesiae Sancti Michaëlis de Castroferreo, memorie commendamus per presentes, quod Andreas, filius Christiani de Zerechend (Zeutseud?) Petrus et Michaël filii eiusdem, pro se et pro Laurentio maiori filio ipsius Andree, nepote Selke, fi-

ly Chernuk, ab vna parte, Stephanus et Paulus, fi-
filii Ladislai, filii Steph. pro se et pro Nicolao ac Joanne fratribus eorum, Gregorius filius Adriani, Paulus et Bartholomeus, filii Nicolai, filii Alexandri, et Nicolaus filius Hermanni, nepotes Stephani, filii predicti Chernuk, de eadem Zenchend, ab altera, coram nobis personaliter constituti super facto possessionum eorum Kayd, Zechend, Kukmer, Seek, et Chernuke, vocatarum, per arbitrium et ordinatitionem proborum et nobilium virorum, ad talem plene pacis dixerunt se deuenisse vnionem, quod in possessionibus eorum Kukmer, Chernuke, et Seek vocatis, Nicolaum filium Hermanni in eadem possessionaria porcione, que iuxta formam literarum nostrarum olim inter ipsorum priores diuisionem factam continentium sibi dignoscitur pertinere, reliquerunt eundem pacifice et quiete perseuerare, et irretractabiliter perpetuo residere, et permanere. Andreas etiam et filii sui a parte orientali suam portionem pacifice possidebunt, et quia de auorum suorum successionis geneologia et iure medietas ipsarum possessionum dinoscitur Andree prouenire, pro eo per eosdem extitit ordinatum, vt quicunque in Kukmer, Chernuk, et Seek ab eis alienatam et ad castrum Ujwar occupatam reinuenire et de eodem castro liberare poterunt, ad duas partes aequales easdem possessiones in toto ordinabunt, et medietas ab oriente Andree, filio Christiani et filiis suis, medietas ab occidente filiis Ladislai et filiis Nicolai, filii Alexandri, ac Gregorio filio Adriani, Nicolao filio Henrici, prouenient et debent prouenire. Sed idem Nicolaus, filius Henrici, de sua portione, quam nunc habet, et in priori diuisione sibi est deuoluta, non remouebitur, sed perpetuo ipsam possidebit de

consensu et beneplacito sociorum et proximorum suorum praescriptorum. Item possessionem eorum Zechewd, vocatam, in duas partes diuisam retulerunt, cuius medietas cum suis vtilitatibus omnibus ab oriente Andree filio Christiani, et filys suis perpetuo est deuoluta, altera medietas ab occidente filiis Ladislai, filii Stephk, filiis Nicolai, filii Alexandri, Nicolao filio Henrici, et Gregorio filio Adriani, praenominatis, similiter perpetuo est assignata, quam ipsi iuxta diuisionem eorum, vt primitus, possidebunt, et vtentur, distinguentes easdem medietates et relinquentes possidendas sub prioribus metalibus — vulgo Tywismege, vocatis, sub quibus priores eorum posséderunt, prout a meridie versus aquilonem directe prope villam Ighaza-Zeucheud currunt, ab oriente super spinas prenotatas et antiqua signa inter eos ab antiquo obseruata. Preterea possessionem eorum Kayd vocatam iuxta fluuium — existentem, similiter in duas partes diuisam retulerunt, cuius medietas similiter ab oriente Andree, filio Christiani et filiis suis, altera medietas ab occidente, filiis Ladislai, filys Nicolai, fily Alexandri, Georgio filio Adriani, et Nicolao, filio Herrici, perpetuo sunt deuolute, et si qua parcium alteram partem putaret de medietate in eadem possessione Kayd maiorem habere et seruare porcionem, cum funiculo pertrahendo et mensurando inter se tenetur — et rectificare. Patronatus autem Ecclesiarum in possessionibus eorum confecta, et habita, in loco tuto et communi comuniter deponent et deponere tenebuntur ad seruandum. Similiter, si necesse fuerit, communiter excipient, ad presentandum, et iterato deponent, nulla pars sine altera — — exciperet in succubitu duelli — partem alteram

remanebit, ac quod se obligarunt vniuersas litteras ipsorum, per quas vna pars parti alteri grauamina posset facere et iniuriam — vsque modo inter eos et priores eorum emanatas, pariter diuisionem continentes — — sepe reddiderunt viribus — — sed contra extraneos alios, vires habuerunt, et pariter firmitates, ad defendendum se pro iuuamine eorumdem et si qua partium presentis pacis, diuisionis et ordiniacionis formam violare, infringere, et retractare attemptaret contra partem alteram, in succubitu duelli remanebit. Praeterea, quia Andreas filius Cristiani cum Petro et Michaële, duobus filiis suis pro Laurentio maiori filio suo, comparuerint, si ipse Laurentius praemissa infringeret, idem Andreas et duo filii sui, qui comparuerunt, praemissam poenam succubitus duelli incurrent — et eodem modo, quia Stephanus et Paulus filii Ladislai, filii Stepk pro duobus fratribus eorum Johanne et Nicolao comparuerunt, si idem Nicolaus et Johannes premissa reuocarent et violarent, ipse Stephanus et Paulus eandem penam succubitus duelli incurrent — ad quod se partes obligarunt. Et si alicui parcium tenor literarum et priuilegiorum eorum — placuerit, dare tenentur transscriptum eorumdem sub sigillis capitulorum et Conuentus. Datum in festo sancti Jacobi Apostoli. Anno Domini Millesimo, trecentesimo, trigesimo nono. Nos enim petionem eiusdem fore agnoscentes iustam et congruam, premissas literas de verbo ad verbum rescribi et presentibus litteris inseri sigilloque fecimus consignari. In cuius rei memoriam, presentes concessimus literas nostras priuilegiales, pendenti sigillo nostro consignantes. Datum feria secunda proxima post festum corporis Christi. Anno eiusdem Millesi-

mo trecentesimo nonagesimo octauo. — — Johanne Praeposito, viris discretis magistris Petro Cantore, Laurentio Custode, Paulo Decano, ceterisque Canonicis Ecclesie nostre existentibus." L. S.

Originale in colletione Nicolai Jankovich.

CCXXVIII.

Castellani prouinciae Hatzeg sententia. A. 1398.

Nos Stiborius de Dobuski Castellanus et 12 Jurati Provinciae Háttzek, notum facimus universis praesentem paginam inspecturis, quod coram Magnifico Viro D. Stiborio Vajvoda Transilv. constituti famosi Domini Dragota et Jon fratres et Knesii de Riul alb (h. e. Fejérviz) proponentes et querulose agitantes contra honestos viros Janustinum et fratres suos Bassarabe et Custe Knesios de Ruisor, dicentes quintam partem unius Marcae Argenti ab antiquis annis per ipsos Janustinum, Bessarabe et Custe ac per parentes ipsorum, pro ipsis Dragota et Jon ad Cameram Domini Regis vel Domini Vajvodae traditam, ad dandum jam recusarent, uter de jure dare debeant, et ad dandum teneretur; ubi tunc praenotati Knesii Janustinus, Bessarabe et Custe responderunt et dixerunt, quod per ipsos seu parentes ipsorum nunquam pro eis data et persoluta fuisset, quia causam nunquam fidedignis et ipsorum sermonibus nobis suprascriptis Stiborio nec non duodecim Juratis adjudicandum in Hattzek dictus Dominus Vojuoda commisit, pro quo de nemine secundum iuris exigentiam et sententiam definitivam, quod memorati Knesii Dragota et Joon pro parte ipsorum dare debent sine omni dilatione et contradictione quintam partem unius Marcae Argenti et de eadem Summa et saepedicti Knesi Janu-

stinus, Bessarabe et Custa pro parte ipsorum residuas quatuor partes et non plus, ut tota Marca praescripta adimpleatur, debent persolvere de eisdem Summae. In cuius rei testimonium praesens Scriptum Sigillorum nostrorum signaculo est signatum. Datum Hátzek feria secunda ante festum B. Laurentii Martyris Anno Domini MCCCXCVIII.

Ex originali.

Anno 1399.

CCXXIX.

Detricus Bubek de Pelseutz, Regni Hungariae Palatinus, litteras Andreae II. R. H. de anno 1211. *pro Abbatia de Tihany transcribit. A.* 1399.

Nos Demetrius Bubek de Pelschötz, regni Hungariae Palatinus. Memoriae commendamus etc. (Inserit Andreae II. litteras, quibus monasterio Tihaniensi priuilegium Andreae I. instaurat, non de Verbo ad verbum, sed ex fassionibus vicinorum etc. Datum Andreae II. est Ann. 1211. cancellarius Mr. Thomas Vesprimien. Praepos. Joannes Strigon. A. Episcop. Bertholdus Coloczen. Archielectus, et Banus, Calanus Qque Ecclesien. Boleslaus Vacien. Catapan. Agrien. Simon. Varadien. Desiderius Chanadien. Willermus Transiluan. Gothardus Zagrab. Petrus Guerien. Robertus Vesprim. — Poth Palatin. Michael Vayuoda, Banco Bihorien. Comes, et Curialis Comes Reginae, Marcellus Comes Curialis. — Datum vero Palatini est: in Vissegrad An. M. CCC. XCIX. quadragesimo die octauarum festi epiphaniarum Domini."

Ex hoc notatu quaedam digna excerpo: „Connumeratis his dicendum est, quibus metis terra praedicta praedii Co-

lon confirmetur: Prima meta incipit de Balanus et tendit ad meridiem — et inde extenditur — ad collem, qui vulgo dicitur Arpadfeeregh — — et inde extenditur ad Ferteu, et inde — — extenditur ad aliud Ferteu, et de alio ad tertium — et inde egreditur — ad monticulum, qui vulgo nuncupatur Zovafeeregh, inde egreditur — ad montem, qui vocatur Várféeregh, — — inde egreditur — ad montem qui vocatur Várféregh, — venit deinde ad viam, — — et incipit habere terminum cum ciuibus Albensibus." — In limitibus describendis praedii Mortun haec nomina occurrunt: Stagnum Marton, stagnum Harangud, locus Haraugudfoka, villa Torpa, item Cucerheres, locus Talujus, locus Ludashere, villa Bogar, ciuilium Chenadiensium, locus Hayoholmu, Aroczek, stagnum Fecedhereg, locus Cereczeg, Bechey, Gueldeguk, Borenobul, est ad ripam Ticie. Villa Balanos in prouincia Chenadiensi, villa Besseneut; in huius limitum descriptione occurrunt aqua Fulgusfoca, stagnum Hagymas, Turisvölgy, villa Saka, Abbatia de Batay. Locus Posuntova, villa Zapy, villa Opus, Hyndofa Sylua; colliculus Hagymastuk, stagnum Vagros, pons Czebeth, stagnum Veyrmurthhouna, stagnum Euren, stagnum Budrugh, villa Folud, in huius limitatione descripta, sequentia: fluuius Guergen, qui exit de Danubio, vbi greges adaquantur, Castrum Talana, locus Zolocotueh, locus Bauriuneh, Besenyetueh, Vuolcanfaya, Hodut, pons Edenae, locus Zegge, et Zegchelegu. In territorio Simighiensi castri vltra Fouta, in villa Sagh hi sunt, qui sales Ecclesiae locant. — In descriptione vinearum villae Gamas haec: lacus Buluton (Balaton) Basilica S. Clementis, sylua Betheu, mons Zaarhegy, via Holuth." Confer cum prioribus, et aduertes nomina temporum progressu variare.

Anno 1401.

CCXXX.

Judaei sanguinis Christiani effusores, incusati. A. 1401.

Schreiben der Stadt Freiburg in Breisgau an Herczog Leupold um gänzliche Entfernung der Juden aus derselben, deren einige jetzt „gestellet hant nach Cristanblut ein cristanen knaben ze ertötende, und von bösen lümben wegen, das dieselben juden geseit und verjehen hant, das alle juden zu fristung ins libes cristanblut haben müssent und darnach stellent, vnd ouch gedenkent Cristenheit ze demselben mit vergifftende den Lufft etc. Datum MCDI. Mai."

Schreiber Urkundenbuch B. II. p. 172.

Anno 1402.

CCXXXI.

Wenceslaus B. Rex Rupertum sibi oppositum Imperatorem damnat, ac Sigismundum R. H. Vicarium S. R. I. creat. A. 1402.

Wenceslaus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Boemie Rex, honorabilibus ancianis populi, et communi ciuitatis Bononiensis, nostris et Imperii sacri dilectis etc. Honorabiles, fideles, dilecti. Diu credimus ad notitiam vestram fama praeambula peruenisse, qualiter Rupertus dictus Clem, de Bauaria, fraude commenta, et figulis falsitatis sue adscitis, iuramenti nobis praestiti prorsus immemor, et honoris, litterarumque suarum Serenitati nostre Regie de obedientia et subiectione tamquam vero Romanorum Regi et suo Domino naturali et ordinario legitime prestitorum fide fragus violator, aduersus nos et Imperium sacrum Romanum sociatis sibi quibusdam Electoribus, videlicet duo-

bus Archiepiscopis et tercio valetudinario, et protunc nusquam compote rationis, faccionis sue complicibus, et aliis fautoribus inobediencie, et rebellionis erigens calcaneum, nedum ingratitudinis vicio denigratus, verum ausu temerario se Romanorum Regem nominare conatus, mutatus in Angelum Satane, Angelum lucis se fingens, sedem locare nititur in latere aquilonis. Que factionis immunitas et crimen lese Maiestatis regie, tum omnis potestatis, que a Domino Deo est, molitur conculcare dominia, tum a subditis exemplo simili iugum excutere debite seruitutis. Ex quo nedum regna quelibet, per libertatis nefande dampnosam audaciam in diuisionem desolationis ruere, vt veram conculcacionem irremedicabilem sustinerent. Ne ergo tam perniciose rebellionis temeritas dicti Ruperti sibi redeat ad gloriam, nos cum Serenissimo Principe Domino, Sigismundo, Vngarie, Dalmatie, Croacie, etc. Rege, S. R. I. per totum Romanum Imperium Vicario Generali, fratre nostro karissimo, in vnanimis voluntatis, indissolubili vinculo federati, eundem fratrem nostrum karissimum fecimus, ordinauimus, constituimus, meliori modo et forma, quibus fieri potest, nostrum et Imperii Sacri Romani tam per Alemaniam, quam Italiam, et alias per tocius S. R. I. ambitum verum, legitimum ordinarium, et irreuocabilem vicarium Generalem et in hoc nos mutuo infiximus, solidauimus, et firmauimus inuiolabiliter mentes nostras. etc. Datum in montibus Cuthnis MCDII. Die 1. Jan. Regnorum nostrorum anno Boëmiae XXXVIII. Romanorum XXVI."

Jo. Gottl. Boehm. De Sigismundo R. H. Sacri R. Imp. Vicario generali. — Quod mox nihilominus Wenceslaum quidem, ac Procopium Patruum incaptiuunerit, Jodo-

cum persecutus sit, rationes ipsemet reddidit literis anno hoc 1402. datis: „Quem (Jodocum) cum pluribus exhortaremur vicibus, confidenter, vt cum ipso fratre nostro (Wenceslao) iret versus Italiam, et nos pro regnorum Custodia domi relinqueret, vel euntibus nobis ad Italiam, ipse circa custodiam regnorum remaneret; horum neutrum assumere voluit, quin imo rogatus pro consilio, quid interea faciendum esset, omnino praebere consilium denegauit. — — Ipsum Procopium propter euidentes mortis insidias, quas nobis in via parauerat, tanquam violatorem salui conductus, et hostem nostrum publicum — arrestauimus, ipsumque — in curam nostram, et custodiam recepimus usque modo." Literae regis Sigis. de anno 1402. Ex archiuo aulico Vind.

CCXXXII.

Sigismundus R. H. successionem regni, in casum prolis masculinae defectus Ducibus Austriae addicit. A. 1402.

König Sigmund von Hungarn, und die Herzoge Wilhelm, Albrecht und Ernst kommen überein, dass ersterer einen der Herzoge von Oesterreich zum Nachfolger in Hungarn ernenne, bekäme er keinen männlichen Erben, und von den Ständen aus beschwören lasse." Datum An. MCDII. XVI-o Augusti Wiennae.

Orig. in tabulario Augusteo Vindobonensi. Sigismundus id temporis Barbarae Cilleae desponsatus, ast nondum copulatus fuerat.

König Sigmund verpfändet dem Herczog Albert für 16,000 rothe gulden, die er seinem Vetter Ernst als Rest der Heimsteuer seiner Gemahlin zu entrichten übernommen (4000 hatte Sigmund selbst entrichtet) das Dreisigstamt zu Pressburg, zu Kerphenburg, und Oedenburg. Würden im diese Drei-

sigsten nicht erfolgt, soll Feste, Stadt und Herrschaft Pressburg sein Pfand seyn, und Zwielo von Vettau Burgraff daselbst sie ihm einantworten. Dat. Wien. MCDII. XXXI-a Octob.

Ibid.

Vertrag der Herzoge Wilhelm, Albert und Ernst mit König Sigmund wegen Verwahrung seines Bruders Königs Wenzel. Datum Wien. A. MCDII. IV. Novemb.

Ibid.

Wenczels Vertrag mit seinem Bruder König Sigmund (Sigmund und die Herzogen von Oesterreich, Wilhelm, Albrecht und Ernst haben Macht, ihn und seinen Leib und Ehre, und Gut zu versorgen). Dat. A. MCDII. XX-a Novemb.

Ibidem.

CCXXXIII.

Conuentus B. M. V. de Sàgh super possessione Mohora permutata fassionales edit. A. 1402.

Thomas praepositus et Conuentus fratrum ordinis praemonstratensis monastery virginis gloriose de Sagh, Omnibus Xti fidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris Salutem in domino sempiternam, vniuersorum noticie harum serie declaramus, quod Ladizlaus filius Johannis fily Mauricy de Kuuesd, ac Stephanus dictus Bak filius Johannis fily Mako de eadem, personaliter ab vna, Item Paulus filius Mathie de Kouar pro se similiter personaliter, ac pro Nicolao fratre, Ladizlaoque filio, Item puella Elizabeth filia, suis, sine litteris procuratorys onera ipsorum et grauamina, si ipsi temporis interuentu, in subscriptis persistere

nollent super se recipiendo, parte ab altera coram nobis constituti confessi extiterunt in hunc modum, quod ipsi videlicet, Ladizlaus filius Johannis, Paulus ac frater filius, et filia, sic in porcionibus eorum infra notandis talem inter se fecissent permutationem perpetuo duraturam, vt ipse scilicet Paulus in sua dictorumque fratris fily — et heredibus Jure perhempnali possidendas contulisset, E contra autem idem Ladizlaus filius Johannis totam porcionem suam possessionariam, ipsum in possessione Mohora quouis modo contingentem et concernere debentem, ipsis Paulo, Nicolao, Ladizlao, et puelle Elizabeth, eorumque vniuersis posteritatibus in euiternum tenendas et habendas assignasset atque tradidisset, ymo ut prescribitur permutatiue dederunt atque contulerunt coram nobis Nihil Juris proprietatis et dominy pro se ipsis a modo in posterum, in dictis permutatis porcionibus aut eorum posteris reseruando, Sed totale dominium eorum in alter vtrum transferendo, Asumpmentes et obligantes se, ipse Ladizlaus filius Johannis eosdem Paulum, Nicolaum, Ladizlaum et puellam Elizabeth, ac eorum heredes, Ipsi eciam Paulus, Nicolaus, Ladizlaus, et puella Elizabeth annotatum Ladizlaum filium Johannis et eius successores in pacifico dominio dictarum suarum permutatarum porcionum possessionariarum conseruare et ab omnibus inpetitoribus expedire atque defensare proprys suis laboribus et expensis; dicimus etiam quod in maius argumentum seu maiorem perefctionem ipsius concamby, ipse Paulus annotato Ladizlao filio Johannis quadringentos florenos coram nobis dedit et insuper eandem porcionem in dicta Mohora habitam ab illis, circa quos pro sexingentis florenis titulo pignoris haberetur, suis sumptibus li-

berare atque redimere assumpsit, vbi idem Stephanus dictus Bak filius Johannis frater eiusdem Ladizlai fily Johannis generacionalis et condiuisionalis pro se vt predicitur personaliter, et pro Ladizlao filio suo, cuius onus in hoc negocio super se recepit nostro in conspectu astando, huic permutacioni possessionarie seu contractui, eorum consensum beniuolum pariter et assensum prebuit, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem Paulo alysque prenarratis concessimus litteras nostras priuilegiales alphabeto intercisas pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in dominica Letare Anno domini Millesimo quadringentesimo secundo: (L. S.) e zona sericea dupplicis coloris decidui).

Ex originali membrana Coll. Caroli Rátz.

CCXXXIV.

Comitatus Saros relatoriae super inquisitione ac prohibitione iussu Detrici Bebek de Pelseuch, Palatini, peracta. A. 1402.

Magnifico viro Domino Detrico Bebek de Pelsewch regni Hungariae tamquam Domino eorum Petrus de Rasso vicecomes magistri Petri de Dob, et Judices Nobilium Comitatus de Sarus obsequium seruitutis, litteras vestre magnificentie recepimus in hec verba: Detricus Bebek de Pelsech Regni Hungariae Palatinus Nobilibus viris Comiti, vel vicecomiti, et Judicibus Nobilium Comitatus de Sarus debitam reuerentiam cum honore: dicitur nobis in personis Philippi de Calno Jacobi fily sui Petri Johannis Fabiani filiorum Nicolai de eadem. Item Nicolai fily Thome de Trochan Andree et Nicolai filiorum Thivadar Johannis fily Ladislai, et Martini fily Johannis de eadem personis quomodo Johannes Gallus,

et Petrus fily Mathias de Caplan quandam terram ipsorum Remethe vocatam intra metas iàm dicte possessionis Trochan adiacentem potentialiter occupando per propria aratra et etiam Jobagionum ipsorum perarari, et seminari fecissent et facerent incessanter de praesenti in praeiudicium ipsorum valde magnum. Super quo vestram nobilitatem requirimus per praesentes quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de promissis experiantur veritatem expertaque praemissarum mera veritate ad praefatos Johannem Gallum et Petrùm accedendo eosdem ab huiusmodi occupatione praefate terre Remethe vocate nec non peraratione, et seminari factione eiusdem prohibeant verbo nostro et posthinc ipsius Inquisitionis et prohibitionis seriem nobis suo modo rescribatis, datum in Vysegrad feria secunda proxima ante festum beati Alberti Episcopi, et Confessoris anno Domini millesimo quadringentesimo secundo. Nos Igitur petitionibus vestris satisfacere cupientes unum ex nobis videlicet Georgium de Asguth ad premissa transmisimus exsequenda qui demum ad nos reversus retullit eo modo quod ipse ab omnibus quibus incubuisset diligenter inquirendo talem scivisset veritatem itaque prout supra in dictis litteris vestre magnificentie continentur ita facta exstitissent per Gallum Johannem et Petrum praenotatos factaque ipsa inquisitione idem Georgius noster consocius praefatos filios Mathie prohibuisset factis in praemissis verbo vestro, datum feria secunda proxima ante festum Conceptionis Christi annò ejusdem praenotato.

Originale Membranaceum conservat inter Diplomatici cimelium repositum Nicol. Jankovich.

Anno 1403.

CCXXXV.

Cap. Nonense literas Domini sui naturalis Ladislai regis Hungariae *exhibet. A.* 1403.

Nos Capitulum universum Nonensis Cathedralis Ecclesiae sancti Anselmi, omnibus et singulis christi fidelibus tam praesentibus, quam futuris praesentem paginam Inspecturis seu etiam audituris, Salutem et gratiam omnique — — — felicitatem iocundam in genitricis Virginis Mariae filio. Ad universorum notitiam et perpetuam rey memoriam, harum serie peruenire volumus, ac manifestum facimus, et confitemur, quod ad nostri personaliter accedens praesentiam vir nobilis Nicolaus condam Theodosy de Sibinico, tamquam specialis nuncius, et ambaxiator universitatis, communi Ciuitatis Sibinicensis nobis actualiter, et benigne quamdam literam priuilegialem produxit, et praesentauit Serenissimi principis et domini nostri naturalis domini Ladislay dei gratia Regnorum Hungariae, Jerusalem, Siciliae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Regis Illustrissimi, petens a nobis diligenti precum cum Instantia per nos transumptari mandare autentica litera nostri Capituli consueti, quam literam comperimus non abolitam, non abrasam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte viciatam, sicque omni prorsus vitio et suspitione carentem, sigillo dupplici Regio appenso et more Regiae Curiae roboratam. Cuius quidem tenor dignoscitur fore talis: Ladislaus dei gratia Hungariae, Jerusalem, Siciliae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galitiae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, provintiae, et forcalquery, ac pedimontis Comes, universis praesentes literas Inspectu-

ris tam praesentibus, quam futuris. Dum fidelium nostrorum petitiones supplices ad gratiam exauditionis admittimus Ipsorum erga nos deuotionem, et fidem promptius adaugemus. Sane pro parte virorum nobilium Communitatis, et Ciuium Ciuitatis nostrae Sibinici partium Regni nostri Dalmatiae nostrorum fidelium dilectorum fuit Maiestati nostrae reuerenter expositum, quod olim vir Magnificus Cheruoya summus Voyvoda Bosnensis, ac noster in Regnis nostris Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Generalis vicarius, Consciliarius et fidelis noster dilectus auctoritate vicariatus nostri qua in dictis Regnis fungebatur, et fungitur, certas dictis exponentibus confirmavit, et fecit gratias in subscripti ipsius Voyvodae literis annotatas, quarum tenor per omnia talis est. Nos Hervoye Regnorum Rassiae, et Bosnensis suppremus Voyvoda, ac in partibus Dalmatiae, et Croatiae Serenissimi principis et domini nostri naturalis domini Ladislai dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Jerusalem, Siciliae etc. Incliti Regis Vicarius generalis. Universis et singulis quibus expedit memoriae commendantes significamus, quod cum uniuersi nobiles Ciues, et Communitas Ciuitatis Sibinicensis per nobiles viros Johannem Tavilich, Stepanum Maphey, et Johannem Missich Cives eiusdem Civitatis ambaxiatores, et nuntios speciales ipsorum habita conversione ac Inclinacione ad ipsum dominum nostrum naturalem dominum Ladislaum Regem memoratum, libertates, Jura, gratias, donationes, et consuetudines antiquitus et de moderno sibi ipsis dare postulassent ac pro his et ceteris gratys Inferius declarandis praefati domini nostri Regis vexilla imponere eorum Ciuitati et omagium Juramentum fidelitatis obseruandum assump-

sissent. Nos itaque Justis petitionibus eorum, in persona praefati domini nostri Regis annuentes, primo, et principaliter Juramus una cum domina nostra Contorali, ac nobilibus proceribus servientibus nobis universis, Ipsos Ciues Sibinicenses in eorum Juribus libertatibus, gratys, donationibus et consuetudinibus manutenere, et conservare, quibus ex nunc confirmamus, approbamus, et vires plenissimas, et firmas de cetero in perpetuum volumus, et observari mandamus harum serie omnes et singulas libertates privilegia quaelibet gratiarum praerogativas, et immunitates universas dictae Communitati, et hominibus Ciuitatis Sibinici praedictae concessas olim per excellentissimos Reges Hungariae, praesertim per Illustrissimum principem et dominum dominum Regem Lodouicum felicis memoriae, et in suo privilegio contentas specificatas, et descriptas decimo septimo kallendas Januarii anno domini Millesimo Trecentesimo quinquagesimo octavo, Regni autem sui, anno sextodecimo munito uno suo sigillo Regali dupplici in cera alba cum cordula sericis rubea, et albi coloris, et prout in eisdem continetur. Et etiam ipsi Civitati Sibinici omnes, et singulas tenutas possessiones, bona, et quaecunque Jura tam per mare, quam per terram, quae et quas ad praesens tempus possederunt, habuerunt, et tenuerunt quomodocunque, et qualitercunque confirmamus damus ratificamus, et approbamus perpetuo possidendas, et possidenda, ac omnia cetera qualitercunque per eos acquisita etiam praesentibus approbamus, et affirmamus, et in persona memorati domini nostri Regis Ladislay eisdem Sibinicensibus tamquam eorum propriam haereditatem molendina in flumine Kerka Slap vocata scituata in Otozas, et in

terra firma ex parte ville collevrata restituimus, et reassignamus, et tamquam eorum rem propriam damus, et conferimus perpetuo possidenda, et habenda. Item castrum ad praesens conditum in territorio seu districtu Sibinicensi, quod apparet, promittimus a modo, et exnunc abolere destruere, et totaliter subvertere in terram, nec illud amplius, aut aliquod aliud ibi nec alibi rehaedificare aut haedificare. Item quod olacchi domini nostri Regis Ladislay cuiusvis conditionis, et praesertim Regis Bosnensis, Etiam nostri olacchi, et Comitis Johannis Comitis Cetine, praesentes aut futuri non possint descensum habere, neque pascua obtinere in territorio, et districtu Sibinicensi ullo tempore sub poena ducatorum ducentorum auri applicandorum Centum domino olacchorum, et Centum Communitati Sibinicensium pro quibuslibet olacchis toties soluenda quoties contravenerint aut ipsos contingerit contravenire in praemissis. Item damus auctoritate praefati domini nostri Regis ipsi Communitati Sibinicensium, et eorum Judicio submittimus villas Drinovilgiansem (lectio dubia) Prisap, et Culissichi sic vocatas prope flumen Kerka adiacentes cum omnibus, et singulis ipsarum villarum Juribus, et pertinentys, seu adiacentys Jure proprio in perpetuum, et ipsas villas districtui dictae Ciuitatis Sibinicensis adiungimus, et apponimus, et pro adiunctis et appositis mediante praesentium testimonio esse volumus, Salvo Jure alieno. Item eadem auctoritate Regia Ipsi Communitati Sibinicensi, et suo districtui, et Commitatui ac sub iudicio eorumdem Sibinicensium adiungimus, et pro adiunctis esse volumus perpetualiter omnes, et singulas possessiones, terras, et bona quaequae cum suis Juribus, et pertinentiis po-

sitas et existentes, ac posita, et existentia in Lucha Incipiendo ab Ecclesia sanctae Marie de Rebaz usque ad metas villae Ciste, et usque ad guduchiam Inclusive. Item eidem Communitati Sibinicensi damus atque donamus Jure haereditario et in perpetuum sexdecim sortes terrarum collationi Regiae spectantium positas, et existentes ibi in Lucha infra praedictas possessiones in praecedenti Capitulo designatas per nosque districtui eorumdem Sibinicensium adiunctas. Item gratiose omnes, et singulos homines, et personas Ciuitatis Sibinicensis, et sui districtus, ac ipsum commune absoluimus et totaliter liberamus ab omnibus et singulis poenis, si quas incurrissent hactenus usque in praesentem diem quovismodo, occasione alicuius maleficy Iniuriarum, offensionum excessuum, et delictorum per ipsos, aut aliquem ipsorum dictorum, factorum commissorum, et perpetratorum, seu illatorum, tam contra Regiam Maiestatem, aut eius subditos, officiales, seu fideles, quam contra quoscunqne alios quomodocunque et qualitercunque hactenus usque in diem praesentem factis, et pro absolutis et libertatis pronuntiamus, et habere volumus, et quod nullus possit ipsos aut aliquem ipsorum petere, et inquietare, molestare, turbare, aut aggrauare deinceps occasionibus praedictis, aut aliqua occasione praedictorum. Et ad hoc ut praedicta omnia et singula in praesenti priuilegio contenta, et gratiose per nos concessa, et firmata suum debitum sortiantur effectum. Et ad maiorem corroborationem promittimus quod Serenissimus princeps dominus noster naturalis dominus Rex Ladislaus confirmabit approbabit, et emologabit (lectio dub.) omnia, et singula suprascripta, et in praesenti nostro priuilegio contenta, et gratiose per

nos concessa cum munitione, et appensione suorum gratiosorum sigillorum Regalium ut est moris Regiae Maiestatis cum omnibus et singulis clausulis et capitulis necessariis et oportunis facientibus pro fortificatione, et corroboratione omnium praedictorum, quamvis in praesentibus litteris de eis non faceret mentionem expressam. Et Insuper promittimus praesentium testimonio, praedictamque Communitatem Sibinicensem assecuramus, quod in nullo nec in aliquibus suprascriptis excedemus, sicque omnia, et singula supra et Infrascripta perpetuo tempore firma et rata habebimus, et non in aliquo contraveniemus siue faciemus ullo modo sub vinculo Juramenti nostri supradicti Ipsosque Sibinicenses contra quoslibet defendemus, et Juvabimus per nos, et ipsum dominum nostrum Regem, atque favebimus totis nostris viribus et posse, In quorum omnium fidem corroborationem, et testimonium veritatis praesentes nostras priuilegiales literas fieri Iubximus et nostro sigillo pendenti communiri, ac corroborari. Datum Cetine sub castro Egin die tertio decimo mensis May anno domini nostri yehsu christi Millesimo quadringentesimo secundo, decimae Indictionis. Subiuncto pro ipsorum exponentium parte in expositione Jam dicta, quod vir Magnificus Loysius Aldemariscus de Neapoli miles Regni nostri Siciliae Marescallus nostrarumque Galearum Capitaneus et noster in dictis Regnis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Vicarius consiliarius similiter et fidelis noster dilectus motus supplicationibus pro parte dictorum Communitatis, et Ciuium sibi porrectis, auctoritate similiter vicariatus nostri, qua fungebatur, et fungitur in Regnis eisdem confirmavit, et acceptauit exponentibus ipsis omnia, et singula priuilegia

ab olim eis concessa per clarae memoriae Hungariae Reges Illustres praedecessores divae memoriae Lodovici dei gratia Hungariae Regis, et per ipsum etiam dominum Regem Lodovicum ac per Illustrem principem dominum Hostoyam Regem Bossensem, et dictum Chervoyam Voyvodam, prout in eorum privilegiis continetur. dictisque exponentibus gratiose concedit, extrahendi de dicta Civitate Sibinici, aut eius territorio per mare, terram sine aliqua solutione tricesimi aut datii liberaliter anno quolibet duo milliaria modiorum salis ad mensuram Sibinici usque ad annos viginti quinque extunc futuros solum modo de sale ipsius Communitatis Sibinici pro utilitate et fortificatione Civitatis praedictae, nec non gratiose addidit sub iurisdictione in confinibus, et Inter confinia dictae Civitatis Sibinici, et eius districtus villam vocatam Putizaynavas, cum omnibus suis pertinentys, ac gratiose liberavit et absolvit a solutione tricesimy, omnes et singulos fructus Redditus et proventus dictae Civitatis Sibinici, prout antea fuerant, cum hae conditione, quod si soli dicti cives Sibinici voluerint portare dictos fructus redditus et proventus, vel si ipsi cives emerint ab aliis concivibus dictae Civitatis, quorum sint etiam vendendi aliby extra dictam Civitatem, et districtum, dicti Cives sint penitus absoluti et liberati a solutione tricesimy, sicque si dicti cives vendiderint, de dictis eorum Redditibus alicui forensi in dicta Civitate, aut districtu, et ipse forensis voluerit extrahere dictos Redditus extra ipsam Civitatem, et districtum, tunc ipse forensis teneatur et debeat solvere tricesimum, sicut de aliis mercantys. Et insuper liberavit et absolvit omnes, et singulos homines et personas dictae Civitatis Sibinici, et eius distri-

ctus ab omnibus et singulis maleficys criminibus et delictis per eos, aut aliquem ipsorum quomodocunque, et qualitercunque hactenus et usque tunc factis, et perpetratis, ac promisit, quod nos ratificabimus omnia supradicta, prout haec et alia in quibusdam literis per eundem loysium vicarium nostrum dictis exponentibus praecipua (l. dubia) concessis, et factis sub dictis Jadrae in domibus Regalibus habitationis dicti nostri vicary ante sanctam Anastasiam, sub anno domini millesimo quadringentesimo secundo, die vicesimo mensis Decembris decimae Indictionis plenius, et seriosius continetur, propter quod pro ipsorum exponentium parte fuit culmini nostro supplicatum humiliter, ut praedictas literas dictorum vicariorum nostrorum exponentibus ipsis concessas, et contenta in eis Ratificare, et approbare de specialy gratia dignaremur, nos vero fidelium nostrorum apta compendia gratis et placidis affectibus prosequentes necuimus (l. d.) intendentes, quae dicti nostri fecerunt vicarii debitum effectum fructumque sortiry, consideratione praesertim sincerae, et constantis fidelitatis, ac placide obsequiositatis dictorum exponentium erga nos laudabiliter comprobatae, quos praeterea (lectio dubia) praemissis, et uberioribus gratys conspicimus fore dignos Ipsorumque nichilominus supplicationibus nobis in hac parte porrectis benignius inclinati tam praescriptas literas, ipsius Chervoye Voyvode nostri vicary, quam praefatas alias literas dicti loysy nostri similiter vicary, quarum datum, praescribitur de praescriptis causis rebus et negotys praefatis exponentibus modo praemisso concessas, et factas, ac omnia et singula in eis contenta, quas ratas, et gratas gerimus, quatenus tamen alias rite et provi-

de facte et facta fuerunt in habundatioris cautelae suffragium, quae prodesse consvevit, et non obesse de certa nostra scientia tenore praesentium ratificamus, acceptamus, approbamus, et confirmamus nostraeque ratificationis, acceptationis et confirmationis munimine Roboramus. Volentes, decernentes et Jubentes expresse, quod praemissae dictorum nostrorum vicariorum concessionis literae, ut praedicitur factae, praesensque nostra confirmatio exinde subsecuta memoratis exponentibus praemisso modo, efficaciter stabiles et incomutabiliter sint reales fidelitate nostra, aliisque nostris, et cuiuslibet al rius, Juribus semper salvis. Quae quidem omnia dictis Comunitati, et Civibus concedimus ad supplicationem per viros nobiles Stephanum filium condam Michaelis militis, et Michaelem Jurissich de Sibinico fideles, nostros dilectos dictique Communitatis oratores, ad nostram praesentiam propterea missos noviter ipsius Communitatis nomine nostro culmini devotius interiectam. In cuius rey testimonium praesentes literas exinde fieri, et pendenti maiestatis nostrae sigillo Jubximus comuniry. Datum Neapoli in absentia legothete, et prothonotary regni nostri Siciliae, eiusque locumtenentis per virum nobilem Donatum de Arctio legum doctorem locumtenentem Cancellarii dicti Regni Consiliarium, et fidelem nostrum dilectum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tertio, die vicesimo octavo Marty, undecimae Indictionis Regnorum nostrorum anno decimo Septimo R. C. R. —egisstrata in Cancellaria, penes prothonotarium I. de miro (?) Nos itaque viri nobilis Nicolay prenotati expostulationibus, ut iustis et Juri consonis annuentes prout de Jure tenemur, dictam literam de verbo ad verbum nil

addentes, aut minuentes, quod mutet sensum aut variet Intellectum, nisi forte praesentem aliquem per errorem, hic inseri fecimus, et transcriby, et quia comperimus cum autentico rite et verissime concordari praesentes fieri fecimus, et Capitularis nostri soliti, et autentici Sigilli Jubximus appensione muniry. Actum, et datum nonensi nostra in Ecclesia Cathedraly pracdicta sub Anno nativitatis domini nostri Yehsu Christi millesimo Quadringentesimo tertio, Indictione undecima, die vicesimo mensis Septembris.

Extractus. Transumtum Capituli Nonensis anno. 1403. Indictione undecima, die 20. mensis Septembris ad instantiam viri nobilis Nicolai quondam Theodosii de Sibinico tamquam specialis nuncii, et ambaxiatoris Civitatis Sibinicensis, quo transcribit literam privilegialem Ladislai Dei gratia Hungariae, Jerusalem, Siciliae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Regis, provinciae, et forcalquerii, ac Pedimontis Comitis datam ad expositionem virorum nobilium Comunitatis, et Civitatis Sibinici, partium Regni Dalmatiae. Quod Vir Magnificus Chervoya summus Voyvoda Bosnensis, ac eiusdem Ladislai in Regnis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Generalis Vicarius, Consciliarius ad universorum nobilium Civium et Communitatem Civitatis Sibinicensis postulationem per nobiles viros Johannem Tavilich, Stephanum Maphey, et Joannem Missich factam confirmaverit libertates, et privilegia concessa olim per Excell. Reges Hungariae, praesertim per Regem Lodovicum in suo privilegio contenta, decimo septimo Calendas Januarii anno 1358. Regni autem sui anno sexto decimo expedito. Et etiam Civitati

Sibinico omnes tentas possessiones bona, et quaecumque Jura tam per mare quam per terram, molendina in flumine Kerka Slap vocata Situata in Otozac et in terra firma ex parte villae colleurata restituerit; Item castrum in territorio Sibinicensi promiserit totaliter subvertere, Item Olacchi Regis Ladislai praesertim Regni Bosnensis, immo proprii Vayvodae Olachi et Comitis Cetine non possint descensum habere, neque pascua obtinere sub poena ducatorum 200 auri; Item Civitati Sibinicensium, et eorum Judicio submiserint villas Drinovilgiansem, Prisap, et Culissich prope flumen Kerka. Item Civitati Sibinicensium adiunxerit possessiones in Lucha existentes incipiendo ab Ecclesia Sanctae Mariae de Rebaz usque metas villae Ciste et usque ad Guducha inclusive. — Item eidem Civitati donaverit sexdecim sortes terrarum positas in Lucha. Item omnes homines Civitatis eiusdem absolverit ab omnibus poenis hactenus incursis, occasione delictorum tam contra Regiam Maiestatem, aut eius subditos et officiales, quam quoscunque alios, sub dato Cetine sub castro Egris die 13. mensis May A. 1402. — Item quod vir Magnificus Loysius Aldemariscus de Neapoli miles Regni eiusdem, Siciliae Mareschallus, Galearum Capitaneus, et in dictis Regnis Vicarius Consiliarius ad supplicationem Civium et Communitatis Sibinicensis confirmaverit, privilegia concessa eisdem per Reges Hungariae praedecessores Lodovici, et per ipsum Lodovicum, et per Illustrem principem Regem Bossoniensem Hostoyam, et dictum Chervoyam Vajvodam, concesserit extrahenda sine solucione tricesimi anno quolibet duo millia modiorum salis ad mensuram Sibinici usque ad annos nec non gratiose addiderit. Sub iurisdictionem Villam voca-

tam Putizaynauas, absolverit a solucione tricesimi omnes fructus, redditus, et proventus. — Et absolverit omnes homines eiusdem Civitatis ab omnibus Criminibus hactenus perpetratis. Horum eorum duorum vicariorum privilegio Ladislaus ad supplicationes viror. nob. Stephani filii Michaelis militis, et Mich. Jurissich confirmat. Data am. e. litera privilegialis Ladislay Neapoli per virum Nobilem. Donatum de Arctio Legum Doctorem, Locumtenentem Cancellary, dicti C. Regni Consiliarium. Anno M. CCCCIII. die 28. Marty undecimae Indictionis, Regnor. am. Ladislai A. XVII.

Originale Membranaceum possidet Nicolaus Jankovich.

CCXXXVI.

Wilhelmus Austriae Dux Johannam Ladislai Regis Siciliae sororem ducit. A. 1403.

Notariats instrument, dass von Herczog Wilhelm einer, und den des König Ladislas von Neapel Gesandten. Marino Minutuli von Neapel. Lorandus de Paliswa (Palisna?) und Stephan filius Leucus de Rahoch (Ratholth?) anderseits, die früher wegen Vermählung Johannas, der Schwester König Ladislas mit Herzogen Wilhelm geschlossenen Verträge worden (Inserirt ist Königs Ladislawz Vollmacht (de dato 26. Junii 1403. in castro Baroli). Datum Wiennae A. MCDIII. XXIII. Aug.

Orig. in tabulario secreto Aulico Vienn. Wilhelmus Austrius vsque obitum Hedwigis, quam procabatur, mansit coelebs; ipsa Cracouiae mortua improli; ad Joannem, Ladislai regis Neapolitani, regni Hungariae aemuli sororem, matrimonio sibi iungendam, Coronae Hungariae adipiscendae ambitu conuersus.

Anno 1404.

CCXXXVII.

Ladislai Neapolitani Jadrae fictitia corona incincti, sectarii in Congregatione Slauoniae, Crisii celebrata, proscribuntur. A. 1404.

Nos Eberhardus, Episcopus Ecclesiae Zagrabien. Johannes de Maroth, Banus Machouiensis, Ladislaus de Gordova et Paulus Byssenus de Ezdthegche, regnorum Dalm. Croacie, Sclauonieque Bani. Memorie commendantes tenore presentium significamus, quibus expedit vniuersis. Quod quia plurimi forent Nobiles, qui hys disturbiorum temporibus — — potentiis aggregatis, rebusque, consilys et toto posse, contra Serenissimum principem Dominum Sigismundum, regem Hungar. Dalmat. etc. Dominum nostrum naturalem — — — acriter insurgendo, in despectum et dedecus sue regie Maiestatis Ladislaum, filium Caroli, regem Sicilie, in predictum regnum Dalmacie in ciuitate videlicet Jadra, producendo, eundem cum quadam falsa et inepta corona coronando, ipsum Dominum nostrum Sigismundum regem — — sua sacra corona totis ipsorum ingeniis et potentys priuare intendentes et (Ladislai sectarios nomine Sigismundi proscribunt). Datum Crisii feria VI. proxima, octauo scilicet die congregacionis predicte. Anno Domini MCCCCIV.

Ex originali membranaceo Pray MSS. Tomo 53. p. 9.

CCXXXVIII.

Albertus, factus maiorennis, regimen Ducatus Austriae adit. A. 1404.

Herzog Leopold gelobt für seinem Bruder Fridrich, dessen mangelndes Siegel an demto Verczeicht-

nus, umb das Land zu Oesterreich" den er Herzog Ernst und Fridrich, mit ihren Insiegeln dem Herzog Albert jetzt geben sollen, zwischen hinnen und Sonnenwendetag beizubringen. Datum Pressburg A. MCDIV. septima Aprilis.

Ibidem.

CCXXXIX.

Sigismundo R. H. ius Successionis in regno Bohemiae per Wenceslaum regem praeclusum. A. 1404.

König Wenzel bestätigt mit Jobst und Prokop von Mähren, die von Karl dem IV. gemachte Erbeinigung mit den Herzogen von Oesterreich. Datum Budueis. A. MCDIII. tertia Novemb.

Lünig. P. spec. Cont. p. 18. Eadem die cum eisdem ducibus etiam treugam, ac veniam captiuitatis per eos perpessae subscripsit. Ex tabulario secreto aulico Vindob.

Anno 1405.

CCXL.

Sigismundus R. H. Emericum Bubek Auranae Priorem non resipiscentem, sed in perfidia perseuerantem, destituit. A. 1405.

Sigismundus Dei gratia, Rex Hungariae etc. (Emericum Bubek, Auranae Priorem, cui A. 1403. gratiam fecerat, non resipiscentem, sed in perfidia preseuerantem, destituit). Datum per manus venerabilis in Christo Patris, et Domini, Domini Eberhardi, eadem Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Zagrabien. aule nostre regie summi Cancellarii. — Anno Domini MCCCC. quinto, IV. kalendas mensis Decembris, regni autem nostri anno XVII. Venerab. in Xto PP. et Dominis Valentino tt. Sancte Sabine Sacro S. R. E. Presbitero Cardinali, et Ep-

clesie 5 Ecclesien. Gubernatore, Joanne Strigon. Colocen. sede vacante, Andrea Spalaten. Jadrensi sede vacante, alio Andrea Ragusien. Archiepiscopis. Luca Varadien. Stephano Transiluan. Eberhardo Zagrab. Agriensi sede vacaute. Johanne Boznen. Wesprimien. sede vacante. Fratribus Hincone Nitrien. et Dosa Chanadien. electis. — Sirmiensi, Traguri-en. Scardonen. Tininien. Nonensi, Sibinicen. Macarien. Farensi, Corbauiensi et Segnien. sedibus vacantibus. — Nicolao de Gara Palatino, Johanne et Jacobo Waiuodis Transiluanis, Comite Franck, filio quondam Konye Bani, Judice Curie, Paulo Bysseno et altero Paulo de Peech, Dalm. Croat. et totius Sclauon. Johanne de Maroth Machouien. Banis, honore banatus Zeurinien. vacante, Nicolao Trethwl de Newna Tauarnicorum et Comite de Posega, Simone, filio dicti condam Konye Bani, Janitorum, Martino Ders Dapiferorum, Laurentio de Tary, Pincern. Petro Cheh Agazonum Magistris, Smylone de Wethaw Comite Poson etc."

Ex orig. membran. Pray MSS. tomo 53. p. 8.

CCXLI.

C. Frank Curiae regiae Judex possessionem Mohora Paulo de Kowar statui iubet. A. 1405.

Nos Comes Frank filius Konye Bani de Zechen Judex Curie Serenissimi et magnifici principis Domini Sigismundi Dei gracia inliti regis Hung. Dalm. Croac. etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod cum magister Paulus de Kowar nobis Id dixisset, quo modo ipse in dominium totalis porcionis possessionariae Ladislai fily Mauricy de Keuesd in possessione Mohora in

Comitatu Neugradiensi existenti habite sibi omni Jure pertinentis legitime vellent Introrire Nosque iuxta regni laudabilem consuetudinem amicis nostris Capitulo ecclesiae Wacyensis litteratorie scribendo eorum amiciciam in eo vt ipsorum mitterent hominem pro testimonio coram quo homo regius ad faciem dicte porcionis possessionarie conuocatis vicinis et commetaneis suis accedendo ipsam prescripto magistro Paulo Jure sibi incumbenti perpetuo possidendam statueret si contradictum non fieret, Contradictoribus ad terminum competentem regiam in presenciam citatis. Et post hec ipsius possessionarie statucionis seriem vel nomina contradictorum et Citatorum si qui fuerint cum termino assignato domino nostro regi fideliter rescriberet, petiuissemus. Tandem nobis in octauis festi Beati Jacobi Apostoli vna cum regni nobilibus in sede nostra Judiciaria sedentibus pro faciendo moderatiuo Judicio causantibus Idem magister Paulus in nostram veniens presenciam litteras prefati Capituli Wacyensis super premissis dicto domino nostro regi litteratorie rescriptas, nobis presentauit habentes hunc tenorem, Excellentissimo principi domino Sigismundo dei gracia Inclito regi Hung. Dalm. Croac. etc. Marchionique Brandenburgensi etc. Capitulum ecclesiae Wacyensis Oracionum suffragia deuotarum, Nouerit vestra maiestas nos litteras Comitis Frank de Zechen Judicis Curie vestre statutorias pro Paulo filio Mathie de Kowar emanatas nobis directas reuerentia qua decuit recepisse in hec verba: Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie Wacyensis, Comes Frank de Zechen Judex Curie domini Sigismundi dei gracia regis Hung. amiciciam paratam cum honore. Dicit nobis Paulus filius Mathie de Kowar, quod ipse in dominium totalis

porcionis possessionarie Ladizlai fily Johannis fily Mauricy de Keuesd in possessione Mohora in Comitatu Neugradiensi existentis habite sibi omni Jure pertinentis legittime vellent introire. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Valkan de Chalmya, vel Nicolaus filius suus, aut Stephanus de Nohman seu Stephanus dictus Bak de predicta Keuesd neue Mychael vel Gregorius, an Ladizlaus de Gych, alysque absentibus homo regius ad faciem prefate porcionis possessionarie vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo introducat ipsum Paulum in dominium ipsius, statuatque ipsam Jure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra ipsum Paulum regiam in praesenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsius possessionarie introduccionis vel statucionis vel nomina contradictorum et citatorum si qui fuerint cum termino assignato domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad feria quarta proxima post festum Penthecostes anno domini MCDII. Vnde nos peticionibus amicabilibus ipsius Judicis Curie vestre annuentes vt tenemur, cum prescripto Valkan homine vestro regio Honorabilem virum dominum Clementem Archidiaconum Chongradiensem concanonicum nostrum ad premissa suo modo peragenda, nostro pro testimonio duximus transmittendum. Qui exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima post prescriptum festum Pestecostes ad faciem dicte totalis porcionis possessionarie annotati

Ladizlai in dicta Mohora habite vicinis et commetaneis suis vniuersis et specialiter Stephanno filio Johannis dicti Bak fratre ipsius Ladizlai, Georgioque de Gych pridem Castellano legitime conuocatis et presentibus accedendo, ipsum Paulum filium Mathie in dominium eiusdem induxiesent et statuissent ipsam sibi et suis heredibus cum omnibus suis vtilitatibus eo Jure quo sibi dinosceretur pertinere in perpetuum possidendam et habendam, nullo penitus contradictore apparente, diebus legitimis in facie ipsius residendo. Datum quintodecimo die statucionis possessionarie prenotate, anno domini supradicto. Vnde nos premissam possessionariam porcionem in iam dicta possessione Mohora habitam iam dicto magistro Paulo ex tenore dictarum litterarum nullo contradictore apparente perpetuo possidendam statutam extitisse comperientes relinquimus et committimus ipsam cum cunctis suis vtilitatibus prefato magistro Paulo ipsiusque heredibus vninersis eo Jure quo eis dinoscitur pertinere in perpetuum possidere et habere, Saluo Jure alieno auctoritate nostra Judiciaria mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem magistro Paulo concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wyssegrad Tricesimo quarto die octauarum festi Beati Jacobi Apostoli, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinto. (L. S. pendentis decidui.)

Ex originali membrana Collectionis Caroli Rácz.

CCXLII.

Pacis tractatus inter Ablegatos Hungariae et Austriae. A. 1406.

Wir Wilhelm — — Bekennen. Als den Hochgeborne Fürst, vnser lieber Bruder Herzog Ernst

— — zu des durleuchtigen Fürsten, des Kunigs von Ungern; Herren vnd Reten, an die gemerke hina yecund reitet. Also haben wir, demselben vnserm Bruder, vollen vnd ganzen gewalt gegeben — — von unsern wegen, mit den egenannten Herren, des Kungs Reten, zwischen unser baider tail, ze taidingen, vnd zereden, vmb Stallung vnd Frid ze machen, vnd aufzunehmen, vnd wie, oder was, er also taidinget, vnd an vnserr stat aufnympt, da geloben wir, bei zebeleiben, und das genzlich stet ze halten, vnt uolfuren, getrewlich vnd vngeuerlich, vnd dawider nicht rethun in dhainen weg. — — Geben ze Wienn, an Mitichen, nach dem Suntag Reminiscere in der Vasten. Nach Krists gepurde M. CCCC. V.

Kurz Österreich unter dem König Albrecht dem II. 1. Th. p. 15.

Anno 1406.

CCXLIII.

Sigismundus R. H. Johannam Wilhelmi Ducis Austriae Viduam sub suam protectionem suscipit. A. 1406.

Wir Sigmund — — bechennen — das wir vns vorpunten haben vnd vorpinten wissentlichen vnd mit wolle dachten mut, das wir der hocgebornen furstinne frawen Johanna Herzoginne czu Osterreich vnsern lieben mumen, vnd des hern Abrechts demgo genad, — — wittiber, vnd auch inn erben di sy iezund hat, vnd allen den irn, getreulichen helfen vnd peibestehn wollen, dass sie vnd ir erben zu dem irn chemen, vnd do pei beleiben u. s. w. Geben zu Offen am Eritag nach sent Stanzlaws MCDVI."

Ibidem ibid. p. 16.

CCXLIV.

Idem eidem dominium montis S. Martini confert. A. 1406.

König Sigmund Schenkt der Herzogin Johanna auf Lebenszeit St. Martinsberg in Hungarn, mit aller Zugehör, wobei er verheisst, was an 5400 Pfund Wiener Pfeninge Einkommen abgehe, zu ersetzen." Datum Budae A. MCDVI. vt supra.

Ibid. p. 17.

CCXLV.

Margaretha Burggrafia Neumburgensis, soror Sigismundi regis H. Conuentualibus de Borsmonostra fauorum impendit. A. 1406.

Margaretha, Dei gracia, Burkgrauissa Neuemburgensis, dilectis nobis vniuersis et singulis castellanis, officialibus et tributariis nostris, nec non alterius cuiusuis status et conditionis hominibus, nostra tributa tam in terris, quam super aquis tenentibus, ab hinc vsque Borsmonostra etc. (mandat, vt monachos de Borsmonostra sine vectigalibus et telonio res suas vsque Budam afferre permittant etc). Datum Bude, feria III. proxima post festum inuensionis sancte crucis, anno Domini MCCCCVI. L. S.

Ex originali Chartaceo Pray MSS. Tomo 53. p. 12. Fuit haec soror Sigismundi regis; caeterum est annus iste a Sigismundo bello contra Turcas parando impensus. Adiuncta videbantur fauere: nam Turcae, biennio ab hinc a Timurlane victi, ac Bajazethe in captiuitatem ducto fracti, ortaque inter Zelebim ac Solymannum aemulatione, dissidentes fuerant. Neruus iam ante annum, venditis Hermanno Cileae comiti quadraginta aureorum millibus Csaktornyae insula, et decimis episcopatus Zagrabiensis, comparatus hunc in finem fuerat. Manuel Pallelogus Imperator Const. Stephanus Rasciae Despota, Va-

lachiae item Vaiwoda in societatem armorum exciti; Valentinus Cardinalis, Ep. Qqueeclesiensis gubernator, qui Pontificem ad promulgandam expeditionem cruciatam sollicitaret, Romam missus. Nicolaus de Gara Palatinus, Hermannus Cileensis, et Comes Modrusensis, pacto inter se foedere, de pace domi seruanda cauerant. Facile sexaginta millium exercitus fuerat conflatus. V. Windeck in vita Sigism. Cap. 20. Erasm. Frölich in MSS. Cilejanis ex tabul. Graecensi Aulico. Cf. Rajnaldum ad A. 1407. etc.

Anno 1407.

CCXLVI.

C. Frank de Széceeny, Judex Curiae metales possessionis Bagamer A. 1292. editae pro M. Aegidio de Marczaltö transumit. An. 1407.

Nos Comes Frank de Secheny Judex Curiae Domini Sigismundi, Dei gratia regis Hungariae. Memoriae commendamus, quod Magister Egidius Literatus, filius Petri, fily Stephani, fily Bartholomei de Marczaltö personaliter in nostram veniendo praesentiam, feria sexta, proxima post octauam festi Corporis Christi Johannem, filium Jacobi de Daras, hic Budae coram nobis facie ad faciem contra se ad eundem diem citatum, proposuit eo modo, quod quaedam literae capituli Ecclesiae Varadinen. priuilegiales, quae videlicet praetactum Bartholomaeum filium Ompud, Auum suum de possessione Bagamer nominaret, apud ipsum Joannem haberentur, quarum litterarum priuilegialium paria in transcripto literarum nostrarum patentium pro defensione sui iuris habere vellet, ab eodem iustitia exigente. Quo audito praenotatus Joannes filius Jacobi personaliter

in nostram exsurgendo praesentiam, respondit tali modo: quod hoc bene verum esset, vt quaedam litera ipsius Capituli Varad. quae scilicet praetactum Bartholomaeum, filium Ompud de ipsa possessione Bagamer fore nominaret, apud ipsum haberetur, quarum paria ipsi Magistro Egidio literato dare promptus esset et paratus, vbi et in instanti ipsas literas ipsius Capituli Varadien. priuilegiales nobis praesentauit habentes hunc tenorem: Capitulum Ecclesiae Varadien. omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire: quod accedentes ad nostram praesentium nobiles viri Bartholomaeus, filius Ompud, de Bagamer, de genere Guthkeled, pro se personaliter, pro Nicolao filio Omodei, cum certis litteris procuratorys Capituli Ecclesiae Jaurien. ex vna parte, item Michaël filius Baroch de genere Chak, et Joannes filius Baroch, filу Baroch, ab altera, et vtraque pars instanter nostrum hominem, scilicet vnum ex nobis pro testimonio ad reambulandas distinctiones, et vbi necesse fieret erectiones, et renouationes (metarum) inter possessiones ipsorum, scilicet Bagamer. et Serend, vocatas, a nobis dari ipsis postularunt, et nos communis iuris debito prouocati, ad instantiam vtrarumque partium praedictarum nobilem virum et discretum Magistrum Emericum Horarium Ecclesiae nostrae ad praemissa exequenda duximus destinandum pro testimonio, qui quidem homo noster demum pro dictis partibus ad nos reuersus nobis dixit viua voce, quod ad faciem dictarum possessionum cum praescriptis partibus accessisset; metas earumdem hoc ordine reambulando pacifice vidisset extitisse, et vbi necesse fuisset, re-

nouasse. Prima meta inciperetur a parte meridionali versus syluam Bagamer, vbi essent tres metae, terreae capitales, quae disterminant et distinguunt ab inuicem terras seu possessiones Bagamer, Almus et Serend et inde similiter ad eandem plagam septemtrionalem iuxta syluam Bagamer tenditur in terra campestri, vbi sunt duae metae terreae, item similiter vadit ad septemtrionem, vbi duas metas terreas antiquas renouassent sub vnam pro Bagamer, secundam pro Serend, et per eandem plagam vadit ad vnam vallem et transit ipsam vallem, et iuxta ipsam sunt duae metae terreae, et adhuc ad septemtrionem tendit ad terras arabiles et in medio earumdem terrarum arabilium, vbi sunt domus vinearum paucarum, quod vulgariter Styll appellatur, est vna meta, item inde vadit similiter ad septemtrionem ad virgultum, et ibi est vna meta, et ad modicum spacium tendendo, est vna meta, et similiter in modico spacio procedendo vnam metam terream erexissent. Item inde vadit ad vnum monticulum, sub quo sunt tres metae terreae antiquae, quarum vna pro Bagamer, secunda pro terra Georgy, tertia pro Serend, et ibi metae terminantur. Vnde nos ad propositiones partium nostrum priuilegium in praemissis eisdem concessimus, quorumdam partes — — mutui inter se perpetuum silentium assumserunt obseruandum in metis distinctis et ordinatis portionum iam dictarum. Datum in Octauis Beati Georgy Martyris. Anno millesimo ducentesimo, nonagesimo secundo. Itaque nos tenorem iam dictarum literarum annotati Capituli Varadien. priuilegialium praesentibus litteris nostris patentibus de verbo ad verbum inseri et transcribi faciendo eidem Magistro Egidio literato duximus concedendas, com-

muni iustitia obseruanda. Datum Budae praedicta secunda die termini praenotati. Anno Domini M. CCCCVII." L. S.

Communicauit Georg. Gyurikovich. — Fuit hic annus bello contra Turcos, qui Manichaeis et Arianis Bosniae iuncti, Twartko Skuro, Ostoyae regis aemulo, suppetias tulere, distentus. Sigismundus et Stephanus Rasciae Despota, subsidiis Ostoyae praestitis, hostes iteratis praeliis fregerant, in fugamque egerant. Szrebenico et arce Dobor in potestatem redactis, Bosnensium multi, cum ipso Twartko capti. Hic in Hungariam ductus: *illorum* centum et viginti sex, truncato capite, in profluentem ex castro Dobor praecipitati. Caedibus temerata hac victoria, Turcae Bosnia protrusi, Ostoya regno restitutus, et res Ladislai Neapolitani apud Dalmatas succisae fuerunt. Windeck l. c. cap. 14.

Anno 1408.

CCXLVII.

Sigismundus R. H Emericum de Peren, fidelitatis merito bonis Stephani Urdug perduellis remuneratur. A. 1408.

Nos Sigismundus, Dei gracia, rex Hung. Dalm. etc. Marchioque Brandenburg. etc. sacri Romani Imperii Vicarius Generalis, et regni Bohemie gubernator. Notum facimus vniuersis, — — consideratis preclaris fidelitatibus et laudum preconio summe attollendis fidelium seruiciorum immensis meritis, virtuosis gestis et sinceris complacentiis, nec non laude dignis obsequiis fidelis nostri dilecti, magnifici viri Emerici, filii Petri de Peren, secretarii Cancellary, in quibus idem nobis et sacro nostro dyademati sub diuersitate locorum et temporum — — se maiestati nostre gratum reddere studuit et acce-

ptum. Et quamquam ipsius seruicia preclara, et acta virtuosa, propter sui longam narrationem inscribi sint nimium toediosa; tamen de eius seruiciis preclarissimis nonnulla peculiariter duximus referenda.— Porro nobis pridem — pro fastigio iuris nostri patrimonii, scilicet in aquisicione sacri tituli imperialis, quo olim temporibus nostrorum progenitorum sublimes aule Bohemie in gloria felicitatis et honoris rutilantes effulgebant, in eo, ne iubar, seu decor ille tanta nominis magnalitate prefulgens, quem primitiuorum nostrorum excelsa brachia quesierunt, de laribus paternis in nostri honoris derogamen nostra tepiditate tolleretur, aliquando laborantibus; interim pacis emulo, humani generis inmico, in quorumdam Prelatorum, Baronum et Magnatum regni nostri, a nobis multa magnanimitate ditatorum, cordibus execrabilia atque nephandissima Zizaniarum genera seminante, ex quibus plurime dolositates, prodiciones, inuidie, rancores, velut ex abyssi puteo prodeuntes, et mentes plurimorum confundentes, in regno nostro in pacis amenitate constituto, ingentis disturbii tempestates, et grandium guerrarum discrimina, cultum pacis, et fructum iusticie opprimentes, et peruertencia incitarunt, et predictorum prelatorum, Baronum et Magnatum, nostrorum scilicet emulorum, cornua superba, in totalem nostram eliminacionem et depositionem, coroneque nostre in detestabile crimen lese Maiestatis, in alium regem forensem, videlicet Ladislaum, filium Karuli de Duracio, dolosis machinacionibus translacionem nec non regni et regnicolarum nostrorum deuastationem et derobacionem erexerant. Sed assistente nobis virtute altissimi, qui consilia iniqua dissipat principum, et reprobat, dictorum Prelato-

rum, Baronum, et Magnatum votis deuiis et dolosis machinationibus in hac parte frustra remanentibus, ipsisque premissa eorum dampnosa proposita perficere non valentibus, eo tempore preallegatus Emericus de Peren, eximii consilii, multa ingeniositate conspicuus, licet per prefatos nostros emulos diuersis foueretur monitis, tamen ipse fidei imitans constanciam, non verens, neque metuens, se et cuncta sua bona, pro nostri regy honoris exaltacione, fortunę casibus submittere, neque etiam dictorum nostrorum rebellium vrgitiua et suggestiua peruersitas potuit eundem a sue fidelitatis tramite aliquantisper facere deuiare. Sed vt ipse nobis aptius et fidelius seruire quiret, Baronibus et Nobilibus, quos pro parte nostre Excellencie fore agnouerat, specialiter autem Magnifico viro Petro de dicta Peren, alias Comiti Siculorum nostrorum, fratri suo, et alys nonnullis nostris fidelibus, se adunando et coniungendo, memoratis nostris aemulis et rebellibus, notanter vero Stephano de Debrew, et suis fautoribus, qui lethale bellum aduersus ipsos nostros fideles prope ciuitatem Nagypatak fouebant, viriliter preliaturus in campo se opponens, non nullos ex ipsis nostris rebellibus et infidelibus ex forti impulsu sue lancee prosternens, alios autem in fortitudine sui brachii suo mucrone morti tradens, et perimens, idem Emericus de Peren, in veloci equi sui cursu inter bellatorum pedes in terram prostratus extitisset; sed tamen diuini adiutorii remedio interueniente, absque alicuius releuaminis aminiculo, in virtute sue animositatis et virium suarum potencia, suum equum reascendens, viresque viribus addens, multos ex nostris infidelibus inibi interemit, vbi idem Emericus de Peren, cum nonnullorum ser-

uientium suorum finali excidio, et sanguinis effusione non modicam cedem et stragem faciens, placitum et maximum nobis exhibuit famulatum. Nihilominus tandem necessitate nos perurgente ipsum Emericum, de Peren, Deo et hominibus placibilem, forma decorum, vultu venustissimum, eximii consilii et ingenii legalitate et maturitate prefulgentem, circumspicientes et agnoscentes, trans maritimas partes in ardua ambasciata, ad quam plurimos Principes et Duces direxeramus, qui per vias nimium toediosas et periculosas incedens, omnibus suis familiaribus secum existentibus orrende captiuitati traditis, bonis etiam amissis, ipso autem per maris discrimina euadente, et plures dies et noctes nauigante, tandem superne virtutis protectus gracia, ab inimicorum manibus extitit liberatus. Sane huiusmodi ambassiatam, seu legacionem premissis omnibus suis incommodis et periculis minime aduertentibus, egregie perferens, ad nostrum nutum et vpluntatem perficere et fine votiuo concludere non obmisit. Denique ex matura deliberacione, sano intellectu et digesto consilio prelatorum et baronum nostrorum eundem Emericum de Peren pre suis participibus eligentes, in nostris legacionibus et expedicionibus arduis, non solum nostrum et regni nostri, verum tocius Christianitatis commodum, vtilitatem et profectum tangentibus, ad Chalapiam Turcorum Imperatorem in Turkiam vice versa dirigentes, idem ab inde post multa dispendia et incommoda, que finale exterminium sue vite tangebant, et respiciebant, cum votiuo fine et optata relacione pluribus mensibus et diebus euolutis ad regnum nostrum regressus. Et quid amplius etc. (sequitur donacio bonorum, quae ad Stephanum Eordögh con-

sanguinitatis titulo deuolui debuerant) tamen, quia idem Stephanus Urdugh dictus, filius quondam Stephani de Prodanicz, iniquo ductus consilio vna cum viris perfidis Stephano filio quondam Dyonisy Waiuodae, nec non Andrea Nicol, fily Laczk de Chaktornya, nostris notorys infidelibus, in dispendium throni nostri regalis, perperam machinari non formidauit. Denique cum nos alias, vtputa temporibus dudum retrolapsis, vna cum plerisque Prelatis, baronibus, ac proceribus regni nostri, contra nostros emulos, et capitales inimicos extra et vltra terminos antefati regni nostri profecti fuissemus, et cum eisdem Turcis et Scismaticis, intra ambitum regni nostri Bulgarie, per eosdem Turcos vi occupati, bellica certamina aggrediendo, ibique fortuna nobis nouercante, grandia discrimina pro Christianitate et regnorum nostrorum defensione sustinuissemus, occulto Dei iudicio permittente, — penultimoque, ductore Xto preuio, nobis per freti et pelagi ampnes versus climata regnorum remigantibus, interim pretaxatis viris perfidis, vtrisque Stephano et Andrea fratribus ipsorum, idem Sephanus Vrdugh adherens nos cum prefatis nostris fidelibus, nostro lateri adherentibus, ad instar subdoli serpentis de dictis regnis nostris excludere, et exterminare machinabantur. Nam idem vterque Stephanus, quibus idem Stephanus Vrdugh toto posse, vt prefertur, nobis in naufragio periculoso laborantibus, huiusmodi litteras ab Ladislao rege Napulie, nato scilicet, quondam Karuli regis obtinuerant, vt ydem viri perfidi vterque Stephanus, successores ipsius Lachk, in antefatis regnis nostris vicary ipsius Ladislai regis essent generales, et precipue quidquid in dictis regnis cum regni incolis nostris ipsi vtrique Stephanus,

in persona et auctoritate ipsius Ladislai regis disponerent, ordinarent, et sponderent, cuncta illa idem Ladislaus Rex acceptaret, ratificaret, et perhenniter ex nouo roboraret; et vt celerius et facilius annotati Stephanus Wayuoda et alter Stephanus de Simonytornya, vna cum Andrea fratre ipsorum, nec non prefato Stephano dicto Vrdugh ipsos reginicolas nostros ad ipsius Ladizlai regis beneplacita et obediencie commoda complenda potuissent subdere, flectere, et inclinare, nunciis — — suis ad Bayzath Dominum Turcorum super eo, vt ipsius Bayzath filiam eidem Ladislao regi matrimoniali foedere copulare, et copulatam sacro diademate ipsius regni nostri immediate voluissent coronare, solicite destinatis validum et seuissimum Turcorum cetum et faleratam cohortem, ad territoria regni nostri inter fluuios Draue et Saue existentia hostiliter introducere, et per eosdem valida incendia, et homicidia, ac spolia grandia et detenciones abduccionesque nobilium et ignobilium, vtriusque sexus hominum, fidelium nostrorum in regno et territorio nostris antefatis, prout hec cuncta eorum facinora fideles nostri dolorosis eorum gemitibus nostro in conspectu reuera comprobarunt, perpetrare facere veriti non fuerunt nequiter. Demum idem Stephanus Vrdugh mala malis accumulans, dum regressum nostrum versus climata regni nostri intellexisset, protinus in manifestum sue infidelitatis signum, viam, qua vna cum fidelibus subditis nostris, lateri nostro adherentibus, versus et prope predictum fluuium Drawe proficiscebamur, toto posse, insidiose recludere, et aditum prohibere, et impedire satagebat; sed dictorum nostrorum fidelium subditorum viribus preualentibus, idem Stephanus terga vertit et in sui captis tuicionem ca-

strum Zuzichazenthgewrgh vocatum, tanquam vulpecula latitans profugiendo subintrauit, et a dicto castro nobis et fidelibus subditis nostris, non modicas incommoditates, et dispendia plurima inferre non cessauit; et pretextu huiusmodi facinorum suorum macule (sic) et veneni se infidelitatis nephas per nostros fideles idem castrum aliquamdiu obsessum extitit, et in contemptum throni nostri regalis, plerisque fidelibus sub eodem castro letaliter sauciatis, denuo dicto castro obtento, idem Stephanus Urdugh astucia vulpina suffultus clandestine discessit ab eodem, et extra limites regni nostri tanquam profugus se absentauit, etc. (Sequitur publicatio eius bonorum et donatio facta Perenyio.) Datum in Erdewd secundo die festi Inuencionis sancte Crucis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octauo.

Sigillum dupplex ordinarium e serico viridi et rubro pendens. Sericum contortum. Ex orginali Pray MSS. tomo 54. p. 37—42. Mox Sigismundus contra Morauos, qui Hungariam crebris incursionibus infestabant, mouit; eiectaque latrocinantium colluuie, Brarbaram, Friderici Cilejensis Comitis filiam, anno 1402. desponsatam, duxit; nuptias instituto Draconis ordine insigniuit. Windeck. l. c. cap. 19.

CCXLVIII.

Conuentus S. Benedicti de iuxta Gron super pignore per Nobiles Szobonya de Endröd reluto fassionales edit. A. 1408.

Nos Conuentus Monasterii S. Benedicti de iuxta Gron, memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod Nobiles Domina Magdalena alias olim Thomae de Derezslény, nunc vero condam Acathy Hermani dicti de Baracs Relicta ac Lasarus filius eiusdem ex di-

cto olim Thoma de Derezslény procreatus coram nobis personaliter constituti, sponte et libere sunt Confessi in hunc modum: Utque Nobiles Nicolaus et Emericus Szobonya de N. Endröd, de illis 47. fl. auri, pro quibus puta alias totales Possessiones et pertinentiae K. Sáry et K. Falud vocatae in Comitatu Barsiensi existentes, vigore aliarum Litterarum Fassionalium et Obligatorialium annotatae Dominae Magdalenae et Lazaro pro pignore positae et locatae extitissent, ipsis plenariam solutionem atque omnimodam satisfactionem fecissent, et impendissent: ob hoc antelati Domina Magdalena et Lasarus filius eiusdem, memoratos Nicolaum et Emericum Szobonya de N. Endröd de et super hujusmodi plenaria solutione atque omnimoda satisfactione praescriptorum 47. floren. auri, pro quibus videlicet ante dictae totales possessiones K. Sári et K. Falud appellatae apud manus eorumdem, praemisso titulo pignoris habitae fuissent, super inde quietos commisissent et absolutos, easdemque totales possessiones manibus eorundem Nicolai et Emerici Szobonya de N. Endröd remisissent et resignassent, ad manus eorundem, et eisdem per praesentes — — — nt, Commiserunt eosdem quietos et absolutos ac modo simili satisfactos remiseruntque et resignarunt, manusque eorundem de eisdem omnino recipiendo coram nobis harum nostrarum vigore et testimoni Litterarum mediante. Datum die Dominica proxima ante festum BB. Cosmae et Damiani Martyris Anno Domini MCDVIII. — Nos Mathias Dei gratia etc. memoriae Commendamus; quod Nicolaus de K. Köröskény ac Ladislaus filius Szobonya de N. Endröd pro se personaliter, idem Nicolaus pro Georgio, filio suo cum Procuratoriis Litteris Conuentus Eccle-

siae Zobriensis, praefatus vero Ladislaus pro Joanne, Georgio, et Stephano fratribus suis cum Procuratoriis Litteris Conuentus Ecclesiae S. Benedicti de iuxta Gron ab una, parte vero ex altera Joannes de Appony modo simili personaliter pro se ac pro Nobili Domina Sara vocata Consorte, nec non Georgio et Emerico filiis suius cum Procuratoriis Litteris Capituli Ecclesiae Nittriensis coram nostra personali praesentia personaliter constituti sunt Confessi in hunc modum: qualiter praefati Nicolaus et Ladislaus annotatum Joannem de Appony et Nobilem Dominam Saram Consortem, nec non Georgium et Emericum filios eiusdem ratione et praetextu quorumdam Litteralium Instrumentorum — — — quondam Emericum Szobonya de Fedémes in Castro Appony vocato repositorum per nostrum et dicti Conuentus — — — homines ad praescriptus Octavas Festi Epyphaniarum Domini contra se in Curiam nostram Regiam nostre Maiestatis scilicet personalem in praesentiam evocari fecerint, et ipsos exinde agravare praetenderint; tamen ipsi ex interuentu quam plurimorum proborum et Nobilium virorum pro pace inter ipsos laborantium facto in praemisso taliter Concordassent, imo comordarunt coram eodem nostra personali praesentia: Ut praelibatus Joannes de Appony, universas Litteras et Litteralia Instrumenta dictorum filiorum Szobonya, et Nicolai de Körösköny jus scilicet Masculinum tangentes in toto, item alias Litteras Jus femininum Concernentes, in quantum eosdem Corcernere videbunt, in Festo Nativitatis B. Joannis Baptistae nunc venturo eisdem Nicolaó et filiis Szobonya a praedicto Castro Appony coram Testimonio praeattacti Capituli Ecclesiae Nittriensis, quod per ipsum Capitulum

illuc ad id serie praesentium transmitti juberet reddere et restituere jubens ubi et praefati Nicolaus et filii Szobonya similiter universas Litteras et Litteralia Instrumenta, erga manus et sub protestate ipsorum habita et existentia producere et exhibere debeant, et teneantur: Si vero aliqua Partium earundem de Restitutione hujusmodi Litteralium Instrumentorum non contentaretur, extunc quaelibet persona eorum praeattacto Testimonio annotati Capituli Ecclesiae Nittriensis sacramentum praestare, et deponere, ipseque Joannes de Appony praelibatos Nicolaum et filios Szabonya in dicto Castro suo Appony pacifice, tute, et quiete permanere, tandemque facta restitutione praemissarum Litterarum et Litteralium Instrumentorum, praefati Nicolaus et filii Szobonya praelibato Joanni de Appony super Restitutione eorundem, in praedicto Capitulo Nittriensi Litteras Expeditorias dare et fateri, praelibatusque Joannes de Appony praelibatis filiis Szobonya cum simili Litteras Expeditorias, super quarum dispositione per quondam Ladislaum Szobonya Patrem videlicet ipsorum in facto Possessionis Görgőr facta dare debeant, et teneantur tali obligamine interposito, quod siqua Partium praescriptarum praemissa non observaret, aut aliqua ex iisdem refutaret, seu retractaret, ex tunc talis Pars contra partem alteram in factis fide fragii et perjurii ac succubitus — — — facti potentialis convinceret. et convinci deberet, ipso facto, hoc adjuncto, quod si temporis in eventu quidpiam hujusmodi aliqua expartibus praedictis ratione praevia in Causam conueniret, extunc altera pars pacifice persistens penes eandem sub poena 50 marcarum, cum universis Litteris et Litteralibus Instrumentis suis in Judicio Comparere,

et eandem cum eisdem defensare et expedire debeat et teneatur. Ad quae praemissa Partes praescripta in personali eorundem adsistentia, praefatos vero duos virtutibus Procuratoriar., praeattarum obligarunt, coram eadem nostra personali praesentia, harum nostrarum vigore et testimonio mediante Litterarum. Datum Budae Sabatho proximo ante Dominicam letare Anno MCCCCLXI.

Originale in Collectione Nicolai Jankevich.

CCXLIX.

Herzog Ernsts Verbindung mit König Sigmund von Hungarn. Gegen —Brief zur Urkunde des König Sigmunds. Dat. Diakov. II. Sept. Jahr 1408.

In tabulario Aulico Vind.

CCL.

Pacificatio inter Hungariam et Austriam confecta, arx Leuka revindicata. A. 1408.

Urkunde Leopold Herczogs vom zwanzigsten September MCDVIII. belehrt uns, dass die Ungarischen und Oesterreichischen Räthe einen Waffenstillstand zwischen ihren Ländern bis künftigen Georgi Tag, und dann folgende Dinge beschlossen haben: Vor allem verspricht H. Leopold dem König Sigmund, das Schloss Leuekgenhausen, welches jetzt der Pirgauer besitzt, bis nächsten Martini Tag, oder acht Tage darnach, im Falle der Möglichkeit auch noch früher ihm, Stybor, oder jemanden Anderem, dem es Stybor auftragen wird, zu übergeben, Geschähe dieses nicht, so wird dem Könige dafür die Stadt Bruck an der Leytha, als ein Pfand um acht tausend Pfund Wiener Pfennige bis zur

Zahlung dieser Summe, oder Einantwortung des Schlosses Leukgenhausen eingeräumt. Die Erträgnisse der Stadt Bruck bezieht der König während seines Besitzes derselben, ohne sie von der Pfandsumme abrechnen zu müssen. Würde Bruck während derselben Zeit von der Oesterreichern erobert, so muss Leopold dem Könige Beistand leisten, damit dieser sie wieder in seine Gewalt bekomme. Würden Sigmunden alle diese Verheissungen nicht erfüllet, so kann er sich der Repressalien bedienen, und ohne Irrung und Hinterniss Oesterreichische Güter aufhalten und pfänden. Sobald ihm aber Leuckgenhausen, oder Bruck übergeben werden, muss er in dem oben angezeigten Termin dem Herzog Leopold das Schloss Thalberg einantworten. Auf Martini oder acht Tage hernach wird sich der König nach Ödenburg, Herzog Leopold nach Neustadt verfügen; beyde werden sich an einem Mittelorte einfinden, und sich über die Vorfälle, die sich zwischen Ungarn und Oesterreich ereignet haben, und über die Schäden besprechen, die aus den Absagen des Bischofs von Wardein, des Stybor, und ihrer Helfer und Diener auf beiden Theilen entsprungen sind. Die Gefangenen, sie mögen zum Adel oder zum Volke gehören, mögen über ein Lösegeld einen Vertrag geschlossen haben oder nicht, wenn sie dasselbe noch nicht erlegt haben, sind bis zur Zusammenkunft der Fürsten frey; diese werden dann in Freundschaft oder nach dem Rechte den Ausspruch thun, wozu ein Theil dem andern verpflichtet sey. Die Fürsten werden auch darüber wachen, dass ihre Unterthanen sich gegenseitig keinen muthwilligen Angriff erlauben; und würde dessen ungeachtet eine Feindseligkeit verübet, so werden

sie derselben Einhalt thun und Ruhe herstellen. — Datum ze Wienn an Sand Matheus Abend des Zwelifften. Nach Christi geburt MCDVIII.

Kurz l. c. p. 120.

CCLI.

Spruchbrief König Sigmunds von Hungarn als Obermann in Betreff der zwischen den Herzog Leopold und Ernst, ihren Prälaten, Landhern etc. wegen Vormundschaft über Herzog Albert, gewesenen Streitigkeiten. Datum Ofen XIII. März MCD. VIII "

Idem ibid. p. 295.

Anno 1409.

CCLII.

Idem Sigismundus patri Johanis de Hunyad, strenuo militi, terram Hunyadvár donat. A. 1409.

Propria Commissio Domini Regis.

Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Marchioque Brandenburgensis et Sacri Romani Imperii Vicarius generalis et Regni Bohemiae Gubernator. Memoriae commendantes tenore praesentium significamus quibus expedit uniuersis. Quod Nos consideratis fidelitatibus et fidelium Servitiorum praeclaris meritis Voyk filii Serbe aule nostre militis per ipsum nostre Maiestati locis et temporibus opportunis exhibitis et impensis, volentes sibi pro huiusmodi fidelibus obsequiis regali occurrere cum favore, ut deinceps ferventius in nostris servitiis expediendis animetur dulcedine regalis remunerationis praegustata, quandam possessionem nostram Regalem Hunyadvár vocatam in Comitatu

Albensi partium nostrarum Transiluanarum habitam, simul cum eiusdem universis utilitatibus ac quibuslibet pertinentiis et fructuositatibus, videlicet terris arabilibus, cultis et incultis, pratis, fenilibus, siluis, nemoribus, aquis, piscinis, aquarumque decursibus, et generaliter quibuslibet eiusdem utilitatum integritatibus; sub ipsarum veris metis et antiquis limitibus, quocunque nominis vocabulo vocitatis ex certa nostra scientia Praelatorumque et Baronum nostrorum Consilio ac novae nostrae donationis titulo, et omni eo iure, quo eadem ad nostram spectant collationem, memorato Woyk militi et per eum Magas et Radul carnalibus, ac Radul patrueli fratribus, nec non Johannes filio suis, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis dedimus, donauimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenen. possiden. pariter et haben. salvo iure alieno praesentium nostrarum testimonio litterarum, quas, dum Nobis in Specie fuerint reportatae in formam nostri Privilegii redigi faciemus. Datum in Vissegrad in Festo Beati Lucae Euangelistae. Anno Domini MCDIX. L. S. appressi.

E Copia Josephi C. Kemény. Originale in Archiuo Camerae R. Budensis. Copia authentica in Archiuo Fisci Transiluanici.

CCLIII.

Vajuodae Transil. priuilegium largiuntur. A. 1409.

Nos Jacobus Lachk de Zanthou et Joannes Herrmann de Thomasi Vaivodae Transiluanenses et Comites de Zonuk, memoriae commendamus per praesentes, quod nos possessionem seu villam Achinus Pollyana vocatam in loco Vaskapu dicto sitam, per

providos viros Stantzul filium et Berove filium Thatul de Ostro, Dragumir filium Zeik de Jordán vice et Vlad filium Eliae, Kenezios in districtu Hattzeg commorantes denuo et ex novo plantatam populosam efficere et multitudine populorum decorare volentes, quorum multitudine et numenri augmento via in praetacto loco Vaskapu tendens, ubi Latrunculi seu malifactores in siluarum densitatibus eorum antra disponentes et habitacula, cunctos per eandem progredientes diversis inficiebant terroribus, aliis siquidem dirae mortis pocula immaniter propinabant, ab eorum malefactorum insultibus et perturbationibus saevissimis salvior possit praemuniri. Eisdem Stantzul Berivoj, Dragumir et Vlád, successoribus eorumdem universis hanc libertatis praerogativa in persona Domini nostri Regis Sigismundi — — — — ut ipsi et eorum haeredes populique in eadem villa commorantes a modo interea temporibus successivis nostro scilicet durante placito, de praetacta villa seu Possessione novella nullum censum seu collectam, onera, servitia, aut quaecunque alia facere et administrare sint adstricti, quia a singulis talium generibus exemti sint et supportati habeantur. Volumus denique vt iidem Kenezii et posteritates eorum in signum Dominii annuatim in festo beati Georgii Martyris singulos ducentos denarios novos, aut pro tempore currentes et nil plus nobis vel Castellanis de Hettzeg dare et solvere teneantur. Praesentium nostrarum testimonio Litterarum. Datum in Hattzek, secundo die festi beati Barnaba Apostoli. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nono.

Orig. exstat in Archiuo Capituli Albensis.

CCLIV.

Sigismundus R. H. fraternali adoptioni inter Paulum de Kowar ac Stephanum de Mohora factae consensum superinducit. An. 1409.

Relacio Petri de Peren.

igismundus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex. Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Impery Archicamerarius nec non Bohemie et Lucemburgensis Heres, vniuersis Xti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore, Justis petencium desiderys facilem prebere consensum. Jus inuitat racio requirit et regalis munificencia exortatur in hys precipue que suorum subditorum comodo seu vtilitati videntur conuenire, sane ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod fidelis noster magister Paulus filius Mathie de Kovar Prothonotarius viri Magnlfici Nicolai de Gara regni nostri Palatini ac Stephanus filius Johannis Baak de Mohora suis Item Ladislai et Johannis filiorum ipsius magistri Pauli ac alterius Ladislai fily dicti Stephani personis nostre Celsitudinis adientes conspectum exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes, mediocri sigillo nostro consignatas Super quodam moderamine seu contractu inter ipsos in facto possessionis eorum Mohora predicte modo infra in Tenore ipsorum litterarum nostrarum — — factis et initis confectas Tenoris subnotandi, Supplicantes suis, dictorum filiorum eorum nominibus nostro culmini humiliter et deuote, vt easdem litteras nostras simul cum ipsis moderamine et contractu ratas gratas et acceptas habendo et nostris litteris priuilegialibus verbaliter inseri et conscribi faciendo, huius-

providos viros Stantzul filium et Berove filium Thatul de Ostro, Dragumir filium Zeik de Jordán vice et Vlad filium Eliae, Kenezios in districtu Hattzeg commorantes denuo et ex novo plantatam populosam efficere et multitudine populorum decorare volentes, quorum multitudine et numenri augmento via in praetacto loco Vaskapu tendens, ubi Latrunculi seu malifactores in siluarum densitatibus eorum antra disponentes et habitacula, cunctos per eandem progredientes diversis inficiebant terroribus, aliis siquidem dirae mortis pocula immaniter propinabant, ab eorum malefactorum insultibus et perturbationibus saevissimis salvior possit praemuniri. Eisdem Stantzul Berivoj, Dragumir et Vlád, successoribus eorumdem universis hanc libertatis praerogativa in persona Domini nostri Regis Sigismundi — — — — ut ipsi et eorum haeredes populique in eadem villa commorantes a modo interea temporibus successivis nostro scilicet durante placito, de praetacta villa seu Possessione novella nullum censum seu collectam, onera, servitia, aut quaecunque alia facere et administrare sint adstricti, quia a singulis talium generibus exemti sint et supportati habeantur. Volumus denique vt iidem Kenezii et posteritates eorum in signum Dominii annuatim in festo beati Georgii Martyris singulos ducentos denarios novos, aut pro tempore currentes et nil plus nobis vel Castellanis de Hettzeg dare et solvere teneantur. Praesentium nostrarum testimonio Litterarum. Datum in Hattzek, secundo die festi beati Barnaba Apostoli. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nono.

Orig. exstat in Archiuo Capituli Albensis.

CCLIV.

Sigismundus R. H. fraternali adoptioni inter Paulum de Kowar ac Stephanum de Mohora factae consensum superinducit. An. 1409.

Relacio Petri de Peren.

igismundus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex. Marchio Brandenburgensis, sacri Romani Impery Archicamerarius nec non Bohemie et Lucemburgensis Heres, vniuersis Xti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore, Justis petencium desiderys facilem prebere consensum. Jus inuitat racio requirit et regalis munificencia exortatur in hys precipue que suorum subditorum comodo seu vtilitati videntur conuenire, sane ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod fidelis noster magister Paulus filius Mathie de Kovar Prothonotarius viri Magnlfici Nicolai de Gara regni nostri Palatini ac Stephanus filius Johannis Baak de Mohora suis Item Ladislai et Johannis filiorum ipsius magistri Pauli ac alterius Ladislai fily dicti Stephani personis nostre Celsitudinis adientes conspectum exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes, mediocri sigillo nostro consignatas Super quodam moderamine seu contractu inter ipsos in facto possessionis eorum Mohora predicte modo infra in Tenore ipsorum litterarum nostrarum — — factis et initis confectas Tenoris subnotandi, Supplicantes suis, dictorum filiorum eorum nominibus nostro culmini humiliter et deuote, vt easdem litteras nostras simul cum ipsis moderamine et contractu ratas gratas et acceptas habendo et nostris litteris priuilegialibus verbaliter inseri et conscribi faciendo, huius-

modique contractui et moderamini nostrum regium benicolum consensum pariter et assensum adhibendo pro eis ac ipsorum heredibus in euum valituras innouantes dignaremur confirmare, Quarum tenor talis est, Nos Sigismundus Dei gracia rex Hungar. Dalmat. Croac. etc. Marchioq. Brandenburgensis etc. Sacri Romani Impery vicarius generalis et regni Bohemie Gubernator, Memorie commendamus per presentes, Quod magister Paulus filius Mathie de Kovar .Prothonotarius domini Nicolai de Gara Palatini, onera Ladislai et Johannis filiorum suorum in se assumpmendo ab una, Item Stephanus filius Johannis dicti Baak fily Mako de Mohora, onus Ladislai fily sui super se recipiendo coram nobis constituti dixerunt et sunt confessi in hunc modum, Quod ipsi in facto cuiusdam possessionis eorum Mohora apud manus ipsorum pacifice existentis tale moderamen duxissent faciendum vt vbi vna parcium ante alteram de medio suis heredibus tolleretur tunc totalis porcio talis decedentis in dicta possessione Mohora habita in alteram partem superstitem et eius heredes veluti fratrem congeneracionalem adoptimum cum omni integritate sui dominy vtilitatibusque vniuersis pleno cum efectu redundaretur eo facto ymo fecerunt et firmarunt coram nobis presencium per vigorem, Datum Bude secunda die festi Circumcisionis Domini, Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Nono, Nos igitur humillimis et deuotis ipsorum magistri Pauli et Stephani supplicacionibus nostre per eos suis et pretactorum filiorum eorum nominibus modo antelato subiectiue oblatis maiestati regia benignitate exauditis et clementer admissis praescriptas litteras nostras patentes non abrasas non cancellatas nec in aliqua eorum par-

te viciatas et suspectas quin ymo mere et sincere veritatis integritate fulcitas presentibusque nostris litteris priuilegialibus verbotenus sine diminucione et augmento aliquali insertas quoad omnes earum continencias clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, eas nihilominus requirentibus ipsorum magistri Pauli et Stephani fidelitatibus, et fidelium seruiciorum virtuosis obsequiis per ipsos nobis et sacro regio diademati locis ct temporibus opportunis laudabiliter exhibitis et impensis simul cum premissis fraternali adopcione et contractu moderamineque et disposicione inter partes prenotatas modo et ordine supra in Tenore ipsarum litterarum lucidius expressatis factis mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis sciencia Prelatorum etiam et Baronum nostrorum consilio prematuro et vnanimi eorundem decreto, pro eisdem magistro Paulo Stephano ac eorum filys ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis innouantes perhempniter valituras confirmamus, prescriptis fraternali adopcioni et contractui nec non disposicioni et ordinacioni partes inter prefatas, modoque supra factis celebratis et initis, nostrum regium beniuolum consensum pariter et assensum liberaliter adhibendo, omne eciam Jus nostrum regium si quod forsitan possessione Mohora in eadem haberemus, ipsis magistro Paulo et Stephano ac dictis eorum posteris, noue nostre donacionis titulo in perpetuam adscribentes hereditatem presentis scripti nostri patrocinio mediante, saluis Juribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri autentici noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus Reuerendi in Xto

patris domini Eberhardi Episcopi Varadiensis aule nostre sumpmi Cancellarii fidelis nostri dilecti. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nono supradicto. Regni autem nostri anno vigesimo, Venerabilibus in Xto patribus dominis Johanne Strigoniensi, Nicolao electo Colocensi, Andrea Spalatensi et altero Andrea Ragusiensi Archiepiscopis, Eberhardo Varadiensi, Stephano Transylvanensi, Andrea Zagrabiensi, Johanne Jauriensi, Philipo Wacyensi, Dousa Chanadiensi et Thoma Sennyensi, fratre Johanne Wesprimiensi et Hyncone Nitriensi electis ecclesiarum Episcopis ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Agriensi, Quinqueecclesiensi, Boznensi, Sirmiensi, Tiniensi, Traguriensi, Sibinicensi, Nonensi, Scardonensi, Macarensi, Pharensi et Corbauiensi sedibus vacantibus, nec non Magnificis viris Nicolao de Gara regni nostri palatino et Judice Cumanorum, Johanne et Jacobo Wayuodis nostris Transsylvan. Honoribus Judicatus Curie ac Banatuum Dalmac. et Croac. vacantibus Johanne de Maroth Machouiensi et Pipone de Ozora Zeuriniensi Banis, Nicolao de Zeech Tauarnicorum, Symone filio condam Konye Bani Janitorum, Johanne Graff dapiferorum, Johanne filio Gregory de Alsan Pincernarum, Petro Cheh agazonum nostrorum magistris, et Georgio Graff Comite Posoniensi alysque quam pluribus regni nostri Comitatus tenentibus et honores." (L. S. e zona serici rubri decidui).

Ex originali membrana Collectionis Caroli Rácz.

CCLV.

Idem Sigismundus Paulum de Kowar per Cap. Vaciense introduci iubet. A. 1409.

mnibus Xti fidelibus presentibus pariter et futu-

ris presencium noticiam habituris Capitulum ecclesie Vacyensis salutem in domino sempiternam, ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod nos litteras Serenissimi principis domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croaçie etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. domini nostri graaciosi, metuendi, recepimus in hec verba: Sigismundus Dei gracia Rex. Hung. Dalm. Croac. etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Vacyensi salutem et graciam: dicit nobis Paulus filius Mathie de Kowar, quod ipse in dominium totalis porcionis possessionarie Ladislai filii Johannis fily Maurici de Kewesd in possessione Mohora in Comitatu Newgradiensi existentis habite sibi omni Jure pertinentis legitime vellet introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Valkan de Chalamya vel Nicolaus filius suus aut Stephanus de Rahman sin Stephanus dictus Bak de predicta Kewesd neue Michael vel Gregorius an Ladislaus de Gych alys absentibus homo noster ad faciem predicte porcionis possessionarie vicinis et commetan. eiusdem vniuersis in. Ibi legitime convocatis et presentibus accedendo Introducat Ipsum Paulum in dominium ipsius Statuatque Ipsam sibi Jure incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum: Contradictores vero si qui fuerint euocet ipsos contra ipsum Paulum nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros. Et posthec ipsius possessionarie Introduccionis et Statucionis seriem vel nomina contradictorum et euocatorum si qui fuerint cum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Vysse-

grad feria quarta proxima post festum Penthecostes. Anno Domini MCDIX. Vnde nos preceptis ipsius domini regis obedientes vt tenemur cum prescripto Valkan homine regio honorabilem virum dictum Clementem Archidiaconum Chongradiensem concanonicum nostrum ad praemissa suo modo peragenda nostro pro testimonio duximus transmittendum. Qui exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, Quod ipsi feria tercia proxima post prescriptum festum Penthecostes ad faciem dicte totalis porcionis possessionarie annotati Ladislai in dicta Mohora habite vicinis et commetaneis suis vniuersis et specialiter Stephano filio Johannis dicti Bak fratre ipsius Ladislai Georgioque de Gych pridem Castellano legitime conuocatis et presentibus accedendo Ipsum Paulum filium Mathie in dominium eiusdem introduxissent et statuissent Ipsam sibi et suis heredibus cum omnibus suis vtilitatibus eo Jure quo sibi dinosceretur pertinere in perpetuum possidendam et habendam nullo penitus contradictore apparente diebus legitimis in facie ipsius residendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales sigilli nostri pendentis autentici munimine roboratas ipsi Paulo et suis heredibus diligenter postulanti duximus concedendas. Datum per manus honorabilis viri domini Dyonisy Lectoris ecclesiae antedicte Quintodecimo die Statucionis possessionarie prenotate Anno domini supradicto presentibus reuerendis viris dominis Bogdano preposito, Demetrio Cantore, Andrea Custode, Michaele Neugradiensi, Michaele Pestyensi, Valentino de Zolnok, predicto Clemente Chongradiensi et Georgio de Zygethfew Archidiaconis ceterisque dominis et Canonicis in eadem ecclesia Jugiter Deo famulantibus

sempiterno. (L. S. e zona serici rubri pendentis decidui).

Ex originali membrana Coll. Caroli Rátz. Illicio ordinis Draconis captus Herwoya, confirmato sibi per Regem ducatu Spalatensi, eidem conciliatus fuerat; ipsius exemplo Spalatini et Tragurini quoque ad pristinam rediere obedientiam. Quibus compertis Ladislaus Neapol. ne nullum penitus ex Dalmatia fructum percepisse videatur, Jadram, Nowigradum, Auranam et Pagum, quae adhuc praesidio tenebantur suo, Venetis 100. aureorum millibus vendidit. Hanc se rebus Dalmatinis ingerendi occasionem nacti Veneti, contra fidem olim Ludouico praestitam, Sigismundo, ac Regibus subsequis, militum et aeris inopia laborantibus, Dalmatiam sensim ab Hungaria auulserunt. Cf. Lucium de reg. Dalm. l. V. cap. 5.

Anno 1410.

CCLVI.

Sigismundi regis donatio Laurentio, Bano Zewrinensi, suo beneplacito perdurante facta. A. 1410.

Donationales Sigismundi regis, quibus Laurentio, filio Mayus, Bano Zewriniensi, et Paulo, filio condam Jacobi, similiter Bani, fratri eiusdem patrueli, possessiones regales Weytch, cum duobus molendinis, et alias villas tres, communiter Ozkolla vocatas, cum villis Somkerek, Prodan, Altalkerek, Chuthal, vtraque Papocz et vtraque Sygyandra nuncupatis, vniuersim in comitatu Themesiensi existentes, suo beneplacito perdurante, ex relatione Benedicti Praepositi Albensis confert. Datum Nitriae VIII. die Festi Paschae An. MCDX. Sigillum Maiestaticum a tergo impressum.

E coll. Nicol. Jankovich, iam Musei nationalis.

CCLVI.

Rationes, cur Sigismundi R. H. electione repudiata, sit Jodocus, Morauiae Marchio Romanorum Rex electus, ad Clerum et Ordines Regni Hungariae. A. 1410.

Cum sincera charitate gratam complacendi voluntatem Reuerendi Patres, Nobiles Domini, Venerabilesque Amici, Carissimi. Vt omnium gestorum materia in hac Frankfurdensi Dyaeta pro regis Romanorum electione disposita, breui descriptione notetur vestris dilectionibus. Innotescat, quod congregatis nobis duobus, vna cum Reuerendo patre, Domino Wernhero Archiepiscopo Treuirensi et illustri Principe, Domino Ludouico iuniore Comite Palatino Regni, et Bauariae Duce, Sacri Imperii electoribus, in loco praedicto exparte Serenissimi Principis et Domini, Domini Sigismundi, Regis Ungariae, Domini nostri gratiosi, et specialiter perdilecti, comparens illustris Dominus Fridericus Burggrauius Nurenbergensis, consanguineus et amicus noster carissimus, nobis sub certis credentiis significare curauit, primo bonam, piam, et sanctam intentionem Domini nostri regis supradicti, quod videlicet prae omnibus haberet in mandatis acceptandi et taliter faciendi, vt non solum in Ecclesia sancta Dei, sed et in sacro Romano Imperio tripartita diuisio, in totius Reipublicae salutem ad pristinam redigi possit vnitatem; pro cuius assecutione dicti Domini regis opem et operam obtulit, mente pura subiungens: quod licet Dominus Rex ad terminum et locum praesentes, et ad Electionem Romanorum Regis celebrandam vocatus non fuisset, ipse tamen tanquam verus haeres marchionatus Brandenburgensis, Princeps Elector, et Marchio, propriae fidei virtute motus, qua sacro

obligatur imperio, secundum tenorem bullae imperialis, quae Aurea dicitur, ipsum Dominum Burggrauium cum omnimoda sua potestate et procuratorio sufficienti, ad praemissa facienda decreuerit destinandum; qui petens se nomine dicti Domini regis ad electionem admitti, asserens quoque coram nobis in priuato, quod sub singularis spei fiducia esset directus ad nos ambos, subiunxit in fine, quod singula nostris voluntate et consilio deberet ordinare. Super quibus sibi responsum fuerat seriatim: primo etenim cum omnimoda, simul et deuota gratiarum actione tam iustam, piam et sanctam, Domini nostri regis intentionem non suffecimus, nec hodierna die sufficimus collaudare, benedicere et praedicare; offerentes Nos Burggrauio supradicto, quod parati semper essemus dispositis dictis in locis conuenientibus, cum prorogatione praesentis nullis in eo parcendo laboribus et expensis, ad tam necessariam vnitatem in populo sancto Dei operam adhibere diligentem; et nouit Deus, quod ad hanc vnionem ad semper et pro semper nostrae voluntatis aspirabat intentio, licet de his nec horam, nec locum tractandi apud caeteros Dominos Coelectores nostros potuerimus inuenire. De iure vero electionis per dictum Burggrauium allegato respondimus in effectu, quod de eo non sciuissemus, nec sciremus, imo nos Johannes Archiepiscopus Moguntinus non Dominum regem praedictum, sed Illustrissimum Principem nunc regem Romanorum, Dominum Jodocum, tanquam Marchionem Brandenburgensem, a longis temporibus regia Romana auctoritate de huiusmodi iure solempniter inuestitum, et in corporalem ipsius possessionem missum, de praesenti vocauimus, prout et pri-

dem factum fuisse meminimus temporibus retroactis, adiecimus tamen, quod discusso negocio, si quid iuris sua Serenitas tenere debet, suae Maiestati cordialiter faueremus; subiunximus quoque, quod si qui super nominatione specifica simul et clara Domini nostri regis sibi fecissent mentionem, quod huiusmodi absque nostri notitia, in veritate, quae Deus est, foret ordinata. In fine conclusimus, quod in singulis parati essemus sibi nostra communicare consilia; et in his, quae cum Deo et bono statu Reipublicae, suae possemus complacere Maiestati. Et vero Reuerendi Patres, Nobiles Domini, et venerabiles Amici charissimi, quamquam in sincerum fauorem vnionis imperii, et ea mediante, totius ecclesiae, semper secreta nostra fuisset intentio, de illa inclitissima domo Bohemiae aliquem in vnicum et indubitatum regem creare Romanorum, et ob hoc Illustrissimi Principis, Domini nostri Regis Bohemiae, illustrium Ducis Saxoniae, et praedicti Marchionis, nunc Illustrissimi regis Romanorum scripturis ammoniti, quibus occasione stragis et obsidionis Sarracenorum in terris fidelium Prutenorum legitima suae praesentiae impedimenta protulerunt, ad aliam quoque diaetam futuram, omnibus postergatis venire, aut saltem procuratores cum mandato sufficienti promiserunt, hanc praesentem diaetam in aliam affuturam, ex toto corde, labore quoque serioso, studuerimus prorogare, vt omnibus nobis congregatis et gratia Spiritus septi formis vnitis, matura simul et morosa deliberatione omnia discidia ad pacem ordinare, quae acceleratio praefestina, fronte praecipiti ad deteriora perducere bene posset. Antedictus Dominus Burggrauius Nurenbergensis, absque nostris consilio et voluntate, imo

contra suadentibus et contradicentibus expresse, vna cum dictis Domino Wernhero Archiepiscopo et Domino Duce Ludowico, Domini nostri Papae inobedientibus, nec in eo gratiam et communionem Apostolicae sedis habentibus, XX. die mensis Septembris retro Ecclesiam S. Bartholomaei praecipitanter et ex obrupto, nulla penitus debita et consueta solennitate seruata, ad praedictam nostri et vestri Domini regis Ungariae electionem (vt cum reuerentia loquamur, de iure nullam, nequaquam in eo Domino nostro regi derogando) de facto processerunt, ipsum quoque populo ad tale spectaculum congregato, licet paulo, in regem pronunciantes Romanorum, quare quidem electio qualis sit et quanta, ex eligentium paucitate simul et inhabilitate, et variis aliis causis, considerare poterit prudens homo. Quia vero nos consultius, maturiusque procedere satagentes vera relatione didicimus, praefatos illustrissimos Principes et Dominos nostros, Dominum Jodocum, nunc Romanorum, Dominum Wenceslaum Bohemiae reges, et Illustrem Dominum Rudolfum, ducem Saxoniae, Principes Catholicos, et ad eligendum idoneos suos habere procuratores in via ad hunc locum electionis causa veniendi; Nosque consulte suaserimus, dicto Burggrauio diutius remanere, et canonicam et catholicam nostram et aliorum Electorum Principum electionem exspectare; idcirco posthaec aduenientibus venerabilibus dictorum regum et Principum catholicorum, gratiam et communionem apostolicae sedis habentium, procuratoribus et nunciis, mandato sufficienti suffultis, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, sanctae genitricis Mariae, totiusque Curiae coelestis,

nec non in decus, honorem vtilitatem et commodum sanctae matris Ecclesiae sacri Imperii, omnium Christi fidelium, et totius Reipublicae salutem, post plures tractatus praehabitos, hodierno die, qua videlicet Spiritus S. in filios adoptionis se infudit, post decantationem Missae solempnis, in choro Ecclesiae S. Bartholomaei secundum ritum hactenus conseruatum, ad electionem Romanorum regis processimus, omnesque nos Principes Electores, per quinque voces et vota, nos concordialiter consentientes, in vnum conuenientes, Serenissimum et gloriosissimum Principem et Dominum Jodocum, tunc Marchionem Brandenburgensem, et Morauiae, assentientibus procuratoribus eiusdem et procuratorio nomine in se recipientibus, electionem eandem coram Procerum, Nobilium, Magnatum, Praelatorum et populi multitudine copiosa, in verum, vnicum, et indubitatum Regem pronunciauimus Romanorum, pro constanti tenentes, quod haec electio canonica, iusta, simul et sancta Domino nostro et Vestro regi Hungariae tanquam in fauorem sui regii nominis et sanguinis facta, placere debeat, et in omnibus foret grata. Vestras quoque Dilectiones cordialiter exhortantes, quatenus praedictum Dominum Regem Ungariae, Dominum nostrum et vestrum informare velitis, vt refutato negotio, quod tam indiscrete simul et praecipitanter inobedientium ausus praesumpsit, nostrumque Electum et electionem sua gratia habere dignetur recommissos, ipsi Electo nostro in consummatione tantae rei, videlicet informationis totius orthodoxae fidei et Ecclesiae Catholicae, simul et vniuersalis status imperii, nedum magnifice, sed et viriliter et potenter assistendo; in quo quidem ipse Dominus noster Rex

vna Vobiscum apud omnium retributorum gloriam nedum in terris, sed et feliciter obtinebit in excelsis. Datum in oppido Franckfurd prima die mensis Octobris Anno MCCCCX.

Joannes Moguntinensis, Archiepiscopus, Sac. Rom. Imperii Elector.

Fridericus Coloniensis, Archiepiscopu, Sac. R. Imperii Elector.

Apud Schannat: Vindemiae Lit. coll. II. nro 51. Arduum erat, rationibus his a Sigismundo, cui caeteroquin perpetua cum Jodoco patruo suo simultas intercesserat, vt iuri suo aquisito renunciet, impetrare.

CCLVI.

In praecedenti Epistola contentorum refutatio. A. 1410.

Venerabiles Domini et Amici carissimi. Vidi quamdam copiam vnius missiuae per Dominos Moguntiensem et Coloniensem Archiepiscopos, Dominis Consiliariis Inuictissimi Principis Domini Romanorum et Vngariae Regis, circa materiam gestorum in diaeta Frankfurdensi, quae fuit mense Septembri praeterito, destinatae, et quia contenta ibi, statum dicti Domini regis, eius sanctam, iustam et omni exceptione maiorem electionem in regem Romanorum, futurum caesarem, Deo auspice proponendum, et personas eundem eligentium sugillare, fucatis quibusdam coloribus moliuntur, licet vos et alios credam factum, vt se habuit, fideliter enarrasse, tamen quia vobiscum interfui, et singula, quoad merita causae ibidem gesta vidi et audiui; idcirco in simplicitate veritatis amica, dictae electionis modum et ordinem, quantum ad rem pertinere videtur, et ego memoriae commendaui, duxi praesentibus explicandum. Inter medias narrationes, iacu-

la, quae dicti Domini regis et Dominorum nostrorum eum eligentium in hac parte iustitiam vulnerare nitebantur, pro mei talis qualis intellectus modulo, legitimo tramite repulsurus, est maximopere vnum, quod, cum dictus Dominus Moguntinus Principes Electores, spreto tamen contra fas dicto Domino Rege, vero Marchione Brandenburgensi, Principe electore, ad festum S. Egidii praeteritum, pro electione Romanorum regis celebranda per diuersi tenoris litteras (imperialibus constitutionibus super huiusmodi editis, tam in termini constitutione, quam in residuo litterarum, quae vnius certi inimitabilis tenoris esse debuerant, minime obseruatis, imo cautelose alteratis, substantialibusque obmissis, prout patentibus eius litteris edocetur) ad praedictum Franckfurdense oppidum conuocauit, domini nostri Archiepiscopus Treuirensis et Comes Palatinus Rheni, huiusmodi multiplicem Moguntini negligentiam, propterquam a iure vocis, de rigore constitutionum praedictarum in Bulla aurea contentarum, ceciderit, pro hac vice, pacis intuitu, pie dissimulantes, non tamen renunciantes, vna cum dictis Moguntino et Coloniensi Archiepiscopis, comparuerunt in loco et termino praelibatis; nec per Dominos nostros stetit, quominus in exordio negoty Missa de sancto Spiritu in Ecclesia S. Bartholomaei celebraretur, et iuramentum solitum praestaretur; sed Dominus Moguntinus, loci ordinarius, hoc, vt post apparuit, disposuerat praetermitti. Post paucos vero dies Dominus Fridericus, Burggrauius Nurenbergensis, pro partę dicti domini Regis, tanquam Marchionis Brandenburgensis, Principis Electoris, re adhuc integra superuenit, petens se admitti, et publice offerens nomine dicti regis, cuius plena ad hoc erat potestate

munitus, sancta, iusta et plurima laude digna) vti etiam Domini Moguntinus et Coloniensis Archiepiscopi suis litteris confitentur (de his autem, quae ipsi scribunt, eum in priuato coram eis affuisse, credendum est Dominum Burggrauium in his et aliis ibidem gestis legaliter habuisse; quem etiam dicti Domini nostri, nomine Domini regis tanquam Principis Electoris, qui et alias, quid quid alii scribant, vt talis fuit ad Imperii tractatus per quatuor tunc Electores euocatus, et sic in possessione Electoriae fuerat defendendus, maxime cum constaret eum fore haeredem Marchionatus Brandenburgensis, nec aliquis oppositor compareret, aut quisquam de iure alterius fidem faceret, vt decuit, admiserunt: nam posito, quod alter quicunque Marchionatum praedictum in totum vel in parte magna, aut modica, iure pignoris detentaret, quoad electionem tamen vel praesentationem faciendam, dictus Dominus Rex tanquam verus Dominus et haeres ipsius, censetur legitime possidere). Sed quid alii Achiepiscopi Domino Burggrauio praedicto super per eum petitis et oblatis responderint, an sicut ipsi? quoniam ad vnionem sua aspirabat intentio, eliciat prudentis sapientia: satis tamen de eo mirandum est, quod scribunt, si qui super nominatione specifica, Domini regis fecissent mentionem, hoc absque eorum notitia processisse; cum nonnulli Magnates de potentioribus apud eos, de hoc fuerint et sint coram ipsis euidenter et publice inculpati, nec per eos appareant de tanta fictione aliquatenus redarguti, imo hodie sua secretissima expediunt per eos: Quidquid autem alii scribant, Domini nostri nec horam nec locum vnquam refutauerunt vnanimis electionis, quin imo eosdem Dominos Moguntinum et Coloni-

ensem Archiepiscopos per se et per suos pluries requisiuerunt, vt electioni operam darent, pro quo venerant, celebrandae, et quamuis inter mutuos tractatus hinc inde habitos, dicti Domini Moguntinus et Coloniensis Archiepiscopi per diuersas simulationes, nunc se recedere, sarcinis nauigio deputatis, nunc vero se dictum Dominum regem eligere velle fingentes, praetenderent, tandem rem differre, ac in alium terminum prorogare; non tamen visum est Dominis nostris memoratis, statutis imperialibus et aliis iuribus in electionis simili materia promulgatis, consonum propter quaecunque impedimenta allegata negocium prorogare, et alium terminum statuere, ad prouisionem imperii, quod non sine graui iactura diutius vacauerat, imminentem, seu quemuis Electorum, post terminum peremtorium, iuris et hominis lapsum, absentium nec per procuratores, vt commodissime potuerunt, comparentium exspectare, quin imo poenas in dictis statutis comprehensas, praesentes Electores, si hoc fecissent, rationabiliter incidissent, praesertim cum id, quod pro impedimento absentium allegabatur, dolenda videbatur strages, et christiani sanguinis effusio in Prussia, potius augeret, quam minueret causam accelerandae prouisioni capitis temporalis; nec est aut fuit Electorum vacante imperio, sic nec Cardinalium vacante Romana Ecclesia, quicquam de statutis super electionibus huiusmodi editis immutare. Denique omnis dies, imo quaelibet hora diei, quo vel qua maior pars Electorum praesentium, post lapsum terminum iuris et hominis concordaret, et ad electionem procedere vellet, non comparentibus electoribus per se, aut per procuratores, de iure peremtorius terminus est censendus, adeo quod post

talem electionem publicatam a quamtumcunque paucis factam, quicumque comparentes, etiamsi venirent die tertia, nibil agunt, sicut in electione papali decem dies ab obitu Papae numerande, pro exspectandis Cardinalibus absentibus sunt statuti; sic in regali tres menses post nunciationem secundum formam bullae aureae faciendam omnibus Electoribus tribuuntur, quibus lapsis Electores per se aut procuratores in loco debito, comparentes, non tenentur aliquem Electorum absentium exspectare, nec ad electionem regis Romanorum maior pars omnium Electorum, sicut nec in electione Papae duae partes omnium Cardinalium requiruntur, sed sufficit maior pars per se aut procuratores re integra, hoc est antequam praesentes elegerint, comparentium, quibus solis vox in electione huiusmodi pro nunc competit adhibenda, sicut solis Cardinalibus per se comparentibus competit in Papali; imo si ex septem Electoribus imperii soli tres per se aut per procuratores crastino termini iuris et hominis comparuissent, duobus ex illis concordantibus et eligentibus, perfecta fuisset electio celebrata, adeo, quod nec omnes, nec maior pars eum post hoc de iure eligere potuissent; vnde posito, quod Domini Regis supradicti vox, aliqua praetensa ratione non deberet, prout tamen de iure debuit, computari; nihilominus consideratis Domini Archiepiscopi Moguntini negligentia, et aliis per eum gestis, supra et infra scriptis, poenisque desuper constitutis, praelatus Dominus Rex a duobus Dominis nostris solis velut a maiori parte trium votorum praesentium electus legitime censeretur; praeceps autem vel abrupta non potest dici electio, quae quamuis, vt praemittitur, quarta vel quinta die post terminum

fieri potuisset, vsque ad diem vigesimum fuit protelata. De solennitate vero Missae sancti Spiritus in Ecclesia S. Bartholomaei non adhibita, dictus Dominus Archiepiscopus Moguntinus fuit et est merito inculpandus: nam Domini nostri, ipso et Domino Coloniensi Archiepisco per se ipsos et demum per nobiles Consiliarios suos in magno numero solemniter ac etiam fraterne ac amicabiliter requisiti, vt ad electionem praemissam inchoandam et alia opportuna cum eis procedere dignarentur, cum disposuissent presbiteros, clericos, et cantores pro missa, huiusmodi celebranda exacta diligentia facta, non potuerunt, nisi violentiam, quam non decuit, fecissent, ecclesiam ingredi vllo modo, dicto Domino Mogantino Archiepiscopo prohibente, et contra canonicas sanctiones ecclesiasticum interdictum, absque omni causa, per totum oppidum Frankfurt obseruandum, strictissime promulgante, cui, tanquam loci ordinario, licet Domini nostri detulerunt in hac parte, noluerunt tamen, sicut nec debuerunt, electionem obmittere faciendam, alioquin solius Moguntini Archiepiscopi arbitrio Romani Regis electio dependeret; nam si omnes Electores presentes forent, et sex concordarent de electione facienda, solus ipse Ecclesiam claudendo, vel locum interdicendo, negotium pro libitu impediret, quod absit a sanae mentis hominibus, opinari; quin potius suo tempore non impune transeat temeritas praelibata, et prouideatur contra similem in futurum. Processerunt itaque Domini nostri cum Domino Burggrauio, quo supra nomine, ad cimeterium ecclesiae memoratae, et ibidem retro chorum ipsius ecclesiae circa altare maius in loco, actibus publicis satis apto, Spiritus sancti gratia primitus inuocata,

exhibito, examinato et publice lecto procuratorio Domini Burggravii supradicti, et praestito corporaliter per ipsos tres debito iuramento, ad laudem et gloriam summae Trinitatis Sanctissimae Dei matris Mariae, omniumque Spirituum beatorum honorem, sanctae Romanae Ecclesiae exaltationem, Catholicae fidei prouisionem, et optimam restaurationem Imperii, pacem quoque et tranquillitatem vniuersi, dictum Dominum nostrum, tunc Vngariae, nunc et Romanorum Regem, ad hoc prae ceteris orbis Principibus, ex omni parte idoneum, in totius mundi Dominum duxerunt publice eligendum; quam quidem electionem dictus Dominus Burggrauius nomine praefati Domini nostri regis et de mandato eiusdem speciali, lectis desuper litteris suae Maiestatis in Christi nomine acceptauit, fueratque mox Magnatibus, Nobilibus, Ciuibus, et numeroso ibidem populo congregato, huiusmodi electio, eiusque acceptatio cum omnibus circa praedicta tunc gestis et translatis exposita manifeste; quibus peractis cum Domini nostri praedicti iam functi essent suo officio pro hac vice, prouisione videlicet vacantis imperii totaliter, et indubie quantum ad electores pertinet iam completa, non videbatur Dominis nostris, aut dicto Domino Burggrauio vlterius exspectandum, vnde ad id, quod de quadam inhabilitate scribentes alii calumniantur, est taliter respondendum; quod cum praefati Domini nostri, sint parati et semper fuerint de veritate facti et iustitiae meritis in causa Romanae Ecclesiae informari, nec aliquae contra eos censurae aut sententiae emanarunt, et si forsitan generales cuiuscunque sententias praetenderent incidisse, licet falso, nulla tamen declaratio aut denunciatio specifica fuit subsecuta, et ob hoc

domini nostri non sunt, nec fuerunt ab exercitio suorum iurium, praesertim mere temporalium, repellendi, cum insuper adhuc penderet terminus infra quem, si Domini nostri ad alteram partem declinauerint, sint et fuerint ante dictam electionem, ex tunc prout ex nunc, et ex nunc prout ex tunc, a praetensis, si quae incidissent, sententiis plenarie absoluti, nec ante lapsum illius termini diei possint, quibuscunque praetensis sententiis innodari, nec sunt inhabiles, aut gratiam vel communionem sedis apostolicae non habentes, neque pro talibus, quacunque praetensa occasione, scribendi, tenendi, aut aliquatenus reputandi: et quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgatur, nec in electione regali, sicut nec in papali, tales exceptiones sunt vllatenus admittendae; ideo forsan nonnulla, quae ex aduerso Domini nostri obiicere possint, hucusque propter melius obmiserunt maxime quia nec obiurgationibus delectantur, nec talia Principum litteris decere putant inserenda. Ex his igitur facti qualitate et constitutionibus aureae bullae, aliisque iuribus canonicis et ciuilibus, ad hanc materiam facientibus, ponderatis, satis luculenter apparet, electionem Domini regis, vt praemittitur, legitimam sanctam iustam, perfectam et proinde habendam, ac si ab omnibus sacri Imperii Electoribus fuisset vnanimiter celebrata; ipsumque Dominum nostrum verum et indubitatum Romanorum regem fore in caesarem promouendum; praetensam quoque electionem de illustre Principe Domino Jodoco, Marchione Morauiae, viro vtique magnifico, prudente, grandaeuo, industrio et experto (cuius veneranda senectus de iure a publicis muneribus excusatur, etiamsi ab omnibus indubitatis electoribus

post primam electionem fuisset celebrata, maxime cum notabile fuerit interuallum, quae tamen a duobus Electoribus, quorum vnus voce caruit, vt praemittitur, et quibusdam praetensis procuratoribus, satis modice conditionis hominibus, de quorum mandato publice non constabat, et hodie dubitatur, fuit agitata, quorum etiam procuratores constituentium vnus non creditur Elector (saluo, illaeso alias eius statu) de facto temerarie attemptatam, nullam, inualidam, irritam et inanem: Quae omnia, non ambigo, exactas circumspectiones vestras lympidius intueri, ac vbi, coram quibus, quando, et in quantum expedire noscitis diuulgare."

Indidem nro LII. Nec tamen sententiae poterant coalescere, donec Jodoco Brunae anno sequente VIII. Januarii defuncto, Electores in Sigismundum vnanimiter conspirassent: Cf. Windeck l. c. cap. 27. Sigismundus nihilominus annos regni Romanorum ab anno 1410. numerauit. — Mortuo Jodoco non solum regis Germaniae dignitatem, sed ducatum quoque Lucembargensem, cuius ius a patrui obitu ad se pertinuit, adeptus est. In lite cum Polonis componenda, ob pactum Mirchae Valachiae Vajuodae, cum Vladislao contra se factum, componenda minus felix. Dogiel Cod. Dipl. Pol. Tomo I. p. 600.

CCLVII.

Valor grossorum Pragensium relate ad denarios Regis Sigismundi. A. 1410—1413.

Nos Sigismundus, Dei gracia Rex Hung. etc. Marchioque Brandenburg. et sacri Romani Imperii Vicarius generalis, et regni Bohemie Gubernator. Memorie commendamus per presentes, et quod nos fideli nostro dilecto, nobili ac strenuo Moscyscyo, Domino Poznanensi, et suis legitimis heredibus, in

duobus millibus sexagenarum, grossorum Pragensium, pro quolibet grosso septem denarios noue nostre presentis monete computando, pretextu veri debiti, rite et rationabile obligamus, pro quibus sibi castrum nostrum etc. Datum Posonii feria tertia proxima post octauas festi sanctissimi Corporis Christi. Anno eiusdem MCDX-o."

E transumto authentico Cap. Poson. Item ibidem idem: „pro quouis grosso singulos septem denarios noue nostre monete computando. — Datum in Seravallo feria tertia proxima ante festum Ascensionis Domini. Anno eiusdem MCDCIII-o Cf. Gelasium Dobner apud Pray P. II. p. 237. sqq.

Anno 1411.

CCLVIII.

Sigismundus Albertum Austriae Ducem a tutela exemtum declarat. A. 1411.

Wir Sigmund von Gottes Gnaden Römischer König zu allen Zeiten mehrer des Reichs, und ze Hungarn König: bekennen, und tuhen offentlich mit diesem brief allen denen, die ihn sehend, oder hörend lesen. Wiewohl wir unser königlichen würde, darinne uns der allmächtige Gott, allein von seiner lauten güte, und nicht unsers verdienen willen, gerichtet hat, ze setzen (mit) stetlicher vnd sorglicher embsigceit, all unser sün und gemüth, tag und nacht treibt, mahnet und bezwinget: das wir willliglich und fleissig, umb gemeinen nüz arbeithen, gerechtigkeit suchen, und stercken, krüg, zweytracht, und müsshellung, hinlegen, und aller Christenheit schäden, ungemach und beschämbde verhueten; und den auch fried und ruhe, nach un-

seren besten vermügen, machen sollen; jedoch so ist unser herz mehrer und hitzlicher entzündet, was zwischen unser, und des heiligen Römischen Reichs mächtigen Fürsten, nemblichen dyen die angeborne freindschaft, lieb, und trew, nahend billig zusammen fügend, und der landt und leuth beyeinander ligundt, zusprüch, müsshellung, oder unwilligen sachen sind, das wir die hinlegen, süenen, und schlichten nach besten; wann so vill gros mercklicher unwillen, mordt, schaden, verderbung der landt, und leuth, und auch Christenbluth vergüessen, aus solchen müsshellungen auferstehen, wurzlen, und entspringen; so viel die angeborn Süppschaft näher ist; darum auch lieb, und freundschaft gross seyn sollen; um so vil die landt näher einander gelegen sindt. Wann uns solche sach oder unwillen zwischen des heiligen Römischen Reichs Fürsten den hochgebornen Ernsten und Albrecten, Herzogen zu Oesterreich, etc. unsern lieben Schwager und Sohn, als von einer vormundschaft und anderswegen, auferstanden allzeit sehr wieder, und laydt gewesen sint. Mit nahmen darumb; das unser und Ihr vordern sunderliche lieb und freundschaft lange Jahr und zeit zusamen gehabt; und wir auch noch zu ihnen haben; und das wir mit unseren Königreichen mit ihren greniczen und gemerken; und auch das dieselben Ernst und Albrecht, in vnser Gesellschaft sind; und wann wir darumb so fern gearbeitet, und gearbeithen lassen haben, das sie bei der seit ihrer Sachen und zueschpruch, an unns genzlich gestellt, der hinder unns gegangen, vnd darumb einen rechten und redlichen anlas auf uns gethan habend, also das wir mit der myn oder mit dem rechten, darinnen ausprechen, leütern, entschaiden,

thuen und machen werden, das wir des Jer gänze (gewalt) und vollmach haben, und das sie und ir jeglicher das stette und veste halten, und voluienen, sollen und wollen, alsdern das in solchen anlas — briefen, die sie bayderseits vns darübers gegeben habend, aigentlicher und völliglicher begrifen haben. Und wan wir auch darauf Ihr jeglichs vorderung, antwortet, redt, und widerredt, in ihren versügelten zetteln, von ihn genummen und empfangen sindt: vnd die mit zambt unsern Räthen, Erzbischöfen, Bischöfen, Prälaten, Fürsten und Landherren, Rittern und Knechten, und auch geistlichs rechtens, und kayserlicher Gesetze lerer aigentlich und gänzlich überlösen, verhört und wohl vernommen haben; und auch alle und jegliche versigelte briefe und deren Abschrift, von Ihren vordern, vättern, bruedern, vöttern und Ihn selber über die vorgenannten vormundtschaft und darinne und sunst und auch anders gegeben, für uns genommen und alles, das bis auf diese zeit zwischen Ihren vordern, vettern, brüdern, Ihn selbst under einander getaidingt, beredet, ausgesprochen, verschriben und begrifen ist, ernstlich und trefentlich gewegen, und clärlich darinnen befunden haben, als hernach geschriben stehet. *Zum* ersten wie der vorgenannt Ernst mit der Landschaft zu Oesterreich mit dem vorgenanten Albrechten, und seinen Räthen geredt, und alle Sach von der obgenannten vormundschaft, oder innehabens, wegen des Albrechts, bis das er sechzechen Jahr alt ist, gehandelt hat, und wie der vorgenannt Albrecht darauf geantworttet hat, und auch solche zuesprüch, als er an den vorgenannten Ernsten gethan, vnd das derselb Ernst widerumb darauf geantwortet hat, und nemlich:

Wie die hocborne Fürsten Albrecht und Leopold, gebrüder, seeliger Gedäctnus, Herzogen zu Oesterreich etc. Ihre Land getheilet, und Jer brief darüber gemacht habend, die gegeben sind in dem Closter zu dem Neuwenberg am Sontag vor Sandt Michaëls tag, da man zehlte nach Christ geburde dreyzehn hundert Jahr, and darnach in den neun und siebenzigsten Jahre, darinnen ain artikul unter viel andern begrifen ist, also lautend: „Das wir Herzog Albrecht und unser Erben zu unsern Theil haben und besitzen sollen ewiglich das Landt, und Herzogthumb zu Oesterreich, oberhalb und niederhalb der Ens." Und wie die vorgenannten Albrecht und Leopold gebrüder, seliger gedächtnus einen brief darnach gegeben habend, der von Wortt zu Wortt also gescrieben stehet: Wir Albrecht und Leopold etc. verriechen und thun kundt ofentlich mit dem brief, wie das ist, das wir unser Landt und herrschaft willigelich mit einander getheilt haben, als die theil brief weisend, die darüber gegeben sind; So ist doch billig, das wir und vnser erben mit ganzen treuen und brüederlicher liebe ewiglich bey einander bleiben, davon haben wir verhaissen und gelobt bey vnsern fürstlichen Ehren vnd wirdigkeiten; welcher under uns des ersten mit dem tod abgehet, das der ander dessen kinde getreulich und lieblichen ziehen solle, und Sie mit allen Ihren herrschaften und Landen innehaben, unzt das der Sonn eioer einer zu sechzen Jahren kumbt, und vogtbar wird, der soll dann die anderen geschwistret ziehen, und innen haben, unzt das sie auch gewachsend: und alle die weil unser khains sun lebent, sollent die töchter nicht gewalt haben über Lande, und Leutbe, dann das man Sye davon wür-

digelich berathen soll, ob Sie nicht verathen, noch verlobt wären, als das in vnserem geschlechte mit gueter ordnung und aller gewohnheit herkommen ist, ohne alles gefärdte. Geschehe auch, da Gott vor sey es das unser khainer, oder kheines erben darnach ohne erben abgiengen; des und der Landt und herrschaften, sollen auf dem andern, und sein erben gefallen und erben, mit allen rechten und würden, und auch ehren als die vorgenanten Landt und herrschaften herkommen sind: und mit allen nutzen und gülden, die daran gehörend, ohne alles gevärdte. Es soll auch keiner under uns, noch sein Erben, dem anderen, noch sein Erben seiner Landt und Leuthe nicht enterben, in keinen weeg; Es wäre dan (das Gott nicht wölle) das er in noth und kummer gefiehl, dadurch er ein stuck seiner Landt und Herrschaft verkaufen müst; so sollt er das dem andern oder seinen erben vor anbringen; wollent die darzue stehen, dass soll er Ihnen vor allen manigelichen günnen; wäre das nicht: so mag er anderstwo verkaufen, wie Ihne das allerbest fweyet, ohne alles geverdte. Und das die gemechtnus, und gelübde steet und ununterbrochen beleibe, so hat unser iedweder für sich selbst und seine erben geschworen zu den Heiligen allen das zu voluieren, und ze leisten, das hie oben an dem brief geschrieben steet, denn wir darüber mit unserm grossen fürstlichen anhangundten Insigeln versügelten gegeben haben in dem Closter zu Newenberg am Montag Sandt Michaels tag nach Christes geburdt dreyzehn hundert Jahr, darnach in dem neun und siebenzigsten Jahre." Aber Herzog Albrecht fürbringen und darnach, wie Herzog Wilhelm auch einen brief gegeben hat des datum also lautet: der ge-

ben ist ze Wienn am Mittichen vor Sand Colmans tag nach Christes geburdt dreyzehen hundert Jar, darinnen auch solche artikul begrifen sind: Es ist such beredt, wen der hochgebohrn fürst unser lieber Vetter sunne, ob er die hinter Ihme hat, zu ihren vollen Jahren kumment, von uns oder uusern lieben brueder, Herzog Leopolden, oder von anderen unsern bruedern, Ihren thail haben wolten; so sollen alle Landtherren unserer Lande beydenthalben ihren Fleiss und ihr bestes thuen, und uns abweisen, als verne Sie mögen; damit wir beydenthalben freindlich und bey einander ungethailt beleiben; möcht aber des nicht gesein, so soll dem vorgenannten vnserem Vettern Herczog Albrechten, dem Jüngeren, oder andern seinen brüdern, ob unser Ellter vetter die hinder Ihm liess, das Landt und Herzogthumb zu Oesterreich gefallen, in aller der macht und weise, als dem ietzt genanndten unserm Herrn herrn und Vettern, Herzog Albrechten, dem Elltern, das von dem obgenandten unserm lieben herrn und vettern seeligen Herzog Leopoldten, an denn thailungen gefallen ist, und als die thaillbrief lautundt, die vormahls dieselben unser Vatter und Muetter, seeliger gedectnuss, gegen einander geben habend; denselben brief auch dan der hochgebohrn Leopoldt Herzog ze Österreich mit seinem brief bestätiget hat. Wiewohl nur der vorgeschrieben brief inhallet: wie sich der obgenanndt Albrecht und Leopoldt, gebrueder, verschriben haben; doch wann darnach in dem brief „der die hochgebohrn Wilhelm Herzog ze Oesterreich für sich, Leopoldt, Ernsten und Fridrichen, gebruedern, und der vorgenannt Albrecht, Ihr vetter, mit einander gemacht habent, der geben ist zu Hollenburg

an Sandt Cecilientag den heiligen Jungfrauen, anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, ain solcher articul under andern begrifen ist: Liessen aber wir Herzog Albrecht leibes erben hinder vns, die süne wären, wen die zu ihren bescheidenen Jahren khomment, so sollen sye zu allen taillen und rechten stehen, und gänzlich dabey beleiben als wir Herzog Albrecht den haben gehabt. Und wan sich aber darnach die vorgenanten Leopoldt, Ernst und Friderich, gebrueder, des Landes ze Oesterreich mit dem Lande ob der Enns und allen andern zugehörungen, nichts ausgenommen; als das der vorgenannt Albrecht und Leopoldts taillbrief ausweisendt, gegen dem hochgebohrnen Albrechten, Herzogen ze Oesterreich etc. Ihren Vettern und gegen allen seinen Erben, das sün sindt, gemeiniglich und genzlich in ihren brief, der geben ist ze Wienn am Erchtag vor dem Palmtag nach Christi geburdt vierzenhundert Jahr und darnach in dem vierdten Jahre, Verzügen habent mit solchen Worten: Das wir mit guetter vorbetrachtung, nach unserer herren und Räthe Rath, zu überkommen und vermeiden künftige Stöss, unwillen und Krüg, durch frid und gemach, unser selbs und aller unser landte und leuthe, uns gänzlich verzügen, und verzicht gethan habent, geen den hochgebohrnen fursten unser lieben Vettern, Herzog Albrechten, Herzogen ze Oesterreich, und geen allen seinen erben, das süan find, und verzeihen uns auch wissentlich mit diesem briefe in aller der Craft gistlicher und weltlicher rechten die in kein weis darzu gehörend, des Landes ze Oesterreich, mit dem Lande ob der Enns und allen andern Zugehörungen, nichts ausgenommen; als das die taillbrief, die weilund die hochgebohrnen

fürsten, vnser liebe herrn vetter und vatter Herzog Albrecht und Herzog Leopold, seeliger gedächtnuss, an einander gegeben habend, aigentlich beweisent. Und wann sich auch der vorgenannt Leopoldt, des vorgenanten Friderichs, seines brueders, darinne gemächtigt hat; als das auch sein brief, darüber gegeben, bezeüget, und nemlich, wann des vorgenannten landes ze Oesterreich Prälaten, Ladtherren, Ritter, Knecht und burger, von ier selbst, der Pfafheit, inwohner, und des ganzen landes Oesterreich und von der ehegenandten vormundschaft wegen, zwischen dem vorgenanten Leopolden, Ernsten, und Friederichen, ein Ordnung gemach, und verschrieben habent, die gegeben ist zu Wienn am Sontag nach unser Frauentag, als sie gebohrn war, nach Christi geburth, vierzehn hundert Jahr, darnach im sechsten Jahre: darinnen unter andern stucken solch artikul begriffen sindt. Aber ein articul: Auch soll die vorgenant vormundschaft craft haben, und währen untzt auf sant Görgentag, schier ist, künftigen, und darnach die nechsten vier ganzen Jahr, die nacheinander koment, und darnach ein solcher: Aber ein articul: Es soll auch der Vormund versorgen mit seinen sonderen briefen nach Rathe der, hinder die Ehr gegangen ist, wenn sich die Jahr der vorgenanten vormundschaft vergeent, das er dan ohne alle weigerung, und ohne Verzeihen, des Landes Österreichs und ob der Enns, mit allen ihren zugehörungen, unserem jüngeren herrn für sich abtrette, und das er noch jemandt anders von seinen wegen Ihme hinfüran kein irrung daran thue, in kain weis ungewärlich. Und wann darnach der vorgenanndt Ernnst ainen hindergang auf uns gethan hat, und wir daruf die vorgenandt Ordnung

mit unseren Briefen cräftig gesprochen haben; und wan auch darnoch der so Ernst sein ofen versiegelt brief gegeben hat, des datum also ist: geben ze Wienn am Pfingstag nach Sant Nicola tag, nach Christi geburt vierzehen hundert Jahr, darnach in dem siebenden Jahr; darinne auch unter andern Stucken solch artikul von wort zu wort geschrieben stehent: würdet dan erkant und erfunden, das der hochgeborn fürst, unser lieber brueder, Herzog Leopoldt, bey der vorgenannten vormundschaft rechtlich und billich, beleiben soll so sollen und wöllen wir ihm die dann williglich, und ohn alle widerrede abtreten; wer aber das erkannt wurde, das er die nicht rechtlich und billich solle inne haben; und das wir bey der Ordnung und vormundschaft beleiben, so geloben, und versprechen wir bey unsern fürstlichen Würdigkeit und Ehren, das wir iezt auf den ehegenanten tag, den wir machen sollen, und hinfür, ob wir bey der Vormundschaft beleiben, und die Ordnung, als von Landen und Leuthen vermacht, und verbieft, in allen puncten und articulen, getreulich, und ungehvehrlich voluiren, und Landt und Leuthe darbey halten sollen und wöllen, und dan wieder nicht thuen, noch gestatten zu thuen, in kain weise, nach allem unserm vermögen; auch geloben wüer, als davor: wenne sich die Jahr umb die Vormundschaft sich verlaufent, nach laut und sag der ehegenannten ordnung, das wir dan dem ehegenanten unsern lieben vettern, Herzog Albrecht, der Vormundschaft, und verwesung, und auch des Landes ze Oesterreich und ob der Enns, mit seiner Zugehörungen, sollen und wöllen abtreten, ohne alle weigerung ungefehrlich: ausgenommen der Herrschaft Steyr; Sie werde dann

von uns gelöst, nach unser brief sag. Wer aber (das Gott nicht wölle) das wür des nicht theilen, und darumb waigern, vnd verziehen wolten, so mügent und sollent Sie alle Praelaten, Landtherren, Ritter und Knechte und burger, und von Stetten, des sezen, und von der Vormundschaft wegen nicht mehr gehorsam seyn, sondern dem obgenandten unserm vettern, als ihren rechten erblichen herrn gewertig seyn, und gehorsam: und sollen auch aller ayde und gelubdt, ledig seyn, die Sie uns ainem vormundt gethan habent. Wir geloben auch, als vor: das wüer, noch yemandt anderer befunden, dan darumb khain feindschaft, ungnad, noch unwillen zu ziehen, oder zu In haben sollen, noch wollen, in khain weis, ungefehrlich. Alsdann das vorgeschrieben alles in den vorgenanten briefen und Zeteln, und auch abschriften, di uns fürbracht sind, und die wir mit sambt unserm grosen Rath von wort zu wort verhört, wohl gewegen, und vernommen haben, clerlicher, aigentlicher und völligelicher begrifen. Und wann wir auch von der ehegenandten Ernst und Albrechts Rethen, und andern glaubhaftigen leuthen, unterweiset sein, das ein gemein Landrecht in Oesterreich sey, das ein vatter seinen sohn über vierzehen Jahr desselben sohn aller nicht versehreiben müge, und wann wür auch mit sambt unsern Rethen von dem vorgenandten Ernsten, und allen seinen Rethen, alle diese Zeit, und wür iezt zu Presburg zwischen Ihm und den vorgenandten Albrechten, und Ihr baider Rethen, gegenwertiglich geredt uud getayding und reden und taydingen lassen haben, nie anders vernomben, dann was Er und Sie darinne gesucht, und gethan habendt: das darinne des vorgenandten Albrecht nuz und bestes

allein gethan und gesuecht seye. Darumb nach solcher vorgeschriebener eigentlicher und gründlicher verhörung aller obgenannten forderung, zuesprüch, antworit, red, und wiederrede, in den obgeschriebenen versersiegelten Zeteln begriffen, und auch solcher ietz genanter brief aller, und yeglicher Christi Namen angeiruefet, und die Gerechtigkeit für augen gehabt, und auch fleissiglich angesehen, und vorgebracht aller vorgeschriebenen sachen taidung, handlung, ordnung, Verschreibung, und alle ergangene ding, vnd nemblich das verziehen und verschreiben, das der vorgenandt Ernst mit seinem versiegelten brief gethan hat, als vor begrifen ist, und das der vorgenant Albrecht nun über vierzehn Jahr kommen ist, und das der Himelschepfer Ihme zu seinem Alter genug redlicher Vernunft und sün verliehen hat, und das auch die vorgenant Vormundschaft auf St. Georgentag, der neegst was, aufgangen ist, hiezu haben wür mit wollbedachten muth, manigfaltigen und gueten Rath der obgenannten unsrer Rethe, Erzbischöf, Bischöfe, Praelaten, Landesherren, Ritter, und Knechte und auch geistlichen Rechtens, und Kaiserlicher gesetzter Lerer, ausgesprochen, geleütert und geklert, sprechen aus, leuttern, und kleren, und mit diesem brief, und rechten gewissen, als hernach geschrieben stehet. Und zum ersten also: das der vorgenant Albrecht des vorgenandten Ernsten vormundschaft und verwesung, für bas mehr ledig sein solle, und entladen: und das auch ders Ernst und Albrechten, derselben Vormundschaft und verwesung, und auch des Landes ze Oesterreich und ob der Enns mit seiner Zugehörung abtretten solle, ohne alle waigerung ungefehrlich, ausgenommen der Herrschaft ze Steyer,

sie werde dann von Ihme gelöst, nach seiner brief sag, und das auch alle Praelaten, Landherren, Ritter, Knecht und bunrger von den Stetten den jetzt genannten Alprechten, als ihren rechten erblichen Herren für bass mehr gewertig, und gehorsam seyn sollen; und das Ihn der vorgenant Ernst kein Feindschaft dan um zuzichen soll, in kein weis. Mit urkund dieses briefs versigelt mit unsrem Römischen küniglichen anhangunden Insigl. Geben zu der Bruckh nach Christi geburte, vierzehn hundert Jahr und darnach in dem aindliften Jahr, des nechsten freytag vor aller Heiligen tag, unser Reiche des Hungarischen in dem vier und zwainzigsten und des Römischen in dem andern Jahr."

Herrgott. Monumenta Aug. Dom. Aust. Tom. III. aro. XXIV.

CCLVIII.

Proceres Hungariae, Sigismundo, Romanorum Regi electo, filiae Elisabethae, in sexus masculini defectu, regni successionem addicunt. A. 1411.

Lieber Vetter — als unser lieber Herr und Vatter Kaiser Sigmund, seliger Gedechtnus, zu einem Römischen Künig ervelt ward, da verschreiben ihm die Herren geistlich und weltlich in Ungern die maynung, ob er nicht mer erben gewüne, und liesse, — dann mich ainige Tochter, so wollten sie mich als Erben haben, und zu dem Kunigreich lassen angehen geweltigeklich, und ainen Herrn mit mir ervellen etc. A. MCDXI.

Analect. Bibl. Viennen. Caes. Tomo II. p. 915. Factum id fuerit comitiorum Posonii celebratorum occasione. Erat id temporis Elisabetha, Sigismundo Barbarae Cileensi anno 1408. copulata vix trimula, Alberto, Alberti V. Austriae Ducis pupillo, Statuum et Ordinum regni con-

sensu, desponsa; quo cognito Ernestus, qui Austriae tutoris nomine praeerat, Albertum, annum aetatis tertium ac decimum necdum egressum, Budam mense Octobri deduxit. Windeck ad an. 1411. cap. 23.

CCLVIII.

Florentini ciues Sigismundo, Romanorum regi electo adgratulantur, ac multos, qui in Hungaria sunt, conciues suos eidem commendant. A. 1411.

Vexiller et populus communis Florentiae ad Romanorum Imperatorem. Serenissime ac gloriosissime Princeps, post humilem recommendationem. Gloria et magnitudo et omnis prosperitas sit in perpetuum Tibi gloriosissime Rex. Haec enim omnia nos deuoti filii Tui precamur et optamus per diuinam gratiam tibi coelitus exhiberi, nec optamus modo, verum etiam speramus, et credimus fore propter virtutum tuarum praestantissimam excellentiam. Credendum est enim, iustum et pium regem Deo maxime placere; qui autem Deo placet gubernator et rector, ei cuncta successura fore, est procul dubio sperandum, iuxta illud, quod scriptum legitur: Omnia, quaecunque faciet, prosperabuntur. Deinde ex aduerso subiicit: Non sic impii, non sic; sed tanquam puluis, quem proiicit ventus a facie terrae. Profecto nos, gloriosissime Princeps, inaestimabili gaudio et incredibili laetitia perfusi fuimus Ex ista felici promotione tua; nec id quidem immerito: speramus enim temporibus nostris videre magnam saeculi tranqullitatem et pacem videre optimam, ac felicem populorum tuo regimini commissorum generationem, per quam homines pro benefactis quidem praemia, pro malefactis autem digna supplicia, consequentur. Sed quia nos de no-

bis ac laetitia nostra dicimus? cum vniuersas ciuitates et populos in hac laetitia et gaudio exultare videamus. Nihil est enim virtute praeclarius, nihil laudabilius, nihil quod magis alliciat ad amorem sui, nihil quod tantam afferat spem tranquillitatis atque iustitiae; virtutibus multipliciter ornatus ac praeditus cum sis, exspectant homines, quasi de caelo missum ad eorum gubernationem; sic venerantur et amant, quasi vnicam spem salutis, incolumitatis ac felicitatis suae. Cernunt enim, quo tam sese attollat infidelium audacia, quantas dudum clades aduersus christianos eorum detestabilis nequitia intulerit, quotidie inferre. Cernunt etiam Christianorum ipsorum varias inextricabilesque discordias, et quae contra communes fidei hostes vertere debebant, in se ipsos atque in corpus suum arma vertisse ac ruinam inter se meditari, quibus cura deberet esse salutis. Denique pro caritate odia, pro consensione mutua impugnationem et bella, quod summopere dolendum est, inter se Christiani populi meditantur. His igitur christianorum populorum morbis ac languoribus, tua sapientia et auctoritas medicinam salutarem et necessitatem adhibebit. Infidelium autem conatibus nefariis potentia fortitudoque tua obuiabit; si quidem boni principis est suos tueri, et hostes infringere, quod tibi praestet altissimus victoriis ac triumphis adimplere. Caeterum Serenissime Rex, ciuitatem nostram vniuersam et populum suum deuotissimum, quantum valemus et possumus, cum humilitate debita, sublimissimo culmini tuo recommendamus, offerentes eam beneplacitis regiis. Praeterea cum in Hungariae regno multi ciues Florentini existant, partim Clerici et Praelati, partim saeculares et nobiles, vel mercaturae intendentes, eos omnes

et singulos regiae sublimitati recommittimus. Praelati quidem et nobiles, vt in suis dignitatibus conseruentur, mercatores autem, vt gratam et benignitatem in suis negotiis reportent. Datum in Florentiae XI. Calendas Maias anno Domini MCDVIII.

Martene. Anecd. Tomo I. Col. 1379. Errorem in anno irrepsisse, palam est: cum Rupertus anno 1410. defunctus, ac Sigismundus mense Septembri eidem suffectus fuerit: proin scribi debuit anno 1411. vel 1412.

CCLIX.

Comitatus Castriferrei contra Garaios protestatorias edit. A. 1411.

Nos Magistri Mychaël et Stephanus, fily Nicolai de Egerwar, Vice-Comites, et Judices Nobilium Castriferrei Comitatus, memorie commendamus, quod nobis feria sexta, videlicet in festo Beatorum Petri et Pauli Apostolorum pro faciendo iudicatu moderatiuo sedentibus, Comes Petrus, filius Ladislai, de Vodassileaew, Judex Nobilium, in figura nostri Judicy, personaliter conparendo clara voce nobis significare curauit, quod Magister Franciscus, filius Johannis de Azzonfalua, in festo beatorum Viti et Modesti Martyrum in eius presencia magnificos viros dominos Nicolaum de Gara, et Johannem fratrem eiusdem ab occupacione, detencione, sibique perpetuacione possessionum et possessionariarum suarum in Comitatu Castriferrei sitarum, ac vniuersim fructuum et quarumlibet vtilitatum earumdem percepcione et percipi faccione, et alios eciam vniuersos, ac quosuis, ac se quouismodo in easdem intermissione (sic) factis vel fiendis prohibuisset, lege regni requirente. Datum in Castro ferreo in termino prenotato. Anno Domini MCCCC. vndecimo."
L. S. vnius dorso impressi.

In charta orig. Nicolai Jankovich.

CCLX.

Comitatus de Bodrogh super quarta filiali excontentata testimoniales edit. A. 1411.

Nos Andreas, filius Demetry de Bocan, Dominicus de eadem, Vice Comites de Comitatu Bodrug, Stephanus filius Possa de Zaka, et Marcus de Bal, Judices Nobilium de eodem, memorie commendamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis: quod Sigismundus, filius Andree, de Paka (in) comitatu de Bodrug, onus et grauamen Michaelis fily Dyonisy, fily ipsius Andree ab vna, parte vero ex altera Anthonius, filius Blasy de Lengel, similiter onus nobilis Domine Scholastice vocate, coniugis sue, filie scilicet predicti Andree, ad se assumpmentes, si infrascripta temporis in processu infringere niterentur, coram nobis personaliter constituti idem Sigismundus confessus est nobis in hunc modum, quod ipse pro omnimoda satisfaccione quarte filialis, praefate nobilis Domine Scholastice vocate, sororis sue vterine quasdam duas sessiones, vnam scilicet predicti Andree patris sui, et aliam sessionem fundi curie Jobbagionales in predicta possessione Paka habita existentes, nec non quartam partem porcionis sue — — — signanter in porcione possessionaria Thadis vocata, cum singulis vtilitatibus, vt puta ducentis iugeribus arabilium in terreno ipsius possessionis Paka vocata existentibus, sylua, fenilia ad ipsas sessiones spectantibus, et pertinentib. a eidem nobili Domine, sorori sue, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis dedisset, assignasset et contulisset, super quibus ipsa contenta extitisset, ymo prefatus Anthonius, in persona prefate Domine contentus fuisset, et ipsum pro Sigismundo et Michaele reddidit et commisit super ipsa quarta fi-

liali expeditos, quietos et satisfactos, et modis omnibus absolutos coram nobis, assumpmente prefato Sigismundo sua nec non prefati Mychaëlis, fily Dionisy, fily dicti Andree fratris sui in personis, prefatam nobilem Dominam Scholastica vocatam, ipsiusque heredes et posteritates vniuersas, in dominio antefatarum sessionum, terrarum arabilium, syluarum et aliarum quarumlibet vtilitatum tenere, conseruare, protegere et defensare, proprys ipsorum laboribus et expensis presencium litterarum nostrarum testimonio mediante. Datum in Bodrugh sabbatho proximo post festum beati Nicolai Confessoris. Anno Domini MCCCC. vndecimo."

E membrana Orig. Nic. Jankovich.

Anno 1412.

CCLXI.

Idem Sigismundus Francisco Osth castrum Kigyokő ob perduellionem ablatum, in praemium fidelitatis restituit. A. 1412.

Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie etc. Rex memorie commendamus significantes, tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod licet hys proxime elapsis disturbiorum temporibus, nonnullis prelatis, Baronibus, militibus, et proceribus regni nostri contra nostram Maiestatem labem seu notam infidelitatis, prout hoc eorum processus criminosi explicant, euidenter in currentibus, inter quos Franciscus filius Bani Osth de Azzonfalwa, ex eorundem prelatorum et Baronum, Nobiliumque et procerum vrgitiua suggestione rebellionis calcaneo erecto aduersus nostram serenitatem tempore in prescripto labem infidelitatis incurrerit; pretextu cuius posses-

sionem eiusdem Francisci in Castro Kygyowkew appellato in eadem Azzonfalua existenti habitam propter eius robur et fortitudinem, ne idem Franciscus castro de eodem regnicolis nostris amplius aliqua mala inferre valeret auferentes, fideli nostro Gregorio Osth de eadem Azzonfalua, fratri eiusdem Francisci perpetuo dederimus, et contulerimus, alys vniuersis possessionibus et iuribus possessionarys ipsius Francisci dudum alys litteris nostris mediantibus eidem restitutis, Tamen quia nunc idem Franciscus fidelibus fidelior effectus, ardenti desiderio nobis et sacre corone post susceptam et habitam a nobis gratiam in varys nostris et regni nostri expedicionibus zelo feruenti, et sollicitudine yntima nostris beneplacitis se vbique conformans, adeo fidelissima obsequia persone ac rebus suis non parcendo, exhibuit et impendit, ipsumque exhibere velle non dubitamus in futurum; propter que eundem condignis nostre beneuolentie affectibus non immerito conspeximus fore praemiandum, prescriptam porcionem ipsius Francisci in dicto castro Kygyowkew habitam, et ipsum precise contingentem, cum omnibus suis vtilitatibus, ac pertinencys, a manibus prefati Gregory Osth auferentes, memorato Francisco, ipsiusque heredibus vniuersis, perpetuo iure duximus restituendum, vniuersas litteras donationales, statutoriales, et alias quaslibet pro parte memorati Gregory Osth, super porcione ipsius Francisci in dicto castro habita confectas, et emanatas, cassantes et irritantes, prorsus duximus reuocandas, ymo restituimus, et reuocamus harum nostrarum vigore et patrocinio litterarum. Quas dum nobis in specie reportate fuerint, in formam nostri priuilegii redigi faciemus. Datum in Thoron sabba-

tho proximo post festum beate Margarethe Virginis et Martyris. Anno Domini millesimo, quadringentesimo, duodecimo. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XXV. Romanorum vero secundo. L. S. in medio cerae rubrae, charta obductae impressi, cum aquila Brandenburgensi.

E membrana coll. Nic. Jankovich. — Nuncii Norimberga missi regem, ad iter in Germaniam pro coronatione suscipienda monuerunt, ast iis cum Wladialao Polono componenda, Turcarum, in Bulgaria latius grassantium, insultus, ac Venetorum, Jadram mala fide emtam, reddere tributumque annuum, a Ludouico impositum, soluere recusantium, temeritas, detinebant. Lite cum Polonis, induciis sopita magis, quam sublata, bellum contra Venetos, vrbes Dalmatinas ad defectionem sollicitantes, terra marique indictum fuit. Pipone de Ozora, ac Alberto de Ungh exercitui praefectis, — exitu infelici. Dlugoss. l. c. XI. Lucius. Mem. istorich p. 401. Chron. Taruisin. apud Murat. Tom. XIX.

CCLXII.

Idem Sigismundus portiones in Hermantilay inter partes querulantes per Capitulum Castriferrei diuidi, metisque signatas statui iubet. A. 1412.

Nos Capitulum Ecclesie Castriferrei memorie commendamus, tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, quod nos litteras Serenissimi et magnifici Principis Domini Sigismundi, dei gracia Romanorum regis semper Augusti, ac Hungarie etc. regis, Domini nostri praeceptorias summa cum obedientia recepimus hunc tenorem continentes: Sigismundus etc. ad querelam Nicolai dicti Bodalo de Hermantylai iuxta adiudicatorias Nicolai de Gara Palatini, et Symonis de Rozgon Curiae re-

gie Judicis inter Capitulum Castriferrei, et nobilem Dominam Elisabeth, ac huius filios et cognatos parte vna, ex altera nobilem Dominam Agnes vocatam, filiam Elisabeth, filiae Margarethae, filiae Lamperti de Tilay, per hominem suum regium, ac curiae suae notarium, quondam Michaëlis, fily Lamberti porcionem in eadem Tilay habitam, inter partes diuidi, metisque signatis statui iubet. Datum Budae, feria quinta proxima ante diem festum Beati regis Stephani Anno Domini MCCCCXII. Capitulum porciones diuisas, metisque signatas partibus statuit. Anno Millesimo quadringentesimo duodecimo, octauo die diuisionis et statucionis. Honorabili viro Dominio Egidio preposito, viris discretis Nicolao Cantore, Stephano Custode, Thoma Decano, ceterisque Canonicis Ecclesie nostre existentibus." L. S.

Instrumentum est multis lacunis vitiatum, alphabeto intercisum, in charta expeditum, existit in collectione Nicolai Jankovich. Extractus idiomate Hungarico inscriptus, Emericum Mindszenthy, hominem, ac Notarium regium fuisse perhibet.

CCLXIII.

Conu. de Zala super euocatione M. Stephani de Felső Lindva facta relatoriae. A. 1412.

Conuentus de Zala testimoniales, quod ipsi iuxta literas Simonis de Rozgon, Judicis Curiae regiae Magistrum Stephanum de Felső Lyndva, sub poena duodecim marcarum contra Stephanum et Ladislaum de Also Lindva, ad Curiam regiam perhemptorie euocauerint. Anno Domini MCDXII.

Ibidem.

CCLXIV.

Stiborius Vajuoda Transil. iura populorum Ciuitatis Bistricz conseruari praecipit. A. 1412.

Stiborius Vajvoda Transylvaniae nec non Comes de Solnuk etc. notum facimus, quibus expedit universis, quod cum nos una cum Viro Magnifico Michaele Comite Siculorum et Ladislao de Nadas Vice Vajda nostro, ceterisque nostris cum Assessoribus ex Speciali Commissione Serenissimi Principis ac Domini Domini Sigismundi Romanorum Regis semper Augusti ac Hungariae Regis etc. de mandato ejusdem feria VI. (?) proxima post Festum Sancti Jacobi Apostoli proxime praeteritum in civitate Bistriciensi generale Judicium celebrassemus, protunc nostram accedentes praesentiam providi viri, Andreas dictus Holzträger et Joannes Holzträger ac Joannes Baier homines et populi de Jaadt nobis per modum querimony proposuerunt, quomodo nonnulli Nobiles et eorum officiales populi et Jobbagiones, Inhabitatorum et Incolarum possessionis Jaadt praedictae Jura et consuetudines ab antiquo usitatas frustrantes in Territoriis, Sylvis, Pratis, Aquis et signanter in Fluvio de Radna suum meatum producente, in altero fluvio Bistricia vocitato, quorum usibus praeattacti de Jaadt populi ex antiqua consuetudine pro semper sunt gratulati, quidam Nobiles et eorum officiales in praemissis dietenus inquietare non cessant, nec impedire, rationem impedimentorum et suorum Jurium coram nobis ipsi Nobiles non producentes, et quia nos Regia auctoritate universos a quibus cunque illegitime impediri, molestari et perturbari nolentes protegere velimus, et quosquos in suis juribus conservare. Igitur universis et singulis Nobili-

bus eorumque officialibus ac populis et Jobbagionibus eorumdem tam praesentibus quam futuris Regio ac nostro firmissimo damus in praecepto quatenus a modo dictos pussessionis Jadt Inhabitatores in Territoriis metarum ipsorum et Terris cultis et incultis pratis, aquis et sylvis nec in aliquibus ipsorum Juribus impedire inquietare, et specialiter in fluuio de Rodna decurente et altero Bitric. nuncupato impetere praesumatis omnibus occasionibus procul motis: Si vero, quis quis vestrum de medio Talia attemptare praesumpserit, extunc Auctoritate Regia nobis in his attributa comissimus, imo praesentibus committimus Magnifico Viro Domino Michaeli Comiti Siculorum nec non Comitibus successivis ut dictos homines de Jaadt contra omnes in praemissis videlicet in Territoriis Terris arabilibus cultis et incultis pratis, syluis et aquarum decursibus ipsos impetere volentes Regiae Maiestatis in Persona ac nostri protegere tueri et defensare debeatis. Si Regiae Majestatis indignationem evitare voletis, secus non facturi. Datum Bistriciae Sabatho proximo post Festum sancti Jacobi Apostoli. Anno Domini Millesimo quadriugentesimo duodecimo. L. S.

Communicauit Ill. Baro Carolus Geringer.

CCLXV.

Sigismundi R. H. literae priuilegiales super possessione Zalathnya. A. 1418.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie Dalmacie Croacie Rame Servie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Marchio Brandenburgensis. Nec non Bohemie et Lucemburgensis Heres vniuersis Xti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam ha-

bituris salutem in omnium saluatore. Ordo suadet equitatis et ad apicem pertinet regalis maiestatis, vt ea que rite processerunt illibata conseruentur, et que a fidelibus iuste petuntur ad exaudicionis graciam admittantur, Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod fidelis noster Nicolaus filius Benedicti fily Nicolai de Zalathnya sua ac nobilis Domine Dorothea vocate consortis Georgy dicti Vynchench de Berekal, filie vero ipsius condam Benedicti fily Nicolai de dicta Zalathnya sororis sue nec non Anthony Valentini Demetry et Siluestri ex nobili domina condam Margaretha consorte Mathie de Orozy filia videlicet prefati condam Benedicti fily Nicolai, sorore sua procreatorum, in personis, nostrum adiens conspectum, Exhibuit nobis duas litteras vnam nostram patentem moderno maiori autentico Sigillo nostro quo vt Rex Hungarie vtimur a tergo consignatam, qua mediante nos dictam possessionem Zalathnya simul cum vniuersis suis pertinencys eisdem Nicolao ac nobilibus Dominabus Dorothee et condam Margarethe matri prefatorum Anthony Valentini Demetry et Siluestri filiabus videlicet annotati condam Benedicti sororibus ipsius Nicolai Noue nostre donacionis titulo in perpetuum dedisse et contulisse, ac ipsas Dominas Dorotheam et condam Margaretham in eadem possessione Zalathnya vocata, quoad portionem ipsas ex predicta nostra donacione seu quocunque alio Jure contingentem, in veros Heredes et legitimos successores dicti condam Benedicti patris ipsarum prefecisse dinoscimur. Et aliam Conuentus ecclesie de Saagh super legitima statucione dicte possessionis Zalathnya et per consequens porcionis ipsorum possessio-

narie in dicta Zalathnya existenti et suarum pertinenciarum pro ipsis rite facta, confectas Tenorum subsequencium, supplicans exinde idem Nicolaus suo et nominibus quibus supra nostro culmini humiliter et deuote, vt easdem binas litteras ratas gratas et acceptas habendo, nostrisque litteris priuilegialibus verbotenus inseri faciendo pro ipsis Nicolao Anthonio Valentino Demetrio et Siluestro ac Domina Dorothea, Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis Innouantes perpetuo valituras dignaremur confirmare, Quarum vnius vtputa ipsius nostre patentis littere tenor talis est. Nos Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie etc. Rex Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod fidelis noster Nicolaus filius Benedicti fily Nicolai de Zalathnya, nostrum adiens conspectum, propositis suis fidelitatibus et fidelium seruiciorum gratuitis meritis et sinceris complacencys, per ipsum nobis et sacro nostro regio dyademati sub diuersitate locorum et temporum laudabiliter exhibitis et impensis, sua ac nobilium Dominarum Margaretha Mathie de Orozy et Dorothea vocatarum Georgy dicti Vychench de Berekal consortum, filiarum videlicet eiusdem Benedicti fily Nicolai de dicta Zalathnya, sororum suarum in personis maiestati nostre humiliter supplicando curauit significare, quomodo Jura seu litteralia ipsorum Instrumenta factum possessionis eorum Zalathnya predicte in Comitatu Huntensi existentis concernencia in cuius scilicet dominio progenitores ipsorum et ipsi pacifice et sine aliquali aduersariorum mocione a temporibus quibus horum contrarium hominum memoria non comprehendet perstitissent, et essent de presenti aliqualiter ab

ipsis forent alienata, Ipseque Nicolaus filius Benedicti volente diuino Judicio prolibus seu heredibus quibus dicta sua possessio Iuxta regni nostri consuetudinem succedere deberet, carere adhuc dinosceretur, supplicans exinde idem Nicolaus culmini nostro nominibus quibus supra humiliter et deuote quatenus dictam possessionem Zaláthnya vocatam in cuius vt prefertur dominio progenitores ipsorum et ipsi pacifice perstitissent et essent sibi eodem modo sicuti eisdem dominabus Margaretha et Dorothea vócatis sororibus suis et ipsorum heredibus ac successoribus vniuersis Noue nostre donacionis titulo dare et conferre ac eandem possessionem ipsis dominabus Margaretha et Dorothea nuncupatis et ipsarum heredibus in perpetuam asscribere hereditatem, Et in eadem ipsas in veros heredes et successores legitimos dicti condam Benedicti fily Nicolai patris ipsarum pro eo potissime ne eedem in sue dedecus Nobilitatis Juribus paternis orbate viderentur, preficere dignaremur. Nos itaque volentes supplicacioni dicti Nicolai vti ex premissis inducimur et tenemur regaliter inclinare, prefatam possessionem Zalathnya nunc apud manus ipsorum pacifice habitam simul cum vniuersis ipsius pertinencys et quibusuis vtilitatibus Terris videlicet arabilibus cultis et incultis pratis fenilibus pascuis siluis nemoribus montibus vallibus aquis aquarumque decursibus et molendinis nec non generaliter cunctis eiusdem vtilitatum integritatibus, sub ipsius veris metis et antiquis limitibus quibus per ipsos et eorum progenitores hucusque rite tenta fuisset et possessa denuo et ex nouo noueque donacionis nostre titulo ac omni eo Jure, quo eadem possessio nostre legitime pertinere dinoscitur collacioni, prefatis Nicolao filio Bene-

dicti ac Dominabus Margaretha et Dorothea vocatis sororibus eiusdem ac ipsorum heredibus vniuersis dedimus donauimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus, Easdemque dominas Margaretham et Dorotheam possessione in eadem Zalathnya vocata, quoad portionem ipsam existenti nostra donacione seu quocunque alio Jure contingente in veros et legitimos successores dicti condam Benedicti, patris ipsarum prout ad id de Jure et consuetudine regni nostri admittimur prefecimus et creamus Jure perpetuo et Irreuocabiliter per eosdem tenendam possidendam pariter et habendam saluis Juribus alienis harum nostrarum litterarum Sigillo nostro maiori, quo vt Rex Hungarie vtimur consignatarum testimonio mediante. Quas in formam nostri priuilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate, Datum Bude in festo Corporis Xti Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tredecimo. Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo septimo. Romanorum vero tercio. Alterius vero videlicet annotati Conuentus ecclesie de Saagh littere priuilegialis continencia verbalis foret talis Omnibus Xti fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Ladislaus diuina Dei prouidentia Prepositus et Conuentus fratrum ordinis Premonstratensis Monastery Beate Marie virginis de Saagh, salutem in Domino sempiternam, Uniuersorum noticie harum serie volumus peruenire, Quod nos litteras Serenissimi Principis Domini Sigismundi Dei gracia romanorum ac Hungarie etc. Regis Introductorias et Statutorias maiori suo Sigillo consignatas nobis directas honore quo decuit suscepimus in hec verba: Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie

etc. Rex fidelibus suis Conuentui ecclesie de Saagh salutem et graciam. Cum nos per alias litteras nostras possessionem Zalathnya vocatam in Comitatu Huntensi existentem Nicolao filio Benedicti fily Nicolai de eadem Zalathnya, et Nobilibus dominabus Margaretha, Mathie de Orozy et Dorothea vocatis Georgy dicti Vinchench de Berekal consortibus, filiabus eiusdem Benedicti, fily Nicolai soribus eiusdem Nicolai, in cuius scilicet dominio ipsi et ipsorum progenitores pacifice et legittime perstetissent et essent de presenti Noue nostre donacionis tutulo contulerimus, Easdemque dominas Margaretham et Dorotheam in eadem possessione Zalathnya in veros heredes et legitimos successores dicti condam Benedicti filii Nicolai patris ipsorum prefecerimus velimusque easdem per nostrum et vestrum homines in dominium eiusdem legittime facere introduci, Fidelitati igitur vestre precipiendo mandamus quatenus, vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Jacobus de Horuathy vel Laurencius de Zwd aut Thomas de Berneche aliis absentibus homo noster ad faciem dicte possessionis Zalathnya vocate vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introducat prefatos Nicolaum filium Benedicti et dominas Margaretha et Dorothea vocatas in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem premisse noue nostre donacionis titulo perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint Evocet ipsos in specialem nostram presenciam contra annotatum Nicolaum filium Benedicti ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros. Et posthec huiusmodi possessionarie Introduccionis et Statucionis seriem cum nominibus

contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, terminoque assignato eidem nostre speciali presencie fideliter rescribatis, Presentes autem Sigillo nostro maiori, quo ut Rex Hungarie vtimur faciemus consignari. Datum Bude in festo Sacratissimi Corporis Xti anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Tredecimo Regnorum notsrorum anno Hungarie etc. vigesimo septimo Romanorum vero Tercio. Vnde nos premisso regio litteratorio mandato obedire cupientes vt tenemur vna cum prefato Jacobo de Horvath homine regio religiosum virum fratrem Laurencium presbiterum vnum ex nobis ad premissam possessionariam Statucionem faciendam nostro pro testimonio destinassemus fide dignum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum Beate Margarethe virginis et martyris proxime preteritum, ad faciem dicte possessionis Zalathnya vocate et per consequens porcionis possessionarie annotatorum Nicolai filii Benedicti et nobilium Dominarum Margarethe et Dorothee filiarum eiusdem Benedicti in eadem Zalathnyia existentis presentibus vicinis et commetaneis eiusdem accedentes prefatos Nicolaum filium Benedicti et Dominas Margaretha et Dorothea vocatas in dominium eiusdem Introducendo, eandemque cum suis vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet eisdem Nicolao et dominabus Ipsarumque heredibus vniuersis premisso noue regie donacionis titulo perpetuo possidendam nullo penitus contradictore apparente statuissent legitimis diebus in facie ipsius residendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras nostras priuilegiales pendentis autentici sigilli munimine roboras duximus concedendas. Datum quintodecimo die Introduccionis

et Statutionis predictarum Anno Domini supradicto: Nos igitur humilimis et deuotis prefati Nicolai supplicationibus antefatis nostre per ipsum sui et nominibus quibus supra subiectiue oblatis maiestati Regia pietate exauditis et clementer admissis praefatas litteras nostram patentem et annotati Conuentus de Saagh priuilegialem non abrasas non cancellatas nec in aliqua earum parte viciatas scilicet omni prorsus suspiciones vicio destitutas ymo mere et sincere veritatis integritate prepollentes presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas quoad omnes ipsarum continencias clausulas et articulos acceptamus approbamus et ratificamus. Eas nihilominus requirentibus prefati Nicolai fidelitatibus et fidelium seruiciorum preclaris meritis et sinceris complacencys per ipsum nobis et sacro nostro regio diademati sub diuersitate locorum et temporum cum sumpma fidelitatis constancia laudabiliter exhibitis et impensis simul cum noua et perennali nostra donacione ac legitima Statucione possessiouarys nec non prefatarum dominarum Dorothea et condam Margaretha vocatarum in predicta possessione Zalathnya, quoad porcionem ipsas ex predicta nostra donacione, alio quocunque Jure contingentem prefeccione aliisque omnibus et singulis superius in tenoribus predictarum duarum litterarum lucidius explicatis et contentis, Mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ac ex certa sciencia nostre maiestatis de consensuque et beneplacita voluntate Serenissime principis Domine Barbare Regine consthoralis nostre carissime Praelatorum eciam et Baronum nostrorum consilio prematuro ac vniformi eorundem decreto pro prefatis Nicolao Anthonio Valentino Demetrio et Siluestro ac domina Dorothea, Ipsorum-

heredibus et posteritatibus vniuersis Innouantes perpetuo va'ituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante saluo Jure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri dupplicis videlicet quo vt Rex Hungarie vtimur munimine roboratas. Datum per manus Reuerendi in Xto patris Domini Eberhardi Episcopi Zagrabiensis Auleque nostre sumpmi Cancellarii fidelis nostri dilecti. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tredecimo prenotàto, duodecimo Kalendas Augusti. Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo septimo, Romanorum vero tercio. Venerabilibus in Xto patribus Dominis Johanne Strigoniensi, Dwymo Spalatensi et Andrea Ragusiensi Archiepiscopis, Colocensi et Jadrensi sedibus vacantibus eodem Domino Eberhardo Zagrabiensi, Andrea Waradiensi, Stephano Transiluanensi, Stiborio Agriensi, Johanne Quinque-Ecclesiensi, Benedicto Boznensi, Johanne Jauriensi, fratribus Philippo Wacyensi, Dosa Chanadiensi, Hyncone Nitriensi et Thoma Senniensi ecclesiarum Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Wesprimiensi, Sirmiensi, Traguriensi, Scardonensi, Sibinicensi, Sibinicensi, Tinniensi, Nonensi, Macarensi, Pharensi et Corbauiensi sedibus vacatibus, nec non magnificis viris Nicolao de Gara Regni nostri Hungarie predicti Palatino, Stiborio de Stiborich Wayuoda nostro Transsiluano, Comite Symone de Rozgon Judice Curie nostre, Petermano de Medwe Dalmacie et Croacie Regnorum predictorum Ladislao et Emerico filys condam Bartholomei de Wylak Machouiensi, Paulo Chupor de Monozlo tocius Sclauonie Banis honore Banatus Zewrinicensis

vacante Johanne Bubek de Pelseuch Tauarnicorum, Johanne filio Henrici de Thamasi Janitorum, Johanne Groff de Corbauia, Dapiferorum Johanne filio Gregory de Alsan Pincernarum, Petro Cheh Agazonum nostrorum magistris, et Caplerio Comite Posoniensi, aliisque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores." (L. S. pendentis.)

E membrana Collectionis Nic. Jankovich. — Cl. Pray Hist. rerum Hung. P. II. p. 214. insinuat egisse per litteras regem Sigismundum apud Joannem XXIII. PP. vt Venetos ad vrbes in Dalmatia iuri Hungarico obnoxias, occupatas reddendas, sua supersuaderet auctoritate, quo liberius vnioni in Ecclesia reducendae, positis armis intendere posset; sed illum, ad omnem inuidiam vitandam, id recusasse; prouocatque ad Martene Thes. Anecd. Tomi 1. fol. 1743.; quae penitus deest.

Anno 1414.

CCLXVI.

Idem Sigismundus absente se A. Episcopum Strigon. ac regni Palatinum, Vicarios regni plena forma constituit. A. 1414.

Commissio propria Domini Regis.

Nos Sigismundus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Memoriae commendamus per praesentes: Quod quamquam incumbentibus nobis diuersarum solicitudinum curis, quibus pro sacro sanctae Romanae Ecclesiae et sacri Romani Imperii statuum reformatione quotidie occupamur, partium Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. regnorum nostrorum praedictorum regimini et gubernationi, prout nostri sacri diadematis debitum exigit, intendere nequeamus; tamen ne per nostram absentiam re-

gnicolae nostri, veluti acephali, rectore et Gubernatore destituti, propter quaslibet, etiam fortassis leues quaestiones et causas in remotis partibus, eorum grauibus laboribus et multis expensis, Maiestatem nostram sequi et quaeritare cogantur, et vt etiam praedicta regna nostra vtiliter, prudenter et salubriter gubernentur, certos viros, auctoritate sublimes, vita probatos, virtutibus redimitos, et prudentia circumspectos, ad eorumdem regnorum nostrorum regimen et gubernationem decreuimus deputandos; habito igitur singulari respectu ad Reuerendissimum in Xto Patrem, Dominum Joannem Archiepiscopum Strigoniensem, Aulae nostrae Romanae regiae Cancellarium, et Magnificum Nicolaum de Gara, dicti Regni nostri Hungariae Palatinum, de quorum fidelitate, legalitate, circumspectione plene confidimus, eosdem coniunctim de nostrae regiae potestatis plenitudine et ex certa nostra scientia, praedictorum Dalmatiae Croatiae, et Hungariae regnorum nostrorum Gubernatores et vicarios nostros generales ordinamus, facimus, constituimus et creamus, dantes et concedentes ex nunc virtute praesentium, auctoritate nostra regia, ac de certa nostrae Maiestatis scientia praefatis Dominis Joanni Archiepiscopo, et Nicolao Palatino, coniunctim a modo et deinceps tamdiu, quousque in dicta regna nostra feliciter regressi fuerimus, vniuersas et singulas regnicolarum nostrorum causas, quaestiones, et litium processus, audiendi, cognoscendi, iudicandi, definiendi et concludendi, ac in eis, appellatione remota, quaslibet sententias tam interlocutorias, quam definitiuas ferendi, pronunciandi, et promulgandi, ac huiusmodi sententias debitae executioni demandandi, omniaque et singula alia, quae

in huiusmodi causarum processibus de iure et consuetudine regnorum nostrorum fieri solita sunt, faciendi, disponendi, et ordinandi, plenam, puram, et omnimodam potestatem. Item vniuersos redditus et prouentus nostros regales, praesertim montanarum vrburas, cameras salium, ac lucrum Camerae, cusionem monetarum auri, et argenti, maioris et minoris, ac alios quoslibet introitus, prouentus, et redditus, Fisco, Camerae nostrae quomodocunque debitos, et soluendos, quocunque nominis vocabulo nuncupatos, locandi, arendandi, et tradendi, prout et quoties opportunum fuerit et eisdem videbitur expedire. Praeterea eadem auctoritate eisdem nostris Vicariis concedimus et plenam damus facultatem, quoslibet honores, dignitates, et officia in regnis nostris praedictis conferendi, concedendi, quibuscunque personis maluerint, et ab eisdem huiusmodi honores, dignitates, et officia auferendi, et tollendi, prout eis videbitur expedire. Volentes, vt ydem nostri Vicary ab omnibus et singulis, quorumcunque nostrorum officiorum officialibus quibuscunque nominibus nuncupata existant, rationem de officys et officiorum prouentibus per eosdem perceptis, accipere, et eisdem iuxta qualitatem, rationis factae litteras expeditorias toties quoties fuerit opportunum, dare debeant atque possint. Volumus nihilominus, vt supra dicti Vicary nostri vniuersos census, collectas annuales, de ciuitatibus nostris fisco Camerae nostrae prouenire solitis, et consuetis, petere, recipere, et tenere debeant, et de eisdem censibus et collectis, pro tuitione et commodo regnorum nostrorum praedictorum, disponere valeant, atque possint auctoritate nostra ipsis praesentibus attributa. Volumus insuper, vt necessitate exigente,

pro defensione regnorum nostrorum praedictorum collectas, datias, ciuitatibus et oppidis, ac villis nostris regalibus toties quoties necesse fuerit imponere, et easdem exigere, ac recipere et de exactis et receptis disponere possint et valeant, prout eisdem videbitur expedire. Item eadem auctoritate regali concedimus eisdem vicarys nostris, vt pro vtilitate et commodo regnorum nostrorum praedictorum, monetam nostram praesentem emendare, et corrigere, ac etiam nouam, si opus fuerit, habita superinde Praelatorum et Baronum nostrorum consilio, cudi facere, et fabricari, sub nouo charactere, seu numismate valeant atque possint. Insuper eadem auctoritate nostra praefatis vicarys, nostris plenam facultatem tribuimus vniuersas possessiones et iura possessionaria ad nos deuolutas et processu temporum deuoluenda occupandi, nec non quaecunque beneficia ecclesiastica pro tempore vacantia, tam regularia, quam secularia, nostrae dispositioni spectantia, similiter occupandi, ac de prouentibus eorumdem pro ministerys, et huiusmodi ecclesiarum, seu beneficiorum ministris, necessarys prouidendi, tamdiu, quousque per nostram Celsitudinem de praemissis possessionibus et beneficys dispositum fuerit et prouisum. Volentes, vt hiusmodi beneficiorum fructus, qui residuauerint et excreuerint, per dictos vicarios nostros colligerentur, et vsque Maiestatis nostrae felicem reditum reseruentur. Item eadem auctoritate decernimus, quod vno praedictorum vicariorum deficiente, vel absente, vel legitime impedito, alter eorum singula praemissa et quodlibet eorum exequi valeat, perficere et omnimode expedire. Nihilominus eisdem nostris Vicarys hanc concedimus facultatem, vel potius potestatem, vt

ipsi regnicolis nostris de birsagys, in quibus conuicti essent, aut eosdem conuinci contingeret, relaxare, et regnicolis nostris proscriptis, vel quos proscribi propter delicta et crimina contingeret, ratione quorum nos gratiam facere consueuimus, gratiam facere possint, nostrae Maiestatis in persona; his vero, quos propter notam infidelitatis proscribi contingeret, aut qui propter notam infidelitatis proscripti exstitissent, vel qui in iudicio per sententiam Judicis et Justitiariorum, regni in poena capitali et amissione possessionum conuincerentur, per eosdem nostros vicarios nullam gratiam impertiri, sed huiusmodi gratiam faciendi, nec non quarumlibet possessionum donationes, et beneficiorum ecclesiasticorum dispositiones, solius nostrae Maiestatis protestati volumus reseruare Litteris nostrae Maiestatis pro parte fidelium Capellanorum nostrorum, in Capitulo nostro Budensi Domino famulantium, super assecurationibus beneficiorum ecclesiasticorum emanatis remanentibus semper saluis. Quo circa vniuersis et singulis Praelatis, Baronibus, Nobilibus, Militibus et clientibus, item omnibus et singulis Ciuitatum et villarum, oppidorum quorumcunque incolis et inhabitatoribus et eorumdem Rectoribus, Judicibus et villicis, ac omnibus ac singulis, cuiuscunque gradus, status, conditionis aut dignitatis, seu praeeminentiae existant, hominibus, quibuscunque nominibus vocitatis, et appellatis, in dictis regnis nostris existentibus, et commorantibus, firmissime, nostro sub regio edicto praecipimus et mandamus, quatenus a modo in antea et deinceps praefatis Dominis Joanni Archiepiscopo et Nicolao Palatino saepedictorum Hungariae, Dalmatiae, Croatiae regnorum nostrorum, etc. Rectoribus, Guber-

-matoribus et Vicarys generalibus per nos vigore praesentium ordinatis, creatis et constitutis, in omnibus et singulis praemissis articulis, factis et negocys, tanquam Maiestati nostrae obedire, et obtemperare, mandatisque ipsorum in omnibus parere, et obedire, ipsoque tempore, quolibet quotiescunque requisiti fueritis, aut alter vestrum fuerit requisitus, omni cum diligentia, et fideli sollicitudine explere et perficere debeatis. Praesentes etiam sigillo nostro maiori, quo vt Rex Hungariae vtimur, pendenti duximus communiri. Datum Cremonae, in festo Epiphaniarum Domini. Anno eiusdem MCDXIV. Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. XXVII. Romanorum vero quarto.

Ex originali Camerali eruit Georg. Pray Cod. Dipl. profani Tomo I. Ord. XIV. Serie II. pag. 17—20. In extractu dedimus volum. V. Fallitur Kerchelichius, Barbaram reginam regni vicariam constitutam, dicens; cum ipsa Aquisgranum accersita fuerit. Cremona Sigismundus Placentiam abiit cum Malatesta de Riminis, vt Gregorium XII. in ditione illius morantem, ad Concilium adduceret. Placentia Tridentum profectus vetera foedera inter Reges Galliae, ac domum Lucemburgicam sancita, confirmauit. Tridento Spiram venit.

CCLXVII.

Idem Sigismundus iura ciuium Bistriciensium in Trans. conseruari iubet. A. 1414.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarorum etc. Rex fidelibus Nostris Magnifico Michaeli Salmonis de Nadas Comiti Siculorum nostrorum et Strenuo Ladislao Vice-Vayvode partium Nostrarum Transylvanarum vel eorum vices gerentibus salutem et gratiam! Venientes No-

strae Majestatis in conspectum Fideles Nostri Providi Andreas Riemer Judex et Nicolaus Scherer Juratus Ciuis nostrae Civitatis Bistriciensis, nec non Johannes Globis dicti, similiter Judex de Nagy-Demeter in Personis universorum et singulorum populorum et Hospitum nostrorum in Possessione nostra Jaadt vocata commorantium ad praedictam Civitatem Nostram Bistriciensem et Prouinciam eiusdem pertinentium, nobis exposuerunt, plurimum conquerentes: quod nonnulli forent Nobiles eorum scilicet vicini et cometanei et praesertim Nicolaus Filius Appa et Joannes de Bethlen ac officiales et populi eorundem, qui ipsos nostros populos et hospites de Jaad diuersarum minarum comminationibus et aliis injuriarum et vexationum illationibus et damnis multipliciter et indesinenter perturbantes, et aggravantes, eosdem certis terris arabilibus, nec non syluis, pratis et aquis et signanter fluvio a parte Castri nostri Rodna nuncupati decurrente et alio fluvio Bistricia vocato, quibus semper et ab antiquo usi et gavisi fuissent, et quae intra veras metas et cursus metales dictae Possessionis Jaadt haberentur firmiter vti frui et gaudere non permitterent, plerumque ipsos de facie praedicctarum terrarum, sylvarum, pratorum et fluviorum repellentes et repelli facientes eorum potentia mediante in praedictorum nostrorum populorum et hospitum, immo verius nostrae Maiestatis praejudicium, et damnum satis magnum, verumque, praemissa non minus, quam si nobis forent irrogata reputantes dictos nostros populos et hospites ab huiusmodi comminationibus et aliis vexationibus et gravaminibus omnino illaesos praeservari, dictisque terris, sylvis, pratis, fluuiis, ceterisque utilitatibus, praedictae villae nostrae

Jaadt, nequaquam privari volumus, Magnificis? Fidelitatibus igitur Vestris firmiter praecipientes mandamus omnino volentes, quatenus visis praesentibus et intellectis nullo ulteriori nostro mandato superinde expectato ex parte praefatorum Nicolai Appa et Joannis nec non aliorum quos iidem sibi culpabiles fore asseruerint; eisdem nostris populis et Hospitibus plenam et omnimodam juris et justitiae satisfactionem impendentes et exhibentes ipsos nostros populos et hospites in pleno et pacifico Dominio ac reali possessione praedictarum terarum, syluarum, pratorum fluuiorum et quarumlibet aliarum vtilitatum ad dictam Possessionem Jaadt pertinentium adeo protegere, conseruare et indempniter tam tenere debeatis, vt huiusmodi Nostrae Maiestatis mandata per vestram Fidelitatem ad nutum quod in hac parte, sequi optamus, videantur, debito effectui mancipari; aliud facere non ausuri Favorum Nostrae gratiae sub obtentu; Praesentes iterum post earum lecturam ipsi reddi jubemus praesentanti: Datum cis Rhenum in Civitate Spirensi, Feria 2-da proxima post Festum Jacobi Apostoli. Anno Domini MCDXIV. Regnorum Nostrorum Anno Hungariae etc. vigesimo octavo Romanorum vero quarto."
L. S.

Ex Copia quadam vetustissima. Communicauit Ill. L. B. Car. a Geringer. Spira transmisit Joanni Huss literas commeatus publici famigeratas. Anni huius VIII-a Nouembris fuerat Sigismundus cum coniuge sua Barbara Aquisgrani coronatus, vt ipsemet perhibet literis d a t i s A q u i s g r a n i MCDXIV. i p s a d i e c o r o n a t i o n i s; quae fuit VIII-a Nouemb. Apud Rymer foed. et conuent. Tomo IX. p. 137. (Non inueni).

Anno 1415.

CCLXVIII.

Cap. Castriferrei metales possessionum Mindszenth ac Januspánfalva, Cot. Castri Ferrei, exhibet. A. 1415.

Nos Capitulum Ecclesiae Castriferrei memorie commendantes tenore presentium Significamus quibus expedit Universis, quod Egregy Viri magistri Johannes Comes Comitatus Zalad, et Thomas fily Pethew de Gerse pro se personaliter idem etiam magister Johannes pro Ladislao Pethew et Dyonisio filys suis sine litteris procuratoriis onera tamen eorundem in subscriptis per omnia super se assumptis ab una, parte vero ab alia Stephanus et Antonius fily Francisci dicti Terjek de Ethews, Similiter pro se personaliter eorum ac nobilis Dominae Catharinae Matris ipsorum nec non Benedicti et Georgii filiorum dicti Stephani in tenera etate Constitutorum in Personis onera eorundem et gravamina in subsequentibus per omnia super se assumpmentes, coram nobis constituti organo vive vocis confessi exstiterint in hunc modum quod licet inter eos pretextu metarum possessionum Mendszenth dictorum magistrorum Johannis et Thome ac Januspanfalva prefatorum filiorum Francisci et terrarum earundem litis materia suscitata et in curia regia diutius ventilata, exstiterit tamen ut ipsi et ipsorum successiva posteritas pacis pulchritudine valerent gratulari, ordinantibus et disponentibus probis et nobilibus viris pro pace inter eos fienda laborantibus sopitis et sedatis praedictarum litium processibus se se mutuo super universis Causis factis dampnis nocumentis iniuriis actibus potentiariis et generaliter quibusvis malificiorum generibus usque ad haec tempora inter

ipsos qualitercunque et quovismodo inter ipsos suscitatis et sibi invicem perpetratis imo super universis Judicys seu birsagys et Judiciariis ac birsagyorum oneribus in quibus ipsi hactenus ordine Judiciario contra se se convicti exstitissent et agravati quittos et expeditos reddidissent, atque satisfactos, et in prescriptas eorum possessiones Mendzenth et Januspanfalva propter meliorem ipsorum statum et pacem harum metarum cursibus infrascriptis abinvicem hoc modo sequestrassent. Quod primo incepissent iuxta fluvium Zala ab aquillone a duabus metis terreis una ad arborem piri Silvestris et alia ad arborem pomi similiter Silvestris cumulatis quorum una ad orientem Mendzenth et alia ad occidentem Januspanfalwa possessionibus predictis separarent, et dein ad aquillonem in spacio medii iugeris terre eundo perveniret ad duas metas in angulo cujusdam Rubeti positas quarum una ad orientem Mendzenth et alia occidentem Januspanfalwa possessionibus predictis distinguerent et separarent. Inde ad eandem plagam aquillonis in longitudine unius iugeris terre eundo attingeret viam de dicta possessione Januspanfalwa ad Salamon Vara ducentem ubi ex utraque parte ipsius viae duae metae existerent inde in eadem via versus orientem in longitudine unius iugeris terre eundo iungeretur ad aliam viam ab aquillone existentem ubi ex utraque parte ipsius vie duas metas terreas erexissent et abhinc in ipsa via inter orientem et aquillonem in bono spacio transeundo ex utraque parte ipsius vie duas metas terreas cumulassent ab inde in eadem via in competenti spacio versus aquilonem eundo pervenissent ad quandam vallem ubi ex utraque parte ipsius vallis duas metas terreas erexissent inde directe in medio ipsius vallis

ubi tempore aquoso seu pluviali aqua flueret versus aquillonem in magno spacio eundo pervenirent iuxta quendam rubum ad duas metas terreas quorum una ad occidentem et aquillonem Januspanfalwa, alia vero ad orientem et meridiem Mendzenth possessionibus predictis distinquerent et saparerent. Ab inde versus orientem in spacio medii iugeris terre eundo iungeretur cuidam viae in latere cujusdam promontorii exeunti, ubi iuxta ipsam viam in latere eiusdem promontorii duas metas terreas fecissent et de hinc ad eandem partem orientis, ipsum promontorium pertranseundo in alio latere ipsius promontorii ab oriente duas metas erexissent inde ad eandem partem orientis directe eundo descenderet in fluvium Mendszenth Potaka ubi iuxta ipsum fluvium ab occidente duas metas terreas cumulassent quarum una ad aquillonem Januspanfalva et alia ad meridiem Mendzenth possessionibus praedictis distinguerent et separarent ibique terminaretur hoc declarato, et per easdem partes inter ipsas ordinatum exstitit nostri in presentia quod quandocumque temporis in processu in facto dictarum metarum deventarum per quempiam litis materia suscitaretur ex tunc una pars penes aliam locis, et temporibus opportunis tam in lite, quam extra litem contra quosvis juribus suis ex humanitate adstare deberet et tenerentur, imo iidem Magistri Joannes, et Thomas personali adstantia. Idem etiam Magister Joannes suo, et dictorum filiorum in personis, ac prefati Stephanus et Antonius eorum, ac dicte nobilis Domine matris ipsorum, et filiorum ipsius Stephani in personis concordarunt sopiri, et sedari fecerunt, ac expeditos reddiderunt, et commiserunt, et se ad premissa facienda sponte

obligarunt coram nobis vigore presentium Litterarum nostrarum priuilegialium pendentis sigilli nostri munimine roboratarum medioque alphabeto intercisarum, mediante. Datum tertio die festi pasche domini anno ejusdem Millesimo, quadringentesimo quinto decimo, honorabili viro Domino Egidio preposito viris discretis Magistris Nicolao Cantore, Stephano Custode, et eodem Decano, ceterisque Canonicis Ecclesie nostre existentibus.

Originale autographum membranaceum asservat Tabularium Nicolai Jankovich.

CCLXIX.

Capituli Boznensis de Concordia inita testimoniales. A. 1415.

Capitulum Bosnense concordiam inter Ladislaum, filium de Derzk, et alios consanguineos eius, Valentinum item filium Georgy de Kechinye, ac suos, ratione sex sessionum controuersarum peractam exhibet. Datum tercio die festi natiuitatis Beati Joannis Baptiste. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinto decimo."

Ibidem Charta exesa, et obliterata.

CCLXIX.

Hungari, qui Concilio Constantiensi interfuerant. A. 1415.

Patres Concilii Constantiensis Anno MCDXV. VII-a Februarii decernunt 1). praeter Episcopos, Praelatos, et Abbates, praesentes etiam Sacerdotes, Theologiae Doctores tum Juris vtriusque Magistros Reges, Principes horumque ablegatos hos tamen vltimos, in schismatis duntaxat, ac reformationis negocio iure suffragii pollere; 2). Vota non personarum, sed nationum censenda esse: 1). Gallicae,

2). Anglicae, 3). Italicae, 4). Germanicae, 5). Hispanicae. Hungari Germanis adnumerati, intererant:

1). Ex ordine Episcoporum: Joannes de Kanisa Strigon. Andreas de Brentiis Colocen. item Spalatensis, Jadrensis, et Ragusinus, Archiepiscopi. Simon de Dominis Tragurien. tum M. Varadinen. Wesprimien. Vaciensis, Nonensis Episcopi cum tribus episcopis Suffraganeis.

2). E Praelatis: Nicolaus S. Benedicti de iuxta Granum, Consiliarius Regis Sigismundi, Thomas SS. Trinitatis de Siklos, Franciscus S. Saluatoris de Kapornak, Henricus de Alben. de Kolosmonostor O. S. Benedicti; Christianus de Pilis O. Cistercitarum, Abbates. Praepositi: Benedictus Alba-Regalen. V. Cancellarius regius; Georgius S. Nicolai extra muros Alben. Secretarius Cancell. regius; Dominicus M. Varadinen. Petrus Strigonien. Ladislaus Csetneki S. Gregorii de viridi campo Strigonien. Joannes Usk Quinque-Ecclesien. Georgius Késmarki S. Adalberti de Jaurino; — Albertus de Nagy Mihály Prior Auranae; Petrus Szirmay, Comes Capellae regiae; Petrus Eördögh Parochus Nagy-Bányensis.

3). Theologi: Lampertus Praepositus Maior Capituli Vetero Buden. Henricus Praepositus B. M. V. de nouo monte Pest; Simon Clostein, vna Physicus; Anfandus de Jadra, Mr. Joannes Mode Lector Cap. vetero Buden. vna Canon. M. Varadien.

4). Doctores Juris vtriusque: Joannes Szluncz, Buden. Thomas Canon. Strigonien, Matthaeus Diernach, Thomas Alben. Transiluan. Nicolaus Biznaw, Thadaeus de Vimercato, et Petrus Belényes, AA. LL. Magister.

5). E Baronibus ac Proceribus regni: Nicolaus de Gara Palatinus, Comes Philippus de Ozora, Philippus de Korogh, Joannes de Kanisa; Archiepiscopi Strigon. nepos; Joannes de Han et Alben; Petrus C. de Sancto Georgio, ac de Bazin; Franciscus Nadasdi de Corbauia; Nicolaus ac Ladislaus de Peren; Domini Stephanus ac Georgius de Rozgon. ensiferi regii; Nobiles Bebek, de Palócz, de Marczaly, de Csudar, de Losoncz, de Kusal, de Gál Széch, de Nagy Mihály, de Stara, de Eördögh, de Pongrácz, de Thibay, de Szirma.

6). Deputati Ciuitatum: Poson. Tyrnau. Sopron. Buda, Cassouia, Alba-Julia, Corona, Claudiopoli, Belgrado, ac Kiryla Moldauiae.

Magnatum quilibet duxit secum milites numero 3. 10. 20. 30. A. Ep. Strigon. 160. Palatinus 300. Rex 1000: regina totidem. V. Von der Hardt Tomo II. p. 224—237. Verzeichniss der Vngern auf dem Costnitzer Concilio; in ungerischem Magazin Band IV. S. 236. folg.

Concilium Constantiense Wladislaum, Poloniae regem, datis ad eum litteris, obtestatur, vt seposita, tantisper quae illi cum Magistro ordinis Teutonici intercesserat, lite, Hungaris, ad reprimendos Barbaros, auxilio esse vellet. Anno MCDXV.

Apud Dogiel. Tomo I. p. 50.

Idem Concilium Astensem Episcopum in Hungariam ablegat, vt animos cladis magnitudine fractos, facta subsidiorum spe, erigeret. Anno M-CDXV.

Apud Martene, Thes. anced. Tomo II. col. 1643. (Non inueni.)

Wladislaus Rex Poloniae nuncios mittit ad Christem, magnum Turcum, et alios ad Bosnam, ad

Herwoy. nisi inducias cum Hungaris inirent, et captiuos dimitterent, bellum a se et Sigismundo, vnitis viribus gerendum, sibi indictum scirent. Anno MCDXV.

Ibidem col. 1652. Haec ad Concilium relatio praeque citato loco non inuenitur.

CCLXX.

Comitatus Crisiensis, in facto potentiae, inquisitoriae. A. 1415.

Nos Nicolaus B — et Matussaël (sic) Vice Bani et Comites Crisiensis Comitatus, ac Judices Nobilium eiusdem Comitatus memoriae commendamus. Quod cum nos ad instantem peticionem Petri, fily Stephani, et Andre Stephani, filiorum eiusdem de Kamarcha, Andream filium Dyonisy de Clehochowecz et Stephanum filium Jacobi de P a l i s h n a, duos scilicet ex nobis Judicibus nobilium ad infrascriptam inquisicionem, faciendam legitime destinassemus; tandem ydem ad nos exinde reuersi, nobis concorditer retulerunt in hunc modum: quod ipsi ab omnibus, a quibus decuisset et licuisset, palam et occulte inquirendo, talem de infrascriptis meram et omnimodam sciuissent veritatem, quod — Frank Castellanus viri magnifici W — — Vaiuode, per ipsum in Castro Zenthgywrgh nominato constitutus, ex commissione et voluntate dicti Domini sui, missis Nicolao, dicto Fodor, et Francisco officialibus suis de Zredytha, ac Nicolao dicto Wayvoda, in possessionem provitvay (?) vocatam, con — vniuersis populis et Jobagyonibus in predicta Zredistha commorantibus, ad possessionem ipsorum Zdemisthay vocatam, feria tercia proxima ante festum penthecostes proxime preteritum, vbique vniuersa pecora, pecudes, ac res et bona Jobagyonum ipsorum recipiendo, et

depelli faciendo, quomodo ipsorum placuisset voluntati, fecissent propria sua et dicti Domini sui potentia mediante, in praeiudicium prefatorum Petri, fily Stephani, ac Andree, et Stephani filiorum eiusdem valde magnum. Datum Crisy feria quarta proxima ante festum Sancte Trinitatis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinto decimo." L. trium sigillorum dorsaliter impressorum.

E charta orig. Nic. Jankovics. Scriptura admodum obfuscata et exesa.

Anno 1416.

CCLXXI.

Sigismundus R. H. contra Joannem, filium Nicolai, olim Palatini, de Felső Lindwa, potentiarium per Capitulum Zagrab. inquiri iubet. A. 1416.

Magnifico viro Dauid filio Lachk de Zantho, regni Sclauonie Bano, amico eorum honorando Capitulum Ecclesie Zagrabien. amiciciam paratam cum honore. Nouerit vestra Amicicia, nos litteras inquisitorias pariter et euocatorias, Serenissimi Principis, Domini Sigismundi, Romanorum regis semper Augusti etc. ac Hungarie etc. regis, Domini nostri naturalis, cum omni obediencia, recepisse in hec verba: Sigismundus, Dei gracia, Romanorum Rex semper augustus, ac Hungariae etc. Rex. Fidelibus suis Capitulo Ecclesie Zagrabiensis, salutem et graciam. Dicitur nobis in persona Johannis, fily Nicolai de Ludbregh, quod Paulus de Posegawar, Petrus Fekethew, et Mathyas Bessenew dicti, officiales Johannis, fily condam, Nicolai Palatini de Felsewlindwa, in possessione Slawynya vocata, constituti, vna cum Jobagyonibus eiusdem, videlicet Johanne vil-

lico, Emerico filio Mathei (enumerantur ad viginti) et alys compluribus populis ipsius Johannis ex speciali mandato eiusdem Domini ipsorum, die dominico proxime ante festum Beati Mychaëlis Archangeli, nunc preteritum, ad quamdam vineam ipsius Johannis de Ludbregh, in territorio dicte possessionis habitam, irruentes, homines et Jobagyones, ipsam vineam colligentes, enormiter verberari, ac vina dicte vinee, nec non dolea et alia instrumenta inibi necessaria et existencia, recipi et asportari fecissent, potencia mediante, in dampnum et preiudicium ipsius Johannis de Ludbregh valde magnum que sic facta fore asserit se idem Johannes certis litteris inquisicionalibus posse comprobare. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Petrus de Ebrecz, vel Paulus aut Nicolaus, sin Stephanus de Eadem, seu Jacobus filius Petri de Orbanocz, seu Laurencius filius Petri, neue Nicolaus de eadem, alys absentibus homo noster, euocet prefatum Johannem filium condam Nicolai, de Felsewlyndwa, contra annotatum Johannem, filium Nicolai de Ludbregh, in presenciam regni nostri Slauonie Bani, in sedem Crisiensem, ad terminum competentem, racionem premissorum redditurum, litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, prefatos familiares ipsius impossessionatos, et iobagyones eidem statuere committendo. Et post hec premisse euocacionis seriem cum nominibus euocati, et statuere commissorum, eidem Regni nostri Sclauonie Bano, more solito, rescribatis. Presentes autem sigillo nostro maiori, quo vt Rex Hungarie vtimur, fecimus consignari. Datum in Chaktornya die dominica proxima post

festum beati Valentini martyris Anno Domini Millesimo quadringentesimo sedecimo. Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. XX. nono. Romanorum vero sexto. Nos itaque mandatis Domini nostri Regis semper obedire cupientes, vt tenemur, vnacum prefato Laurencio, filio Petri de dicta Orbanoch, homine ipsius regie Maiestatis, in praedictis litteris inter alios nominatim conscripto, hominem nostrum videlicet discretum virum Dominum Gregorium de Dombro, chori ipsius ecclesie nostre prebendarium, ad prescriptas inquisicionem et euocacionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem ad nos exinde reuersi, nobis concorditer retulerunt eo modo: quod ipse homo regius dicto nostro presente, feria secunda, proxima post dominicam ramis Palmarum nunc praeteritam, a nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusuis status et condicionis illarum parcium hominibus, a quibus licuisset et decuisset, palam et occulte, diligenter inquirendo, omnia premissa et queuis premissorum singula, sic et eodem modo, per annotatos Paulum, Petrum, et Mathiam, officiales ipsius Johannis fily condam Nicolai Palatini, de speciali eiusdem Johannis fily Palatini, domini ipsorum mandato, acta, facta et perpetrata fuisse et esse, resciuisset, prout ipsi Domino nostro regi conquestum extitisset, et prout tenor litterarum eiusdem domini nostri regis continet predictarum, facta itaque huiusmodi inquisicione prelibatum Johannem filium Nicolai Palatini de porcione sua possessionaria in possessione Zlanyinya vocata, habita, contra prelibatum Johannem filium Nicolai de Ludbregh, die eodem vestri in presenciam, in sedem Crisiensem ad octauas festi beati Georgy martyris

proxime preteriti euocasset, racionem premissorum redditurum, litis pendencia, si qua foret intra ipsos non obstante, prelibatos familiares impossessionatos et iobagiones eiusdem statuere committendo. Datum sexto die Inquisicionis et citacionis predictarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo sedecimo supra dicto. L. S.

E charta orig. Nicol. Jankovich. Titulus: Regni Sclauoniae Bano in sede Crisiensi etc. in forma clausa.

CCLXXII.

Capitulum Scepus literas suas transumit, quibus literas suas de anno 1369. editas metales possessionis Kadoma, in Comitatu Ujwar existentis pro Joanne filio Vz emanatas anno 1325. per extensum transcripserat. Octaua festi Beati Martini Confessoris Anno MCDXVI.

Indidem.

CCLXXIII.

Barones et Magnates regni Barones quatuor et alios bello in Bosnia captos, ex lucro Camerae, et priuatorum collectis in libertatem asserunt. A. 1416.

Vniuersis et singulis Dominis Praelatis, Baronibus, Proceribus, Militibus, Clientibus, Item Abbatibus, Prioribus, Custodibus, Capitulis, Praepositis, et quibusuis viris ecclesiasticis, religiosis aut secularibus, Dominis et possessiones habentibus, intra regnorum Hungariae et Sclauoniae ambitum constitutis et existentibus, Fratribus et amicis eorum honorandis, Johannes Gara, Nicolaus de Trentwl, condam Magistri Tauarnicorum, Petrus Cheh de Lewa Magister Agazonum, Dyonisius de Marczaly,

alias Comes Siculorum, Georgius filius Petri de Dombo, Thomas de Symigio, Mathaeus de Czikator, Paulus de Batha Abbates, Item Georgius Lorandi, Domini Piponis de Ozora, Comitis Themesiensis, Blasius Emerici de Ders, Domini Philippus de Korogh Joannes Byka, Domini Nicolai filii condam Palatini de Gara, Joannes Custos de Dyako, Dominorum Reuerendissimi in Christo Patris Benedicti Episcopi Ecclesie Boznensis, ac Danielis, filii Laachk de Zantho, Bani regni Sclauonie, Item Stephanus filius Nicolai: sua et ipsius Nicolai, Pauli et Petri patruelium suorum de Zeech, virorum scilicet Magnificorum in personis, nec non Nobiles potiores Comitatuum de Baranya et Walko, habitis certis litteris Dominorum viri reuerendissimi in Christo Patris Eberhardi Episcopi Zagrabiensis; item Ladislai et Emerici Banorum Machouiensium, ac Deseu de Gara, super tractatu infradeclarando, consensum generalem exprimentibus, salutem fraternalem et amicitiae debitum incrementum. Domini Fratres et amici honorandi. Noueritis quia vestras non dubitamus fraternitates et amicitias recordare, quomodo nobis nuper, videlicet non longe ante similem generalem conuocationem pro certis factis Domini nostri Regis Budae constitutis, et existentibus habito colloquio certas de et super modo liberandi et redimendi alios fratres et amicos nostros per paganos et Turcos infideles, vt nostis captos, praecipue inter alios, viros magnificos Dominos Johannem de Maroth, Martinum Banum, Johannem de Halap (?) et Petrum Henrici de Zepes, non exigui, sed grandis status et honoris personas, aliosque, vt praefertur, in regno Bozne vinctos vel alias comprehensos, habuimus tractatus, feruenti animo effectui mancipare,

compromissos, magnificumque virum et Dominum Petrum Cheh praenotatum ipso consilio communi et voluntate, ad Principem, illustrem Dominum Despotum, Ducem Rasciae super eo tractaturum transmisimus, qui nunc die communi statuto et ordinatione nobis hic Quiqueecclesiis congregatis, nostrum in medium redeundo pleno retulit sermone, quod prelibato Despoto referente, idem infallibiliter percepisset, vt praefati Domini Barones, nisi citius et solertiori cura — impery Christianorum Imperatoris, captiuitate liberarentur ac redimerentur, pro sexaginta quinque millibus florenorum auri, pro quibus conuentio pro ipsorum capitum libertate irremissibiliter facta fore dignosceretur, extunc modica huiusmodi dilatione superueniente, perpetuae captiuitatis et perdicionis catenas euadere non valebunt, praesertim si Dominum nostrum regem Hungariae reuerti contigerit, quem vt optimus Deus gloriose, prospere, ac feliciter reducat, et eundem cum ipso Christi — — — acciderit. Nam quantum omnes quatuor Barones praescripti ad praesens tantum nec eorum vnus redimi etiam minimus in futurum posse speratur. Ideo praeuia ratione super praemissis amplius tractantes, de vestris fraternitatibus et amicitys indubie confidendo, quas praesentibus affectibus, quibus possumus, requirimus et ortamur amplioribus, quatenus in tam salubris et honesti facti ordinationem pro Christianitatis ac totius regni decore, et restauratione fiendam, non a nobis separari, sed potius pro Christi nomine et honore sancte corone, nobis assistere dignemini auxiliantes; ordinauimus et consulte, proút nostris patuit sensibus, vnanimi voluntate et consensu parili disposuimus, quod nostrum et vestrum quilibet sex-

tam (?) nonam monetae lucri camerae regalis super suos Jobagiones imponendo, seu imponi faciendo, eandem exactam pecunia et moneta non vitiosa in possessione Futhak ad manus magnifici viri, Domi-Johannis de Gara, ac nobilis viri Michaëlis, filii Stephani, per certum suum hominem praesentari facere velit, et dignetur. Eo dempto, vt quilibet, sicuti praemittitur, tante fraternitatis et amicitiae ob respectum etiam propria scrinya reserando, iuxta sue possibilitatis statum, huiusmodi redemptionis pecunie sumpmam augmentare intuitu praemissorum velit ex caritate eo modo, vt vos Domini Praelati, Barones, Proceres, milites et ceteri prescripti, de partibus superioribus ad festum Sancti Galli nunc affuturum, nos vero de partibus inferioribus ad festum Sancti Michaëlis Archangeli proxime venturum, praenotatam summam pecunie modo premisso dispositam, suum per hominem fideliorem, locum ad praescriptum transmittere velit, atque curare dignetur; quia vti praefatus magnificus Vir Petrus Cheh retulit, ipsi sexaginta quinque mille flor. auri in toto, antequam praelibati Domini quatuor Barones emitti debebunt per ipsum Despotum vel eius et praescripti Imperatoris amicorum hominem, in dicta Futhak fient reuidendi, et sic debita recipi et leuari sub cautela; Eo etiam ita disposito, et ordinato, quod dum praemissa sumpma pecunie de ipsis collectis et aliis addimentis prouenlendis ac pecuniis ac bonis, quas et quae dicti captiui pro eorum redemptione iuxta ipsorum possibilitatem de eorum propriis habere potuerint, modo praemisso sint et possint (?) ex tunc visa eius quantitate, etiam ceteros captos in Bozna et alias existentes, ac reperiendos, duxerimus celerius redimendos. Vt autem huius rei

seu facti necessaria executio melius expediatur, et cicius, ad sollicitatem exactionis et exigi factionis premisse taxe et aliorum constitutimus, et ordinamus Magnificos, strenuos, et nobiles viros, infra nominandos; Item ad Sclauoniam Dominos Eberhardum Episcopum Zagrabiensem et Dyonisium de Marczaly, ad Comitatum Simigiensem eundem Dominum Dionysium de Marczaly, ad Zaladiensem, Castriferrei, et Soproniensem Comitatus Dominos Nicolaum et Petrum de Zeech, ac Joannem filium Pethew; ad Comitatum Tolnensem, Dominum Piponem, item ad Wesprimiensem, et Jauriensem, Comitatus, Dominos Ladislaum et Emericum Banos Machouienses, ad Posoniensem Comitatum Dominos Georgium et Nicolaum Groph de Bozyn, ad Comitatum Nitriensem Petrum Forgach dictum, ad Comitatum Thr.enchinen. Dominum Styborich filium condam Stybory Wayuode; ad Comitatum Borsyensem et Honthensem Dominum Petrum Cheh, ad Comitatum Newgradensem, Georgium filium condam Leustachy Palatini; item ad Pesth et Pilis Comitatus Stephanum Compolth, ad Comitatus Zilagh et Zathmar Jankonem filium Jaakch, ad Comitatum Ungh et Beregh Mathaeum de Pallocz, ad Comitatum Hewes, Bihar, Zaboch, Borsod, eum Matheum, et et Ladislaum, filium Emerici Waywode de Perzeech (?) ad Comitatum Zemlinen. Emericum de Peren, ad Comitatus Thurucz, et Lipto, Zepes, et Saros Johannem magnum, Magistrum Tawarnicorum, et alterum Johannem de Rozgon, item ad Comitatus alios in partibus superioribus habitos, quorum nomina ipnoramus, vniuersaliter praefatos, Magistrum Tauernicorum, Emericum de Peren, Joannem de Rozgon, Georgium, filium Palatini, Matthaeum de

Paloch, et Ladislaum filium Emerici Waywode, Item ad partes Transyluanas Dominos Stephanum Episcopum Transyluan. Nicolaum de Chaak, Waiwodam, Michaëlem filium Salamonis, Comitem Siculorum; ad Comitatus Bekes, Bihor, et Zolnok, eumdem Nicolaum de Chaak, cum Georgio fratre suo; ad Comitatus Themes, Zarand, Chongrad, Orod, Chanad, Krasso, Kewe, ac Thoronthal, Sigismundum de Losonch, Nicolaum et Simonem de Macedonia, Michaëlem filium Pauli de Kerekeghaz, Petrum filium Posa, Nicolaum Treutul, alias Tauernicorum regalium Magistrum, Item ad Comitatus Walko et Syrimio, Danielem filium Laachk, regni Sclauoniae Banum, Desew de Gara, Philippus de Korogh, Dominos et Petrum filium Michaëlis de Mykola. Datum Quinqueecclesiis feria sexta proxima ante festum natiuitatis Virginis gloriose. Anno Domini millesimo, quadringentesimo sedecimo."

Locus octo sigillorum cerae viridi, charta alba obductae, impressorum. Originale tenet Nicolaus Jankovich. — Et Wladislai Poloni intercessio, et haec Magnatum ac Procerum in Barones captos pietas, incassum videtur fuisse suscepta: bellum enim anno hoc inter Turcos et nostrates recruduit: „Lectae fuerant tres litterae, missae Domino regi (in Anglia agenti) per fideles suos de Ungaria, in quibus continebatur, — quod Turcae valde damnificarent quaedam regna Ungariae et hoc ad suggestionem Venetorum, qui praestitissent eis 600 balistarios, et bombardas, seu pixides et victualia etc." — Apud Martene anecd. tomo II. col. 1632. Ast vice hac Hungari cladem anno priore acceptam reddiderunt: „Oratores uniuersitatis Colonien. ad concilium Constant. nunciant: insuper venerunt noua de Hungaria quod Hungari habuissent magnum triumphum contra Turcos." Ibid. c. 1665.

CCLXXIV.

Nicolai de Gara Palatini metas trium possessionum Ozlar, Uylak, ac Budavárimusth accomodantis. A. 1416.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Cumanorum memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit univers. Quod Blasius de Temerken pro Ladislao filio Ladislai alias Bani de Gardova, cum procuratoriis Litteris Conventus Simeghiensis iuxta continentiam Litterarum ejusdam Conuentus citatoriarum, et reambulatoriarum in octavis festi beati Georgy martiris proxime preteritis in figuram nostri Judicii comparendo contra Jacobum filium Nicolai de Kevezteur, et Emericum filium eiusdem, quasdem litteras dicti Conventus citatorias formam possessionarie reambulationis contradictorieque inhibitionis, et Citacionis in se denotantes nobis ad amicabilem nostram litteratoriam petitionem rescriptas, tenorem que litterarum nostrarum dicto Conventui directarum verbaliter ipse habentes nobis, presentarat declarantes. Quod cum idem Ladislaus actor acceptis Johanne dicto Soos de Kwlked nostro et fratre Mych sacerdote ipsius Conventus hominibus feria quarta proxima post dominicam reminiscere tunc preteritam, ad faciem possessionis sue Wylak vocate vicinis, et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo eandem suam possessionem Wylak vocatam, a parte possessionis Ozlar vocate prefatorum Jacobi, et Emerici reambulare novasque metas iuxta veteres per eosdem nostros et ipsius Conventus homines erigi facere cursibusque earundem metarum eandem possessionem Wylak sibi statui facere voluissent, tunc inter alios prohibitores Iidem Jacobus et Eme-

ricus ibi personaliter adherentes hujusmodi metarum erectioni et statutioni contradictores obviassent. Ob quam contradiatoriam inhibitionem ydem nostri, et ipsius Conventus homines eosdem Jacobum, et Emericum, Ibidem et eodem die contra annotatum Ladislaum filium Ladislai ad dictas octavas festi beati Georgy Martiris nostram in presentiam citavissent. Quibus presentatis Idem procurator dicti actoris in persona ejusdem racionem premisse contradictorie inhibitionis assignari postularat per Jacobum et Emericum antedictos. Quo audito idem Emericus pro se personaliter, et pro annotato Jacobo Patre suo cum procuratoriis litteris dicti Conventus in nostram exurgendo presentiam responderat eo modo quod ipse premisse possessionarie reambulationis, et metarum erectionis dicto actori fiende ipsi pro eo fecissent prohibitionem prenotatam quia idem actor per premissam suam possessionariam reambulationem, et metarum erectionem magnam terrae particulam, de predicta possessione eorum Ozlar vocata occupare, et ad dictam suam possessionem Wylak vocatam adnectere voluisset. Cum tamen easdem possessiones Wylak et Ozlar terre seu possessiones Episcopatus Ecclesie Vesprimensis nec non Budavarimuzt Capituli Ecclesie Budensis mediaret. Hoc audito magister Eligius Canonicus dicte Ecclesie Budensis pro Capitulo eiusdem ecclesie cum procuratoriis litteris ejusdem Capituli nostram exurgendo in presentiam, et ipsius Capituli causam in eandem inmiscens litteras Domini Detrici Bubek de Pelseutz pridem similiter Palatini in Wisegrad, vigesimo octavo die, octavi diei quindenarum festi penthecostes, Anno Domini millesimo trecentesimo nonaocesimo septimo privilegialiter emanatas nobis pre-

sentarat. In quarum tenoribus inter alia vidimus contineri eo modo. Quod legitimam procuratorem prepositi et Capituli Budensis acceptans Myeh de Dench Domini Leustachy pridem Palatini, et fratre Andrea dicti Conventus hominibus ad faciem portionis possessionarie prescripte Ecclesie Budensis Budavarimuzt vocate in Comitatu Simegiensi existente, nec non piscinarum terrarumque arabilium portionem ad eandem spectantium vicinis, et commetaneis suis universis illuc legitime convocatis accedissent, eandem portionem possessionariam Budavarimuzt appellatam utilitatesque eiusdem perscriptas per has metas reambulassent, et ab aliorum Juribus distinxissent. Quod primo incepissent prope villam nobilium de Cholos a parte occidentali in longitudine unius Jugeris terre ubi metam terream erexissent a parte possessionis Ozlar a parte meridionali ab hinc versus partem occidentalem per modicum spatium directe procedendo metam terream elevassent, deinde flectendo versus plagam septemtrionalem per modicum spatium eundo metam terream cumulassent, abhinc vertendo versus plagam occidentalem per modicum spatium girando pervenissent ad unam magnam viam penes quam in loco spinoso metam terream elevassent, deinde ad eandem plagam occidentalem per unam viam procedendo juxta easdem spinas ad longitudinem unius Jugeris terre pervenissent ad aliam viam circa quam a parte occidentali invenissent unam metam antiquam, penes quam aliam metam fecissent, et ultra eandem viam a parte occidentali aliam metam terream fecissent, abhinc ad eandem viam per bonum spatium procedendo sub quadam arbore piri in eisdem spinis exeunti metam terream elevassent, deinde per antiquam viam in

eisdem spinis versus eandem plagam occidentalem procedendo pervenissent ad aliam viam haduth, penes quam a parte orientali metam terream cumulassent. Abhinc versus partem septemtrionalem per eandem viam Haduth per modicum spatium transeundo circa eandem a parte orientali metam terream erexissent, deinde per bonum spatium ad eandem partem occidentalem directe procedendo pervenissent ad quasdam terras arabiles iuxta quas metas terreas erexissent. Ab hinc versus partem septemtrionalem per parvum spatium eundo metam terream fecissent, deinde versus partem orientalem per bonum spatium transeundo pervenissent ad unam magnam viam per quam iretur de possessione Marcali ad possessionem Kerezteur, penes quam a parte occidentali metam terream cumulassent, et ultra eandem a parte orientali aliam metam terream elevassent, de hinc per parum procedendo ad meridiem pervenissent ad unam magnam viam ubi iuxta eandem a parte occidentali metam terream elevassent, abhinc versus partem meridionalem in eadem via procedendo pervenissent ad aliam viam inter quas a parte orientali metam terream elevassent, de hinc versus partem orientalem per bonum spatium procedendo pervenissent prope villam nobilium predictorum ubi metam terream fecissent, abhinc versus meridiem procedendo pervenissent ad primam metam ubi quando quidem mete supradicte semper ad partem meridionalem separarent possessionem Ozlar Jacobi fily Nicolai de Kerezteur a parte occo septemtri..ali possessionem Csolta nobilium de eadem, .tem quatuor Jugera terre nostre Regalis mensure prediose Ecclesie Budensis intra metas ejusdem possessionis Ozlar exirent taliter dixissent, quod ea-

dem terra a partibus orientali occidentali, et septemtrionali terre annotate possessionis Ozlar, a parte autem meridionali terre possessionis Zeplak Capituli Ecclesie Vesprimiensis conterminaretur. Item metas eiusdem particule terre dicte Ecclesie Budensis hoc ordine separassent, quod inciperet iuxta vineas quasdam a parte meridionali in fine ejusdem jugeris terre ubi a parte occidentali metam terream erexissent. Et abhinc ad partem orientalem directe per bonum spatium eundo pervenissent ad quoddam spinetum in eodem metam terream fecissent, deinde ad partem meridionalem inter terras arabiles parvum spatium eundo attigissent arborem Nucis subtusquam metam terream fecissent, deinde directe ad eandem plagam meridionalem in finibus quarumdam terrarum arabilium metam terream cumulassent, abhinc vertendo ad eandem plagam occidentalem, in finibus earumdem terrarum arabilium, per parvum spatium girando, pervenissent ad dictum spinetum, ubi in eodem metam terream angularem fecissent. Abhinc vertendo ad partem septemtrionalem transivissent, ad priorem metam, ubi incepissent, ibique terminassent, quequidem mete a partibus occidentali, et septemtrionali separent portiones possessionarias annotati Jacobi de Kerezteur, a parte autem orientali possessionarie portiones dicti Episcopi Ecclesie Vesprimiensis, et filiorum magistri Thome, in parte meridionali possessionarie portiones dicti Episcopi Ecclesie Vesprimiensis sequestrarent. Item metas piscine Wedeutava vocate dicte Ecclesie Budensis, hoc ordine distinxissent. Quod inciperetur a plaga occidentali in loco Sembakna vocato in contigua vicinitate piscine Stephani, et Johannis filiorum condam magistri Tho-

me. Abhinc per modicum spatium iret versus partem septemtrionalem ad unum angulum Juxta metas Hangyaslaph ac quasdam arbores populeas vulgo Nyarfa nominatas. Inde transiret versus plagam orientalem, et septemtrionalem iuxta piscinas Jacobi fily Nicolai de Kereztheur, et filiorum Trepk deinde per bonum spatium pervenirent ad unum lacum acialem versus eandem partem orientalem per — ad Clarum copus dicte piscine, quem ydem fily Trepklapur, esse nominassent, dehinc versus meridiem girando per bonum spatium eundo ad quamdam viam navigialem applicuissent, perquam rectius procedendo pervenissent ad unam Sark vocatum piscine Nagzad, deinde per modicum spatium progrediendo ad locum Hegyeslaph perenissent, et abhinc per eandem plagam meridionalem per magnum spatium progrediendo pervenissent ad terram Kuizephomokheg appellatam a fine cuius a plaga occidentali adiacenti declinando per eandem plagam occidentalem per longum spatium girando pervenissent ad quemdam locum Wedeunada nuncupatum, abhinc ad partem septemtrionalem per bonum spatium eundo ad unum angulum Kislik vocatum pervenissent, deinde ad partem orientalem reflectendo per unam viam navigialem per bonum spatium eundo venissent ad locum Magyalaslaph appellatum. Qui quidem locus a predicta meta Sombokra tenderet versus partem meridionalem, et segregaret a piscina prefatorum Stephani, et Johannis, et ibi terminassent, quequidem mete prefate piscine semper ad partes meridionales, ac occidentales separarent prefatis Stephano, et Johanni filys Thome a parte septemtrionali separarent prefato Jacobo filio Nicolai, a parte autem orientali separarent prefatis fi-

lys Trepk. Item unius particule piscine metas hoc modo reambulassent. Quod primo incepissent, a quodam loco arabili vulgo Lapos, ubi quedam arbor parva vulgo ebefa apparuisset. Ad clarum copus — — dicte piscine Bedeutava predicte, a dicto angulo usque dictam metam Sembakra exeunti non modicum distante in parte septemtrionali versus piscinam annotati Jacobi fily Nicolai adjacente. Abhinc per bonum spatium ad partem meridionalem procedendo pervenissent ad quemdam locum, quem procurator annotatorum Stephani, et Johannis Kereknad nominasset. Abhinc per magnum spatium eundo pervenissent ad finem dicte terre Kerekhomokhegy nominate a parte occidentali adjacentem Abhinc ad partem occidentalem reflectendo, et per magnum spatium eundo pervenissent ad prefatum locum Hegyeshalaph et Sark appellatas dicte pricine Vogyad. Et abhinc ad dictam viam navigialem, pertranseundo per clarum gremium sepefate Piscine Bedeutava usque ad quemdam lacum acialem vulgo Lapur dictum In quo arbor ebefa apparuisset, processissent. Et abhinc per bonum spatium ad plagam occidentalem usque piscinam prefatorum filiorum Trepk adiacentem, ibi ad Clarum copus, dicte piscine Beteutava procesissent. Et quia premissis omnibus et singulis earum dempta piscina piscature quatuor hominum sufficienti cui Johannes magnus in personis Johannis, et Stephani filiorum Thome objecissent nemo alter contradixisset. Ideo ipsi Palatinalis, et dicti Conventus homines ipsos Prepositum et Capitulum in dominio eorum reliquissent, prefatam autem piscinam piscature quatuor hominum sufficientem prefati Prepositus et Capitulum a Juribus dictorum filiorum Thome mediante iuramento eorum per cur-

sus metarum similiter litteris in eisdem contentarum pro se rectificassent quas prefatus Detricus Palatinus, pro ipsis Preposito, et Capitulo patrocinio dicti sui privilegy ratificasset. Quibus demonstratis idem Procurator prefati Capituli Budensis allegarat tali modo: Quod idem Capitulum Budense dictam suam possessionariam porcionem Budavarimuzt, a prefatis possessionibus Wylak, et Ozlar per metas prescriptas secundum seriem dicti sui instrumenti metalis rectificare vellet. Et quia tam prefatus procurator annotati Ladislai actoris quam etiam memoratus Emericus in sua, et antelati Jacobi personis dictis litteris metalibus ipsius Capituli Budensis non obiciendo memoratas possessiones Wylak, et Ozlar ab eadem portione Capitulari sequestrare, et distinguere voluerit pro eo amicitiam dicti Conventus litteratorie petieramus diligenter, quantenus ipsorum mitterent homines pro utrisque partibus pro testimonys fidedignos, quibus presentibus homo noster infra declarandus de Curia regia per nos specialiter adhoc deputatus in quindenis festi beati Jacobi Apostoli tunc venturi, in diebus ad id aptis ad facies prefatarum possessionum Wylak Ozlar et Budavarimuzt parcium prescriptarum vicinis, et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, et presentibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo primo dictam portionem possessionariam Budavarimuzt ipsius Capituli Budensis per metas, et cursus metales in superioribus conscriptas procuratoris ipsius Capituli demonstrandas et ostendendas easdem metas si necesse fuerit a principio incipiendo a parte iam dictarum possessionum Wylak prefati Ladislai actoris et Ozlar predictorum Jacobi, et Emerici reambularet, et

ubique signis metalibus assignaret. Tandemque eandem possessionem Wylak a parte iam fate possessionis portionis Budavarimuzth, ipsius Capituli Budensis prescriptas metas per ipsum Ladislaum vel suum procuratorem demonstrandas et ostendendas plagas in loco eorundem servando peragrarent, et ubique signis metalibus consignarent, postmodum autem prescriptam possessionem Ozlar a parte eiusdem Possessionis Budavarimuzth per iam dictas metas secundum demonstrationem eorundem Jacobi, et Emerici vel ipsorum procuratoris peragraret, et ubique signis metalibus consignaret. Et si eedem partes in huiusmodi possessionum reambulationibus concordes fierent, et sibi invicem non contradicerent tunc possessiones partium a sese evidentibus metis ab invicem sequestrando relinquere committere eisdem — — — perpetuo possidenda. Si vero eedem partes in huiusmodi earum possessionum reambulationibus, et metarum demonstrationibus discordarent, tunc terrarum particulas inter parcium demonstratores in lite remanentes visa sui qualitate, fructuositate et valore, regali mensura mensurando vel visu considerando unacum alys probis viris semper pro se se, et singillative estimarent — condigno suo precio et valore regni lege requirente. Et ibidem hoc, que ipsarum parcium metas dicte sue possessionis, iuxta cursus predictarum metarum — — — et rectius ostenderent, et que ipsarum in dominio terre litigiose essent, et existerent, hoc etiam si prescriptas metas bono modo et apparenter invenire possent, et si ipsa portio possessionaria Budavarimuzth ipsius Capituli Budensis prescriptas possessiones Wylak ipsius Ladislai nec non Ozlar annotatorum Jacobi, et Emerici — — vel ne, hoc etiam

si possessio antelati Episcopatus Vesprimiensis inibi adjacentes dictas possessiones Wylak Ozlar et Budavarimuzth aliqualiter mediaret, et interciperet, aut aliquatenus contingeret, nec ne conscientiose reuideret. Et posthec ipsius possessionarie reambulationis metarum demonstrationis consignationis, revisionis, estimationis et statutionis seriem, ut fieret expediens ad octavas diei festi beati Jacobi Apost. tunc venturi nobis amicabiliter rescriberet Conventus antedictus. Tandem ipsis octavis instantibus prefatus Elegius Canonicus cum Decano dicte Ecclesie Budensis pro eodem Capitulo Ecclesie cum procuratoriis litteris eiusdem presente Georgio de Keer qui pro ipso Ladislao actore cum procuratoriis litteris dicti Conventus adherebat ad presentiam nostram veniendo litteras memorati Conventus Simegiensis nobis presentavit habentes hunc tenorem. Magnifico viro Domino Nicolao de Gara Regni Hungarie Palatino, et Judici Cumanorum, domino, et amico eorum honorando conventus monastery Sancti Egidy de Simigio amicitiam paratam cum honore. Vestra noverit amicitia nos litteras vestras adiudicatorias, nobis directas reverencia qua decuit recepisse, et iuxta earundem continentiam una cum magistro Valentino de Zentegyurgy homine, et notario vestro de Curia Regia per vos deputato nostros homines videlicet fratres Mych pro parte Capituli Budensis exigente. Item Johannes pro parte Ladislai fily Ladislai Bani de Gordova, nec non Sebastianus sacerdotes pro prefato Jacobo filio Nicolai de Kerezteur, et Emerico filio eiusdem in causa actorum ad ea que in eisdem litteris nostris adiudicatoriis continentur peragenda nostris pro testimonys destinassemus. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce

retulerunt. Quod ipsi in quindenis festi beati Jacobi apostoli proxime preteriti in diebus ad id aptis ad facies possessionum Wylak ipsius Ladislai fily Ladislai Ozlar annotatorum, Jacobi, et Emerici de Budavarimuzth, preattacti Capituli Budensis vicinis, et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, et prefato Jacobo Ladislao, et Emerico, nec non domino Nicolao Custode, et Decano legitimo procuratore eiusdem Capituli Budensis presentibus accedendo, primo dictam portionem possessionariam ipsius Capituli Budensis Budavarimuzth, vocatam per metas et cursus metales in dictis litteris vestris adiudicatoriis conscriptas plagas, et loca earundem servando per prefatum procuratorem ipsius Capituli demonstratas in terris arabilibus a principio incipiendo reambulassent, ipsasque metas ex eo quia dicte partes eisdem metis non contradixissent bene apparentes metas renovari faciendo, eandem sub cursibus metarum earumdem cum omnibus suis utilitatibus eidem Capitulo Budensi statuissent perpetuo possidere, tenere, pariter et habere, datum sexto die diei executionis premissorum, anno Domini millesimo quadringentessimo sextodecimo. Quibus presentatis quia ex serie earundem prescripti noster annotatique Conventus Simegiensis homines prescriptis videlicet partibus deputati, in prescripto per nos ad hoc deputato termino ad faciem dicte portionis possessionarie Budavarimuzth, annotati Capituli Budensis convocatis, commetaneis, et vicinis, prefatisque Ladislao Jacobo, et Emerico, ac Nicolao Custode, et Decano procuratoribus ipsius Capituli Budensis presentibus accesisse, eandemque per metas prescriptas, plagas, et loca earum servando. Idem procurator Capitularis in terris arabi-

libus a principio incipiendo reambulassent, Ipsasque metas ex eo quia dicte partes eisdem metis non contradixissent in bene apparentes metas erexisse, et sub cursibus earum dictam portionem Capitularem cum suis utilitatibus eidem Capitulo perpetuo statuisse, et relinquisse reperiebatur, nunc etiam tempore videlicet reportationis seriei premissorum renovationi metarum earundem per quempiam non extitit contradictum. Idcirco cum regni nobilibus nobiscum in Judicio sedentibus ipsam erectionem metalem eatenus quemadmodum perfecta extitit ratificantes, atque roborantes relinquimus et committimus, dictam portionem Capitularem prefato Capitulo Budensi, sub earundem metarum limitibus Jure sibi attinenti in perpetuum tenere, et habere auctoritate nostra Judiciaria mediante salvo Jure alieno. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendente authentici sigilli nostri munimine roboratas prefato Ladislao filio Ladislai Bani pro conservatione metarum dicte sue possessionis Wylak ex parte dicte portionis Capitularis inposterum facienda duximus concedendas. Datum Bude Tricesimo nono die octavarum festi beati Jacobi apostoli predictarum, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexto decimo supradicto.

Vastum hoc Diploma Membranaceum, sigillo zona viridi appenso iam deciduo, caetera bene conseruatum asseruat Nicol. Jankovich.

CCLXXV.

Constitutio Procuratoria pro Plebano de Karpona contra Praepositum de Bozok coram notario publico peracta. A. 1416.

In nomine domini Amen. Nouerint vniuersi, pre-

sens Instrumentum inspecturi, quod in nostri notarii publici et testium infrascriptorum presencia, personaliter constitutus venerabilis vir, dominus Johannes Quinqueecclesien. et Albaregalis Ecclesiarum Canonicus prebendatus, ac plebanus seu rector parochialis ecclesie de Korpona, Strigon. diec. reginalis Maiestatis Hungarie Vice Cancellarius sponte et ex certa sciencia, ad prosequendum et pertractandum causam seu causas huiusmodi, que vertitur, vertuntur, seu verti sperantur, inter ipsum et religiosum virum Dominum Paulum Prepositum de Bosowk, ordinis Premonstratensis, dicte dyoc. de et super decimis excrescentibus a quadam particula terre Preth vocata (Procuratores constituit per longum et latum Clementem Praepositum Chanadiensem, Demetrium de Azzonfalua Clericum Colocen. nec non reuerendum Patrem Episcopum Traguriensem, ac Benedictum Praepositum Albaregalensem, Wesprimien. Dioc. sedis Apostolice protonotarium, Joannem Quinqueeccles. Georgium Sancti Adalberti Jaurien. Lampertum veteris Budensis dicte Dioc. Wesprimiensis Prepositos, Dominicum Doctorem, Custodem et Canonicum Waradien. Joannem Stollberg, literarum Apostolicarum scriptorem et Mathiam — Olomucensis dioces. clericum, in solidum.) Acta sunt hec et facta in capella beati Georgii martyris in oppido Buden. Wesprim. dioce. predicte, sub anno natiuitatis domini M-o quadringentesimo sexto decimo, indictione nona, dominica, die quarta decima mensis Junii hora completorii, vel quasi. Apostolica sede pastore vacante, presentibus ibidem discretis viris Michaële Thome plebano de Czhasar, Wesprim. Michaële Anthonii, de Papa Strigon. et Blasio Benedicti de Newe Quinque-

ecclesien. Dioc. Clericis, testibus ad premissa vocatis, specialiter et rogatis. Et ego Emericus Nicolaus de Calnok Transiluan. dioec. clericus ac eiusdem Transiluan. Eclesie Canonicus prebendatus, publicus imperiali auctoritate Notarius, quia predictis procurat. constitucioni, creacioni, et ordinacioni, ratihabicioni, promissioni ab omni onere satisfaciendi et omnibus aliis et singulis, dum sic, vt premittitur, agerentur, et fierent, vna cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui: ideo presens publicum instrumentum per me scriptum, exinde confeci, signo ac nomine meis solitis et consuetis signaui, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus." L. Signi notarialis.

E membrana orig. eiusdem Nic. Jankovich.

Anno 1417.

CCLXXVI.

Sigismundus R. H. Stephanum Ep. Transilu. ac Ladislaum, filios Emerici de Upor, remuneratur. A. 1417.

Comissio propria Domini Regis.

Nos Sigismundus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Rex. Memorie comendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod nos qui ex suscepti regii regiminis officio celitus nobis credito, cunctorum nobis fideliter obsequentium laudabilia merita, et gesta virtuosa, digne recompensationis libramine solemus permetiri, eosque exinde fauoribus prosequi generosis, habentes debitum respectum ad praeclarae fidelitatis, et pure fidei constantiam, laudabiliumque, seruitiorum eximia me-

rita fidelium nostrorum sincere dilectorum. Reverendi in Xto patris Domini Stephani Episcopi Transiluan. nec non Ladislai filiorum Emerici de Upor, quibus ipsi a longinquis temporibus, postquam divina nobis concedente clementia solium, et gubernacula praedicti Regni nostri Hungarie feliciter adepti fuimus, veluti sincere fidelitatis zelatores nostris votiuis desideriis se continuo obtemperantes, In variis nostris, et praedicti Regni nostri Hungarie arduis negocys, et validis agendis, sicuti prosperis, sic et adversis, nedum per laudabilium constantis fidelitatis operum efficaciam, verum etiam mira consilii maturitate, et diligentia pervigili in diversis tractatibus regni, et regnicolarum nostrorum commodum et profectum summe tangentibus, sub diuersitate locorum, et temporum. Et signanter praefato Ladislao inter alia in duabus expeditionibus exercitualibus, contra inpiorum Turcorum dicti Regni nostri Hungarie, et nostrorum emulorum ac crucis Xti persecutorum morbidam rabiem, instauratis. In quarum una in Turkyam per eosdem Turcos abducto. Secunda vero similiter per eosdem Turcos in praedicto Regno nostro Bozne detento, ac dirae captivitatis mancipiatum incurrere non recusante, prouti etiam nunc, in ipso Regno nostro Bozne per nonnullos nostros emulos proch dolor vinctus tenetur, satis dire, plurimorum etiam suorum carorum familiarium, crudelem stragem, ac in captiuitatem ductionem, nec non magnum rerum suarum, et bonorum amissionem, minime advertente. Sed se pro nostri regii honoris exaltacione, ac regni et Regnicolarum nostrorum tuitione fideliter et intrepide exponens. Neque persone periculi, nilve rerum dampni curante, celsitudini nostre, et sacre ipsius Re-

gni nostri Hungarie corone se admodum gratos reddiderunt, et acceptos, et in antea hoc idem eo studiosius ipsos non hesitamus nobis velle exhibere, quanto ipsis nos reddiderimus in retribuendo promptiores. Cupientes itaque promissorum intuitu ipsos regalis magnificentie gratitudine ad presens uti in posterum promptis affectibus largius intendimus fauorabiliter amplecti. Licet multo maiora a nostra celsitudine mererentur enancisci, ut his visis eorum posteri similia fidelitatis opera regie sublimitati ferventius studeant exhibere. Quamdam posssessionem, seu terram Halaz aliunde Halazteleke nuncupatam habitatoribus destitutam in Comitatu de Zabowch, inter possessiones eorum Zabolch et Balsa vocatas existentem. In cuius dominio progenitores eorum. et fratrum ipsorum infrascriptorum ab olim pacifice persti issent, forent quoque et ipsi de presenti. Simul cum vniuersis suis utilitatibus, et pertinentiis, terris utputa arabilibus cultis, et incultis, silvis nemoribus, pratis, fenetis, aquis, paludibus, aquarumque decursibus. Et generaliter cunctis utilitatum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis, et antiquis limitihus, quibus actenus rite tenta fuit, et possessa, praefatis Domino Stephano Episcopo et Ladislao fratri eiusdem, et per eos Stephano filio Johannis filii prefati Emerici de predicta Upor, nec non alteri Stephano, Ladislao, et Petro filiis Jacobi dicti Fwlow de predicta Zaboch et fratribus eorum patruelibus, et condiuisionalibus. Ipsorum Ladislai, et Stephani, ac filiorum dicti Jacobi heredibus et posteritatibus universis denuo et ex nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus, et contulimus, imo ex certa nostra scientia ac Praelatorum et Baronum nostrorum nobiscum ad

rita fidelium nostrorum sincere dilectorum. Reverendi in Xto patris Domini Stephani Episcopi Transiluan. nec non Ladislai filiorum Emerici de Upor, quibus ipsi a longinquis temporibus, postquam divina nobis concedente clementia solium, et gubernacula praedicti Regni nostri Hungarie feliciter adepti fuimus, veluti sincere fidelitatis zelatores nostris votiuis desideriis se continuo obtemperantes, In variis nostris, et praedicti Regni nostri Hungarie arduis negocys, et validis agendis, siculi prosperis, sic et adversis, nedum per laudabilium constantis fidelitatis operum efficaciam, verum etiam mira consilii maturitate, et diligentia pervigili in diversis tractatibus regni, et regnicolarum nostrorum commodum et profectum summe tangentibus, sub diuersitate locorum, et temporum. Et signanter praefato Ladislao inter alia in duabus expeditionibus exercitualibus, contra inpiorum Turcorum dicti Regni nostri Hungarie, et nostrorum emulorum ac crucis Xti persecutorum morbidam rabiem, instauratis. In quarum una in Turkyam per eosdem Turcos abducto. Secunda vero similiter per eosdem Turcos in praedicto Regno nostro Bozne detento, ac dirae captivitatis mancipiatum incurrere non recusante, prouti etiam nunc, in ipso Regno nostro Bozne per nonnullos nostros emulos proch dolor vinctus tenetur, satis dire, plurimorum etiam suorum carorum familiarium, crudelem stragem, ac in captiuitatem ductionem, nec non magnum rerum suarum, et bonorum amissionem, minime advertente. Sed se pro nostri regii honoris exaltacione, ac regni et Regnicolarum nostrorum tuitione fideliter et intrepide exponens. Neque persone periculi, nilve rerum dampni curante, celsitudini nostre, et sacre ipsius Re-

gni nostri Hungarie corone se admodum gratos reddiderunt, et acceptos, et in antea hoc idem eo studiosius ipsos non hesitamus nobis velle exhibere, quanto ipsis nos reddiderimus in retribuendo promptiores. Cupientes itaque promissorum intuitu ipsos regalis magnificentie gratitudine ad presens uti in posterum promptis affectibus largius intendimus fauorabiliter amplecti. Licet multo maiora a nostra celsitudine mererentur enancisci, ut his visis eorum posteri similia fidelitatis opera regie sublimitati ferventius studeant exhibere. Quamdam posssessionem, seu terram Halaz aliunde Halazteleke nuncupatam habitatoribus destitutam in Comitatu de Zabowch, inter possessiones eorum Zabolch et Balsa vocatas existentem. In cuius dominio progenitores eorum. et fratrum ipsorum infrascriptorum ab olim pacifice persti issent, forent quoque et ipsi de presenti. Simul cum vniuersis suis utilitatibus, et pertinentiis, terris utputa arabilibus cultis, et incultis, silvis nemoribus, pratis, fenetis, aquis, paludibus, aquarumque decursibus. Et generaliter cunctis utilitatum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis, et antiquis limitihus, quibus actenus rite tenta fuit, et possessa, praefatis Domino Stephano Episcopo et Ladislao fratri eiusdem, et per eos Stephano filio Johannis filii prefati Emerici de predicta Upor, nec non alteri Stephano, Ladislao, et Petro filiis Jacobi dicti Fwlow de predicta Zaboch et fratribus eorum patruelibus, et condiuisionalibus. Ipsorum Ladislai, et Stephani, ac filiorum dicti Jacobi heredibus et posteritatibus universis denuo et ex nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus, et contulimus, imo ex certa nostra scientia ac Praelatorum et Baronum nostrorum nobiscum ad

presens existentium sano ad id accedente consilio damus, donamus, et confirmamus Jure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariterque et habendam omne Jus nostrum Regium, quod in huiusmodi possessione, seu terra Halaz, alias Halazteleke, quibuscunque modis, causis, et rationibus nostram quomodolibet concernere dignoscitur maiestatem, in predictos Dominum Stephanum Episcopum ac Ladislaum, et Stephanum nec non predictos filios predicti Jacobi, ac heredes, et posteritates, eorum supradictos penitus, et omnino de mera nostre regie potestatis plenitudine transferendo. Saluo iure alieno. Harum nostrarum vigore, et testimonio literarum. Quas in formam nostri priuilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Constantie Sabbato proximo ante festum beate Margarethe virginis, et martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo decimo septimo. Regnorum autem nostrorum annno Hungarie etc. tricesimo primo, Romanorum vero septimo. (L. S. Rotund.)

Originale Membranaceum, sigillum ab intus membrana cerae rubrae impressum, et charta alba tectum exhibet aquilam simplicem Brandburgicam, optime Conservatum asservatur in Archiuo Nicolai Jankovich. — Sigismundus ex Anglia reuersus Constantiam electionem noui pontificis ac synodi conclusionem promouit.

CCLXXVII.

Idem Sigismundus diuisionem inter Nicolaum ac Georgium Groff de Bazin pro Judices regni haud peractam in alios peragendam transmittit. A. 1417.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie, Dalmacie, Croacie

etc. Rex, fideli nostro Magnifico Petro de Peren, Judici curie nostre, Salutem et graciam. Expositum extitit maiestati nostre, graui cum querela, in persona fidelis nostri dilecti egregy Georgii dicti Groff de Bazyn, quod quamquam ipso pridem et Nicolao similiter dicto Groff de eadem Bazyn fratre suo carnali, in curia nostra Regia, in vestri ac Prelatorum et ceterorum Baronum nostrorum, aliorumque dicti regni nostri Hungarie procerum intrascriptorum presenciis personaliter astantibus et conuenientibus, Idem Georgius Groff, ab eodem Nicolao fratre suo carnali, de vniuersis et singulis rebus et bonis hereditariis, mobilibus scilicet et immobilibus, vtputa castris, ciuitatibus, oppidis, villis, possessionibus, porcionibus et iuribus possessionariis, ac ipsorum et earumdem vtilitatibus, et pertinenciis, aliisque eorum hereditatibus quibusuis, quouis nominis vocabulo vocitatis, vbilibet et in quibuscunque Comitatibus existentibus, ab ipsorum auis et progenitoribus ad ipsos duntaxat deuolutis, et redactis, iuxta vestram, nec non predictorum Prelatorum et ceterorum Baronum ac ipsius regni nostri Procerum adiudicacionem, et deliberacionem, diuisionem rectam et equalem perpetuo duraturam, habere voluerit; tamen ipsis superinde inter se plurimum discrepantibus, antefatus Nicolaus Groff diuisionem huiusmodi dare, adiudicacionemque et deliberacionem vestre ac prenominatorum prelatorum, baronum et procerum parere et obtemperare recusans, indeterminato fine abinde discessisset, in preiudicium ipsius Georgii Groff non modicum et damphum valde magnum. Et quia nos non obstante rebellione in hac parte ipsius Nicolai Groff in premissis eorum bonis hereditariis per fideles nostros nobiles et egregios

Petrum Forgach de Gymus, Comitatus Nitriensis Comitem, et Johannem filium quondam Symonis Bani, de Moriczhyda, ac honorabilem virum dominum Georgium Custodem Ecclesie Quinqueecclesien. presente honorabili domino Thoma Custode Canonico Ecclesie Zagrabien. vel magistro Fabiano Budensi, curie nostre notario speciali, predictam diuisionem rectam et equalem perpetuo duraturam celebrari facere intendimus, igitur fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, aliter nullatenus habere volentes, quatenus agnitis presencium continentiis, ampliori mandato nostro superinde non exspectato, si et in quantum huiusmodi adiudicacio et deliberatio per vos ac sepedictos Prelatos et ceteros Barones et proceres regni nostri predicti super huiusmodi diuisione nondum facte et perfecte extitissent et existerent, sicut et prefertur, prius (?) superinde, per vos etiam dictos prelatos et alios Barones et Proceres, regni nostri prescripti, sepe nominatos Petrum Forgach, Johannem filium condam Symonis Bani, ac dominum Georgium Custodem, adiuncto ipsis prenominato domino Thoma custode, vel Magistro Fabiano Budensi, Curie nostre notario speciali, quibus super hys per alias nostras litteras scripsimus, ad faciendam predictam rectam, iustam et equalem diuisionem inter memoratos Georgium et Nicolaum Groff, in sepetactis vniuersis et singulis ipsorum castris, fortaliciis, Ciuitatibus, oppidis, villis, possessionibus, porcionibus et iuribus possessionariis, ac ipsorum et earumdem vtilitatibus, et pertinencys, aliisque eorum hereditatibus, quibusuis quouis nominis vocabulo vocitatis, vbilibet et in quibuscunque Comitatibus, vt prefertur, habitis ac existentibus ab ipsorum auis et progenitoribus ad

ipsos duntaxat deuolutis et redactis, perpetuo et in euum duraturam transmittere debeatis, consuetudine prescripti regni nostri requirente. Secus non facturi in premissis, gracie nostre sub obtentu. Datum Constancie in festo Beati Mathei Apostoli, et Euangeliste, anno Domini MCDXVII-o. Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXI-o. Romanorum vero septimo." L. S. cum aquila Brandenburg.

Supra scriptum: Commissio propria domini regis. E charta orig. Nic. Jankovich.

CCLXXVIII.

Cap. Nitriense reambulatorias possessionis Kraszna exhibet. Anno 1417.

Nos Capitulum Ecclesiae Nitriensis Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod cum nos literas Serenissimi Principis Domini Domini Sigismundi Dei Gratia Romanorum Regis semper Augusti, ac Hungariae Regis Reambulatorias mediocri eius sigillo consignatas pro parte Joannis fily Nicolai de Kraszna nobis directas, honore quo decuit per nos recepisse in hac verba: Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae etc. Rex, fidelibus suis Capitulo Ecclesiae Nitriens. Salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Joannis fily Nicolai de Kraszna, quod quaedam Possessio ipsius Kraszna praedicta in Comitatu Trenchiniensi existens habita, legitimas Reambulationes, metarum Erectiones, et Renovationes plurimum indigeret, super quo fidelitati Vestrae firmiter praecipimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, vestro pro Testimonio fidedignum, quo praesente Nicolaus vel Petrus de Porroba, aut Michaël de Rud-

nia sin Ladislaus de Notthossow (rectius Kotessow), alys absentibus homo noster, ad facies praetacte possessionis Kraszna vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo Reambulet ipsam per ipsas veras metas et antiquas novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque, et ab aliorum Juribus possessionariis separatam, et distinctam relinquat, praefato Joanni filio Nicolai, iure eo ut nobis dicebatur, ipsum Exemptionis Titulo concernenti incumbente possidendam, si non fuerit Contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra ipsum Johannem filium Nicolai, nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorundem reddituros. Et post haec huiusmodi Possessionis Reambulationis seriem, cum Cursibus metarum nominibus Contradictorum, et evocatorum si qui fuerint Terminoque assignato Nobis fideliter rescribatis. Datum Budae feria 2-da proxima post festum Beatae Barbarae Virginis, anno Domini Millesimo quadringentesimo Decimo septimo. Nos vero Mandatis Praefati Domini Nostri Regis humiliter obtemperare cupientes, ut tenemur, una cum praedicto Nicolao de Porroba homine Regio, in praedictis literis Regalibus nominatim conscripto, nostrum hominem videlicet discretum virum Thomam Chory praetactae Ecclesiae nostrae Sacerdotem, ad praemissa mandata Regia fideliter exequenda, pro Testimonio fidedignum duximus destinandum; Qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, Quod ipsi in Festo Beatae Luciae Virginis proxime praeterito, et alys diebus ad id sufficientibus ad faciem praetactae possessionis Kraszna accessissent vicinis et Commetaneis eiusdem

Universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo reambulassent ipsam per ipsas veras metas et antiquas novas iuxta veteres erigendo in locis necessariis. Item primo et principaliter incepissent reambulare metas ipsius possessionis Kraszna a parte meridionali, a quodam fluvio, aut rivulo vulgo Kiszuczeviz dicto, ubi prima meta esset, et ipsum rivulum pro prima meta assignassent. Inde eundo per ipsam lineam ad bonum spatium, ad partem seu occidentem pervenissent, ad quendam rivulum Kisrakpataka vocatum, ipsum rivulum pro meta assignassent. Inde eundo per eandem lineam pervenissent ad unum rivulum vulgo Horovnicza pataka dictum, et hinc inde ad quendam montem tendendo, super eiusdem montis transeundo Javorffa dictum, et per ipsam eundo ad partem Septemtrionalem pervenissent, ad rivulum Nagyrákpataka vocatum, ipsum rivulum pro meta assignassent, tunc inde per eandem lineam, per ipsos montes eundo per bonum spatium et pervenissent ad unum rivulum quod dicitur Predmerpataka ipsum pro meta assignassent, Item eundo inde bonum spatium consvetudinem (?) per eandem lineam venissent ad unum rivulum seu fluvium vulgo Balanna dictum, ibi metam erexissent, etiam transeundo inde quasi ad orientem partem vertendo se, ipsam lineam eundo spatium bonum pervenissent, ad unum rivulum, qui dicitur Trsztyenna pataka similem metam sublevassent, eundo inde per eandem lineam, et bonum spatium venissent ad rivulum dictum Milospataka pro meta assignassent, per eandem lineam ad bonum spatium eundo, pervenissent ad quendam rivulum vulgo Szurokpataka vocatum ipsum pro meta assignassent, ubi metae Hungar., et Poloniae

distingverentur, ibi unam metam, inde eundo per eandem lineam, et bonum spatium pervenissent ad quendam rivulum, ac pratum Czatczapataka dictum, ibi unam metam assignassent. Inde ad praedictum spatium meridinionale, et bonum spatium transeundo per quendam montem supra verticem ejusdem montis Hradnicza vocatum ac Radcza, in quo loco quoddam pratum esset, inde inclinaretur per viam transiret ad rivulum Kulbucza dictum, metam assignassent. Inde eundo per quandam aquam seu fluvium Bisztercze vocatum, ad parvum montem tendendo Isztepna dictum, pro meta assignassent. Inde spatium bonum eundo per ipsam lineam pervenissent ad rivulum, qui dicitur Helbuka Pataka, metam eandem assignassent. Tunc inde per spatium bonum pervenissent ad pristinam metam, ad fluvium Kiszuczeviz ubi metae determinantur, et sic praefati Regis et nostri homines annotatum Joannem filium Nicolai in praedicta reambulatione metarum dictae suae possessionis Kraszna, et ipsam Possessionem reliquissent, eidem praedictis jure suae exemptionis Titulo possidendam, nullo contradictore super praemissis apparente. Datum sexto decimo die, diei reambulationis metarum, et erectionis praedictarum. Anno Domini supradicto sub appensione sigilli nostri authentici.

Ex Transumpto Processus Metalis inter Arces et Dominia Budetin ac Ztrechen vertentis, et Arbitratiuo Judicio superati, pro parte Casparis Zunyogh de Jeszenicze per Prothonotarium Personalitium Joannem Bárson authentice expediti Anno 1663. quod possidet Nicol. Jankovich.

CCLXXIX.

Capitulum Castriferrei conuentionem inter proles Elisabeth de Hermantilay dupplicis matrimonii confectam exhibet. A. 1417.

Nos Capitulum Ecclesiae Castriferrei Memoriae commendamus, tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis, quod nobili Domina Elisabeth nominata, filia Stephani de Hermantilay, consorte scilicet Nicolai Bodalo ciuis Ciuitatis castriferrei regalis, ac Johanne filio, nec non nobili Domina Vrsula, filia eiusdem Domine Elysabeth, ex alio viro suo genita, vxor Valentini, fily dicti Nicolai Bodalo — — — personaliter, onera vero et grauamina Nobilium puellarum, Katharine et Barbare ac Dorothee, filiarum nec non Nicolaí filii prefate Domine Elisabeth ex ipso Nicolao Bodalo, preterea Stephani fily ipsius Domine Vrsule, ab ipso Valentino procreatarum, in tenera etate constitutorum supra se ac eorum bona et hereditates, si iidem in infrascriptis persistere nollent, recipiendo, ab vna, parte vero ab alia praefatis Valentino ac Benedicto, filiis dicti Nicolai Bodalo ex alia vxore sua, genitis, similiter personaliter coram nobis constitutis, per eosdem sponte ac liberaliter confessum extitit ministerio viue vocis, pariter et relatum in hunc modum: Quod ipsi ob premissam linealem proximitatis connexionem, inter eos habitam et dispositam, sese — in possessionibus ipsorum Hermantilay, Pestilay, Bathyztilay, Kayd, ex portione possessionaria condam Michaëlis, filii Lamperti, in eadem Tilay habita, in Comitatu Castriferrei et aliis possessionibus et portionibus possessionariis, vbilibet existentibus, ipsos, ipsos tam communiter, quam etiam singillatim concernentibus, interque eos equa lance diuidendis, et etiam pro eo, quia prefati Valentinus et

Benedictus pro reeuperatione et receptione praefatarum possessionum ipsarum nobilium Dominarum et Johannis eosdem contingentium, eisdem centum et quinquaginta marcas — grauis ponderis exposuissent, vti eedem Nobiles Domine et prefatus Johannes asserebant, dedissent et assignassent, in veros filios ac fratres condiuisionales recepissent et assumpsissent, ymo receperunt et assumpserunt, nec non — — — aliam — — per vigorem in dominium earumdem possessionum — — nostra in presencia — — — nichilominus partes antelate, vt siquis ex eis aliquam possessionem temporis — — euentu aquirere, inuenire, et impetrare posset, et — — — aliis predictis equaliter participare et diuidere deberet, atque teneatur, nec hoc pretermisso — — — ex hoc seculo, cuius — — — omnia — — — talis partis portio possessionaria in — — — — et — — deuolui et redundare deberet, eo facto, vigore presentium literarum nostrarum priuilegialium pendentis sigilli nostri munimine roboratarum; medioque alphabeto — — Datum in Dominica oculi. Anno Domini Millesimo quadringentesimo decimo septimo. Honorabili viro Domino Egidio Preposito, viris discretis Magistris Nicolao Cantore, Stephano Custode, Johanne de Kysozko Decano, ceterisque Canonicis Ecclesie nostre existentibus.

E confirmatoriis Regis Sigismundi vt infra anno 1425.

CCLXXX.

Comitatus Chrisiensis inquisitorias edit. A. 1417.

Nos Petrus de Fyzesd Vice Banus et Comes Crisiensis ac Judices nobilium eiusdem Comitatus, memorie commendamus: quod cum nos ad instantem

peticionem Gregory, filii Thome de Wagyathew ex nobili domina Annus vocata, filia nobilis domine Cathycha vocate, de Wleznasew (?), Stephanum, filium Jahannis de Palychud, vnum ex nobis scilicet Judicibus nobilium ad infrascriptam inquisicionem fiendam legitime destinassemus; tandem idem ad nos exinde reuersus nobis retulit, vt ipse ab omnibus, quibus decuisset, et licuisset, palam et occulte diligenter inquirendo, talem de infrascriptis sciuisset veritatem; quod Thomas filius Nicolai de Mendzenth, feria quinta proxima ante festum beati Georgii Martiris, nunc preteritum, quamdam sessionem jobbagyonalem ipsius Georgii desertam in possessione Wy — vocata, habitam pro se ipso occupando quemdam jobbagyonem suum, in facie eiusdem collocasset, potencia mediante, in preiudicium eiusdem et damnum valde magnum. Datum Crisy feria proxima post octauas festi beati Jacobi Apostoli. Anno Domini Millesimo, quadringentesimo decimo septimo.“ Locus trium sigillorum dorsaliter impressorum.

E charta orig. Nic. Jankovich.

CCLXXXI.

Hospitalariorum de Alba literae vetustate vitiatae. *A.* 1417.

— — — — — — — ordinis Sancti Joannis Jerosolimitani domus hospitalis Ecclesiae Sancti Regis Stephani de Alba Oibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos receptis — — — magnifici domini Comitis Petri de Peren Judicis Curie Regie Sigismundi dei gratia Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Hunga-

rie etc. Regis pro parte — — — — — Thome filii Valentini de Zedregh, ac Blasii filii Thome de Hada et Antonii filii — — — de eadem Zedregh — — — — — filii Anthonii de — — — contra Nicolaum filium Pauli et — — — — — filium — — de dicta Zedregh adjudicatoriarum — — — — — — — — nobis amicabiliter — — — juxta earundem continentiam — — — — — — homine regio — — alios homines regios —

Possessionis Zedregh vocate, et per consequens — — — — — in eadem habite, vicinis et — — — eiusdem universis — — — — — — — — — — — — Valentino et Blasio de Hada personaliter — — — — — — — dictorum Anthony filii Valentini et Georgy filii — — — — — — — — — — — Nicolai fily Pauli et Benedicti — — — — — — unam Sessionem Jobbagionalem in dicta portione possessionis — — — — Jacobi fily — — — — — — — — Petrus filius Benedicti resideret eidem — — — — — portionem taliter in duas diuisissent partes, quod loca sessionalia — — — — — in linea — — — adiacentia et quibusdam duabus signis — — — — — — — — voluntate inter sessiones prefati Petri fily Benedicti, prefati Andree fily Valentini usque finem — — Andree — — — Blasio et — — — — Alia vero — — eiusdem linee usque Domum Georgii — — — — et Benedicto. In linea vero sub monte — — — — — — — — — existenti loca sessionalia similiter deserta — quibusdam duabus signis metalibus similiter per ipsas — — sessiones Ambrosy fily Nicolai in latere dicti montis et — — — — — — — — — modo simili annotatis Andree, Anthonio, Blasio, et

Georgio. Alia vero pars cum dicta sessione Ambrosy ab eisdem signis metalibus usque — — — — Nicolao et Benedicto. In loco denique — — — — penes domum Blasy fily Gregory usque — — — a parte Aquilonis — — — — — Nicolao et Benedicto duo loca sessionalia deserta. Reliqua vero — — usque quandam arborem piri siluestris cruce signatam memoratis Andree, Valentino, Blasio, ac Georgio in — — deuenissent. Terras autem — — — partes tempore — — inter se — — diuidere assumpsissent. Certas autem utilitates rubeta usque et montes, necnon prouentus earundem — — partium — — uti et percipi commisissent, hinc — — partes prenotate non contradixissent, hoc non pretermisso, quod nulla partium viam publicam vel — — — — tendentem, siue plateas communes sepibus — — — vel pro se occupare habeat facultatem. Ceterum quia tempore estiuali sepius aqua in ipsa possessione deficeret — — — foret, in quantumque — — portione aqua — — — — extunc alteri parti, et eorum Jobagionibus et — — — non abnegaret — — etiam ecclesie beate Virginis ibidem fundate prout ipsum Jacobum filium Thomae — — ipsas simul concernere debet. Hys itaque habitis dictas portiones modo premisso diuisas et separatas eisdem partibus statuissent et commisissent imperpetuum possidendas, tenendas, pariter et habendas, contradictione quorumlibet non obstante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras priuilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum duodecimo die diei statutionis et diuisionis prenotatarum, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo — — — — — — — — Ladislao

preceptore, Johanne custode, ceterisque fratribus predicte ecclesie nostre existentibus et iugiter famulantibus regi sempiterno. —

Originale litteris iam fere ex toto euanidis scriptum possidet Nicol. Jankovich.

Anno 1418.

CCLXXXII.

Generalis procuratoria constitutio Andreae dicti Cheph. de Gyorcha, A. 1418.

Generalis procuratoria constitutio Andreae, fily Andreae, dicti Chéph de Gyorcha coram Capitulo Capitulo Chanadiensi. Feria tertia proxima post festum S. Martini Confessoris. Anno MCDXVIII. Sigillum fuit rotundum.

Indidem. — Joannes Hollós, filius Voik, strenui militis a Sigismundo R. H. possessione Hunyad donati, postquam militiae rudimenta in aula Demetrii Epis. Zagrabiensis, mox Strigoniensis Archiepiscopi condidicisset (?) primas generositatis laureas pugna contra Turcas inter Nicopolim ac Nissam A. 1419. messuisse, videtur Josepho Eder obseruationes Criticae ad Hist. Transil. p. 62. sqq.

CCLXXXII.

Sigismundus S. R. Imperii, ac Hungariae Rex, iurisdictionem ciuilem Birthalmensibus confirmat. Anno Domini MCDXVIII-o.

Chartae Transiluanicae nro 59. E museo nationali inaccessibili. — Recens creatus Pontifex Martinus V. Sigismundum ob nauatam in tollendo Ecclesiae schismate industriam, habita XXIV. Cardinalium congregatione, legitimum regem Romanorum declarauit, ac per Cardinales coronari iussit, ratione sumtuum vero, in causa concilii

factorum, decimis vnius anni per totam Germaniam e beneficiis ecclesiasticis colligendis subleuandum constituit. Soluto ad X. Calendas Maii concilio, Constantiae moratum, legati Venetorum conuenerant, induciarum, ad finem prope vergentium, oblata etiam vrbe Seravallo, prorogationem cupientium. Cum hanc, vt suas in Dalmatiam progressiones firmarent, optare comperisset, legatos re infecta dimisit; Windeck l. c. cap. 62.

Sigismundi priuilegium, quo possessionem Roty, alias Zalusan, Capituli Scepusiensis, a iurisdictione decem Lanceatorum excipit. Anno MCDXVIII.

Corpus Diplomaticum Sigismundeum aro 110. Musei Nationalis.

Anno 1419.

CCLXXXIII.

Sigismundus S. R. I. ac Hungariae Rex, moto in Bulgariam exercitu, cum Sultano Turcarum, Amurathe, castra inter Nissam et Nicopolim metante, IV. Octobris congressus, octaginta fere hostium millibus partim caesis, partim fugatis, victoria potitur. „Der geben ist auf dem neuen Haus in der Bulgerey bei dem Isnenthor (Eisenthor) MCDXIX. des negsten Donnerstag vor St. Simonis und Judae der heiligen zwelff Botten Tag."

Apud Lunig. Cod. Dipl. Germ. Tom. I. coll. 1431. Cf. Hist. Turc. Abbatis Becatini Parte I. p. 77. — Sigismundum in Hungariam reducem Passauii legati Venetorum denuo ad inducias prorogandas flectere adlaborabant; quos per Dalmatiam fines suos proferentes, a Consiliariis suis, qui sex mille aureos ab eis frustra nitebantur extorquere, in fraudem inductus, violata fide publica, capi, ac custodiae Ducis Austriae tradi, nec prius, quam Viennam venisset liberos dimitti iussit. Viennae tempus nuptiarum inter Albertum Austriae Ducem ac fi-

liam suam Elisabetham, vadimonium Comite Cileensi, ac Nicolao de Gara Palatino obeuntibus, celebrandarum constituit. Quin bellum non contra Venetos, sed Turcos mouerit, legati eius Nicolaus Saracenus e Mesopotamia, ac Josa e Tartaria reduces persuaserant. E Bulgaria reuersum, Wenceslao XVI. e viuis, erepto ius successionis in Bohemia, Morauia, Silesia, et Lusatia, motus item Hussitici, tum preces Sophiae, Wencealai viduae, Brunam, quo Bohemos conciuerat, euocarunt. Brunensi Magistratu, qui Hussi erroribus adhaeserant: exauctorato, munimentis Pragensibus demoliendis, plerorumque animos a se abalienauit. Windeck l. c. cap. 86. Lucius Mem. istor. p. 422.

Metarum villae Latinae in Scepusio reambulatoriae. Anno MCDXIX.

Corp. Dipl. Sigismund. nro 117. Mus. Nationalis.

Pignoratitiae Stiborii de Stiboricz, alias Bolondocz, quibus possessionem Pruszy, titulo dotis, Ilkae, natae de Ozoro, obligat, cum reflexionibus de sexaginta sexagenis grossorum Pragensium, ac specificatione equitum auratorum. Anno MCDXIX-o.

Codex Szechén. Tomo VI. nro 71. Indidem.

Anno 1420.

CCLXXXIII.

Stephanus de Rozgon, Comes Temesiensis, Ladislaum Canonicum Chanadiensem ab exercituatione supportatum commendat. A. 1420.

Stephanus de Rozgon, inter ceteros honores Comes Temesiensis, sibi dilecto Thomae de Sadan, Vice Comiti et Cancellario nostro, Temesiensi, ac Judicibus Nobilium de eodem, salutem cum Dilectione.

Quia honorabilem virum Ladislaum, filium Danch, de eadem, Ecclesiae Chanadiensis Canonicum, qui potius in iam dicta Ecclesia Deum pro nobis exorare debet quam exercituare, a praesenti exercitu generali cum vno familiari ipsius, duximus supportatum. Idcirco harum serie vestris Dilectionibus supra dictis firmiter committimus, et omnino aliud habere nolumus, et mandamus, quatenus praefatum Dominum Ladislaum Canonicum cum suo familiari, in nullo impedire molestare, perturbare, seu quouis modo damnificare presumatis etc. Datum in descensu nostro campestri prope Sebes in festo B. Jacobi Apostoli anno Domini MCDXX-o. L. S.

Ex apographo Pray MSS. Tomo 53. p. 106ta. Sigismundus a Pragensibus conditiones, quas cum honoris ac dignitatis suae diminutione amplecti non posset, reportatas indignatus, e Morauia Wladislauiam diuturnam inter Wladislaum Poloniae regem, ac Magistrum ordinis Prussici, litem compositurus, contendit. Negocio hoc, maximis cum regis ingratiis defunctus, contra factiosos Pragenses exercitum supra octoginta millium ex Imperialibus et Hungaris conflatum, mouit. Reiectis per iter obstaculis, minore vrbe, cum arce Pragensi expugnata, maiori vrbe, quam Ciues ferocia Sigismundi perterriti munierant, atque a Ziska Taboritarum Ductore adiuti, acriter defendebant, potiri nequiuit. Obsidionem, suorum consilio soluit incassum, a Conrado tamen vrbis A. Episcopo VI. Cal. Julii in arcis templo, Rex Bohemiae coronatus. Apud Luduig reliqu. MSS. Tomo VI. p. 154. Windeck l. c. cap. 70—84. Aeneas Syluius Histor. Bohem. cap. XXXIX—XLII.

Korotnokiensium a iurisdictione Comitatensi exemptio. Anno MCDXX-o."

Corpus Dipl. Sigism. nro 119. Mus. Nationalis.

Anno 1421.

CCLXXXIII.

Sigismundus R. H. valorem sexagenae latorum grossorum bohemicalium exprimit. A. 1421.

Nos Sigismundus Dei gracia, Roman. Rex semper Augustus, Hungar. etc. Rex memoriae commendamus, quod Stephanus paruus de Leskowce, — — confessus extitit in hunc modum: quod quia — — miles Donyn, castellum Ludan, cum oppido Ludan, nec non possessiones — — quae et quas idem Donyn a nostra Serenitate pro mille sexagenis latorum grossorum Bohemicalium hucusque habuisset, — — — Ladislao de dicta Ludan, fratri videlicet Domini Thomae alias Episcopi Agriensis — — — de eadem Ludan remisisset — idem ipse Stephanus paruus dictas mille sexagenas latorum grossorum Bohemicalium, sexagenam quamlibet per sexaginta latos grossos aut florenorum auri tot et tanti, quot et quanti ipsam sexaxagenam, iuxta communem cursum, seu aestimationem mercatorum Trinchiniensium fuerint et valuerint, — — persoluere assumpsit — — Datum Trinchinii die Dominico proximo post octauas festi Sacratissimi Corporis Christi anno eiusdem MCDXXI-o." L. Sigilli.

Florenus aureus valuit sub Carolo Roberto 90 den. Sub Sigismundo 100. Cum igitur sexagenae latorum grossorum bohemicalium sexagena aequauerit 100 denarios seu aureum vnum, millia sexagenarum erant cum totidem millibus aureorum hungaricalibus eiusdem valoris, Pray l. c. p. 106.

Priuilegium, quo Joanni de Nyczk, possessiones per progenitores ipsius, ob demerita, amissae restituuntur. Anno MCDXXI."

Cap. Dipl. Sigism. nro 123. Mus. Nationalis.

Venditionales domus ad aquas calidas, quam Barbara, relicta Pyronis Francigenae Bartholomaeo Pictori Regis vendidit. Anno MCDXXI. XXVIII. Junii.

Cod. Szecheny Tomo VI. nro 75. Indidem.

Anno 1422.

CCLXXXIII.

Litterae Petri Poldoff, Judicis in castro nouo, de monte Pestiensi, super amico tractatu quoad duas vineas inter Petrum de Senis Gallum, et Barbaram relictam Michaëlis monetarii. XXVI. Julii Anno MCDXXII.

Cod. Szechény. Tom. VI. nro 76. Mus. Nation.

Patentes Nicolai Chack, Vaiuodae Transiluani, Jobbagyionibus de Weulez, super praestationibus Castellanis et Ecclesiae faciendis, concessae. Anno MCDXXII.

Chartae Transilu. nro 58. Indidem.

Statutoriae Capitulo Castriferrei sonantes, pro Ursula, consorte Andreae de Náry, in portione possessionis Radbucz. Anno MCDXXII-o.

Copiae Dipl. Fejérvarianae nro 60. Corp. Dipl. Sigism. 122. Mus. Nation.

Anno 1423.

CCLXXXIV.

Martinus V. PP. hospitale a B. Stephano Protorege Romae fundatum, reparari iubet. *A.* 1423.

Martinus Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio Georgio Henrici tertii ordinis S. Francisci

Professori et dicti Ordinis Procuratori generali. Ad ea, quae ex iniuncto nobis Apostolatus officio incumbunt, libenter intendimus quae hospitalium et piorum locorum vtilitatem respiciunt, et vt ea, quae ad ipsorum prosperitatem ac diuini cultus augmentum sunt salubriter ordinata, illibata consistant, libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatem. Exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod Charissimus in Christo filius noster Sigismundus, Romanorum et Hungariae Rex, illustris, ad quem prouisio hospitalis Sancti Stephani Protomartyris de Urbe pro tempore pertinere dignoscitur, pie considerans, quod hospitale prefatum, quod per Beatum Stephanum Hungariae nationis regem fundatum extitit, et dotatum, propter guerrarum turbines, et calamitates multiplices, quae praefatam vrbem diutius miserabiliter aflixerunt, in suis structuris et aedificiis est totaliter collapsum, ac desiderans, vt hospitale ipsum in suis aedificiis et rebus repearetur, curam regimen et administrationem eiusdem hospitalis, tibi per suas litteras commisit, et deinde dilecti fily Capitulum Basilicae Principis Apostolorum de dicta vrbe commissionem ratam habentes approbarunt, atque etiam confirmarunt, prout in litteris regiis et Capituli praefatorum ipsorum sigillis munitis plenius continetur. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum etc. Nos huiusmodi etc. inclinati commissionem et confirmationem praefatas et omnia et singula in dictis litteris contenta, et quaecunquè etc. rata habentes etc. ea authoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostrae confirmationis et communitionis infringere, etc. Datum Romae apud Sanctum Petrum XVI. kal. Junii. An-

no VI-o Millesimo quadringentesimo vigesimo tertio.

-Pray MSS. Tomo XXII. p. II. 41—2.

Anno 1424.

CCXXXV.

Forgáchy ratione molendini euocati. A. 1424.

Petrus, dictus Forgách de Gémes nec non Joannes, filius quondam Nicolai similiter Forgách, dicti de eadem Gémes euocantur in facto indebitae occupationis et detentionis cuiusdam molendini Nicolai et Joannis de Ihymek ac Ladislai, Praepositi Ecclesiae B. Georgii Martyris de viridi campo, Ecclesiae Strigonien. Fratrum, in fluuio Sajó ad possessionem Lekenye adiacentis, cum quodam praedio Urbantelek vocato. Anno Domini MCDXXIV.

Pray MSS. Tom. 22. p. 32.

Patentes contra falsae monetae cusores. Anno MCDXXIV.

Corp. Dipl. Sigism. nro 127. Mus. Nation.

Collationales super Joannis Nagy Capitaneatu Philisteorum in Vizaáz. A. MCDXXIV.

Ibid. nro 28.

Relaxatorium annui census Ciuitati Quinto forensi concessum. A. MCDXXIV-o.

Ibid. nro 129.

Pignoratitiae Nicolai, Weglae, Modrusii, ac Segniae Comitis super Castro Slun pro Elisabetha, relicta Pauli, de Zrinio et C. Nicolao filio eiusdem. A. MCDXXIV.

Cod. Szechény tomo VI. nro 78. Ibid.

Anno 1425.

CCLXXXV.

Mandatum Sigismundi ad Transiluanos de modo decimandi per Plebanos vini. A. MCDXXV. X. Aprilis.

Cod. Szechény tom. VI. nro 80.

Litterae eiusdem ad nobiles Transyluaniae, quibus significat, exactionem decimae Valachorum episcopalium propter Banderium vsque tempus. quo ipse Rex eo venturus est dilatam esse. 1-a Julii An. MCDXXV.

Ibid. nro 81.

Litterae ad Placentium Cardinalem, quibus Sigismundus petit persuaderi ad bellum contra Hussitas continuandum. Anno MCDXXV.

Corp. Dipl. Sigis. nro 32. Mus. Nat.

Edictum, quo Nobilitati indulgetur, vt legata cuiuscunque generis ac donationes facere pro ordine Paulinorum possint. A. MCDXXV.

Ibid. nro 133.

Anno 1426.

CCLXXXV.

Donationales Sigismundi pro familia de Hermann super octo sessionibus in possessione Hermann. Anno MCDXXVI.

Corp. Dipl. Sigis. tomo VI. nro 136. Mus. Nationalis.

Contractus arendatitius super nauigio in possessione Jenö Monialium de insula leporum. Anno M. CDXXVI.

Indidem nro 134.

Protectionales pro bonis Bichterianis contra insultus de Parinya. Anno MCDXXVI.

Ibid. nro 137.

Tractatus defensionalis inter Sigismundum Regem, ac Daan, partium Transalpinanarum Waiuodam, A. MCDXXVI.

Ibid. nro 138. Anno hoc successione in Seruia praestituta Belgradum ex ditionibus Despoti exemtum Banatui Machouiensi adiunxit : V. Litteras Stephano Seruiae Despoto consessas. Tomi X. vol. VI-o.

Anno 1427.

CCLXXXVI.

Idem Sigismundus donationes super vniuersis bonis in diuersis Comitatibus factas Joannis de Kálló confirmat. Anno MCDXXVII.

Ibidem nro 139. Annum hunc partim in Transiluania, partim in Valachia apparatu contra Amurathem belli agebat. V. Litteras datas in Ribnic.

Literae Ciuitatis Vetero Buden. super domo per Martinum pellificem, Judicem Ciuitatis, Ladislao de Chitnek, Gubernatori Cruciferatus SS. Trinitatis, et eiusdem Fratribus vendita. Dat. VI. Jan. Anno M. CDXXVII.

Codex Szechény Tom. VI. nro 82.

Literae Michaelis Madler Judicis in castro nouo montis Pest super domo per Martinum Plebanum Wolfgango de Tymawer tradita. Dat. 1-a Dec. MCD. XXVII.

Ibid. nro 84.

Literae Lorandi Lepes de Varaskezi, V. Vaiuodae Transiluani, quibus censum ad castrum Tolnach, Jobbagionibus Abbatis de Kercz erga literas regis

relaxatum, se non exacturum pollicetur. Dat. An. MCDXXVII-o.

Ibid. nro 85.

CCLXXXVI.

Epistola Barbarae Reginae ad Ciuitatem Poson. exarata, vt semet contra insultum Hussitarum muniat ac defendat. A. 1427.

Barbara von Gottes Gnaden Römische und zu Ungern etc. Kunigin Erbarn getreuen! Wisset, dass wir heut am Suntag gar spät zu der Neutra kommen seyen, und daselbst hat uns der Bischoff für ein ganz Wahrheit gesagt, daz die Huzzen haben sie in solicher Meynung darzu gerieth, daz sie gegen der Presspurg feintlich kömmen und auch daselbst schädlich umbrennen wollen. Davon schaffen wir auch ernstlich, daz ihr euch als besst ihr künnt und mögt, bewahren, und euch darzu schicken und halten sollt. Gegeben zu der vorgenannten Neutra, an den vorgeschriebenen Suntag unter unsers getreuen des Strengen Damokussya Benedic unsers Purggrafen zu Dyosgewr Sigil, weil wir die Zeit unsern Kanzler und Sigil nicht bey uns haben, Anno MCCCCXXVII. Den Erbaren unsern getreuen Richter und Purgern zu Pressburg.

Sigillum ex originali est avulsum, e quo transumsit et communicavit praesentem copiam Georgius Gyurikovits.

CCLXXXVI.

Epistola Barbarae Reginae Ciuit. Posoniensi scripta ut pro aduentu suo, filiae suae et generi sui Alberti victualia paret. A. 1427.

Barbara von Gottes Gnaden Römische und zu Ungarn etc. Kunigin. Erbaren und lieben getreuen. Wir lassen euch wissen, dass wir mitsammt dem

Hochgebornen Fürsten unsern lieben Suhn Herzog Albrechten, Herzog zu Österreich und unser lieben Tochter seiner Gemahlin am nächsten Pfintztag nach S. Martins Tag daselbst zu Pressburg seyn wolle; davon schaffen wir ernstlich, dass ihr euch mit Speis und andern Nothdurft zu solcher unserer Zukunft, die wir dann also haben muessen, zu richten sollet, und thuet ye anders nit. Gegeben zu Etzelburg unter des Groff Jörigen von Krabaten Sigil, wenn wir zu dieser Zeit unser Sigil bey uns nicht haben, an Sand Gallentag Anno MCCCCXXVII. Den Ehrbarn unsern getreuen Richter und Purgern und den ganzen Rath unser Stadt zu Pressburg. (L. S.)

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Ghurikovich.

CCLXXXVII.

Senatui Kremnicz mandat, vt debita apud Math. Ebner Comitem Urburarum contracta expungat. A. 1427.

C-o propria Domine regine.

Barbara Dei gratia Romanorum ac Hungar. etc. Regina fidelibus nostris, Judici et Juratis civibus Civitatis nostrae Cremnicz vocate Salutem et graciam. Veniens nostrae Celsitudinis in conspectum fidelis noster providus vir, Mathias dictus Ebner concivis vester nobis sua significatione patefecit querulosa, quod forent nonnulli ex vestris concivibus in medio Vestri residentibus, qui sibi certis debitis et pecuniarum quantitatibus essent debitores, qui eidem huiusmodi debita crebro ab ipsis repetenti persolvere et sibi de eisdem satisfacere non curavissent neque curarent de presenti, in suum preiudicium atque dampnum satis magnum. Et quia ordo svadet equitatis, ut cuilibet id, quod suum est, licite re-

petere possit, atque deceat rehabere; ideo fidelitati vestrae firmiter et districte precipiendo mandamus, aliter habere nullatenus volentes, quatenus mox habita presentium notitia dum prefatum Mathiam Ebner aut homines ipsius presentium videlicet exhibitores fuerint harum serie requisiti, extunc sibi aut iisdem ex parte universorum et singulorum talium concivium vestrorum, quos ipse seu iidem nominaverint, seu duxerint nominandos, super universis debitis, quibus eosdem Concives vestros sibi dixerint, seu allegaverint fore debitores, iuxta ipsius aut hominum suorum legitimas comprobationes servatis de Jure servandis, meri Juris et Justitiae atque indilate satisfactionis integritatem taliter et adeo impendere debeatis et exhibere, ne idem Mathias ratione previa de cetero nostre urgeatur querulari serenitati. Et aliud facere non ausuri praesentes quoque perlectas semper reddi jubemus presentanti, Datum in Zenthgyewrgh terrae seu provincie siculorum feria secunda proxima post Dominicam Quasimodogeniti, anno millesimo quadringentesimo vicesimo septimo.

Sigillum chartae impressum quadrifariam divisum in parte superiore sinistra et inferiore dextra 3. fascias, in parte vero superiore dextra et inferiore sinistra 3. stellas, quar. singula sex radios vibrat, praesefert. Communicauit Georgius Gyurikovits.

Anno eodem 1427. in vigilia omnium sanctorum i. e. die ultimo Octobr. eadem Barbara morabatur Cremniczii, ut ex alia eius epistola ad Posonienses scripta patet.

CCLXXXVIII.

Mandatum Sigismundi R. H. Comitatui ac Ciuitati Poson. praecipiens, vt Jobbagiones suos ad communiendam ac fossis cingendum Ciuitatem Poson. expediant. A. 1427.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex sem-

per Augustus, ac Hungariae, Boh. Dalm. Croatiae etc. Rex fidelibus nostris universis et singulis nobilibus et alterius cujusvis status et Conditionis tam scilicet Capitularibus et aliis Ecclesiasticis, quam secularibus possessionatis hominibus in Civitate et toto Comitatu Posonien. constitutis et existentibus praesentium notitiam habituris salutem et gratiam. Quia nos eandem Ciuit. nostram Poson. circumquaque fossatis vallare et praemunire intendimus, ut ipsa Ciuitas nostra ab hostium insultibus commodius et liberius valeat praeservari: ideo vestrae universitatis et cujuslibet vestrum fidelitati firmissimo nostro Regio damus sub praecepto, quatenus visis praesentibus omnibus dissimulationibus et qualibet recusa ac renitentia postergatis, universos ac singulos populos et Jobbagiones vestros ad fossuram et praeparationem hujusmodi fossatorum praetactae Civitatis nostrae Posoniensis juxta Informationem et requisitionem fidelium nostrorum Egregiorum Stephani et Georgy de Rozgon Comitum Posoniensium dirigere et destinare debeatis; alioquin commisimus et serie praesentium comittimus, eisdem Stephano et Georgio de Rozgon Comitibus, ut ipsi universas possessiones vestras, et talium ex vobis, qui hujusmodi mandata nostra observare recusarent, pro nostra occupare debeant Majestate. Secus igitur facere non ausuri, praesentes perlectas reddi jubemus praesentanti. Datum in Rodno partium nostrarum Transyluanarum feria tertia proxima post festum visitationis Virginis Gloriosae, Anno Domini MCDXXVII. Regnorum nostorum Anno Hungariae etc. XLI. Romanorum XVII. et Bohemiae septimo. Volumus etiam et fidelibus nostris Judici, Juratis Civibus et toti Comunitati Ciuitatis nostrae Posoniensis simili nostro Regio sub prae-

cepto firmiter mandamus, ut et ipsi more aliorum supradictorum opus atque labores antefatorum fossatorum debeant utique continuare et expedire, sub poenis supradictis. Datum ut supra, sine Sigillo.

Nimiopere erraret, qui e tenore hujus mandati concludere vellet, Civitatis Posoniensis moenia, fossata, vallataque nunc primum initium sumere: aderant ea jam antea, et quidem ducentis annis per prius; nunc saltem reparatio eorum disponitur propter metum Hussitarum. Ex authographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCLXXXIX.

Literae Petri Henrici de Berzewicz, Tav. regal. Magistri ad Ciuitatem Poson, vt duos nuncios ad sedem Tauernicalem in octauis Epiphaniae celebrandam deputet. A. 1427.

Amici nobis carissimi. Noveritis, quod quam plurimarum serenissimi Domini nostri Regis Civitatum Cives et Incolae his prox. praeteritis temporibus Suam Maiestatem, dum sua Regia Celsitudo Regnorum suorum Confiniorum protectioni, contra saevissimos Turcos non modico labore insistebat, querulando occuparunt, contra eorum et Molestatores a Sua Maiestate sibi Justitiam fieri postulabant, quibus tunc temporibus propter eosdem et etiam propter alias rationabiles Causas nequibat iustitiae plenitudinem ministrare; et quia sua Regia Maiestas praedictis Civibus et Incolis ac eorum cuilibet per vestros ac etiam per aliarum Suae Maiestatis Civitatum Juratos Cives ad hoc aptos et idoneos, quos vos de Vestri, et eaedem Ciuitates de ipsarum mediis duxeritis eligendos, vult et commisit iudicii et iustitiae Complementum impertiri. Igitur vos auctoritäte Regia et Commissione nobis in hac parte

oretenus specialiter commissa comittimus, quatenus de medio Vestrum duos principaliores Juratos Cives eligentes, eosdem in Ciuitatem Budensem absque renitentia qualibet et dissimulatione aliquali transmittatis, ut iidem una cum aliarum videlicet Buden., Tyrnauien., Sopronienfis, Cassovien. et Albaregalien. Regalium Civitatum Juratis Civibus, quibus super eo, similes Literas nostras transmisimus, Octavo die festi Epiphaniarum Domini prox. affuturo in eadem Civitate Budensi constituti, eodem et aliis ad hoc aptis diebus saepe nominator. antedictarum, et signanter Providor. Stephani Rohamspurger, sociorumque ipsius, et Conradi in Weid de Insula Danubii, ac Urbani Civium Civitatis Leuchoviensis, nec non Falbrecht Comitis Urburar. Regalium in vestri praesentia querulantium Causas, propositiones, responsiones, allegationes, probationes, documenta, eorumque Litteras ac Jura coram vobis producendas, audientes, assumentes et conspicientes, diligenterque ruminantes et examinantes, solumque Deum et eius Justitiam habentes prae oculis, in eisdem et in omnibus et singulis coram vobis proponendis et exponendis Causis ita et taliter de novo et ex novo iudicium et iustitiam faciatis, ut dictorum Civium querimonias praemissas ad eiusdem Regiae Maiestatis aures peramplius reduci non contingat. Litteras vestris et dictorum Juratorum Civium vobiscum deputatorum sigillis super huiusmodi vestri Judicii et iustitiae impensione sigillatas partibus concedentes. Datum in Ciuitate Leuchoviensi feria tertia proxima post festum Conceptionis beatae Mariae Virginis gloriosae, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo Septimo. Petrus Henriczi de Brezowych Thawerni-

cor. Regalium Magister. Providis et Circumspectis Viris Judici et Juratis Civibus Civitatis Posoniensis, Amicis nostris.

Sigillum annulare cerae rubrae dorso impressum. Ex litteris his convocatoriis patet, Civitatem Albaregalensem, quae nunc Jurisdictioni Personalis Praesentiae R. in Judiciis appellatis subest, antea Tavernicalem Civitatem fuisse. Ex autographo transumsit et communicavit. Georgius Gyurikovith.

Anno 1428.

CCXC.

Sigismundus R. H. super actibus potentiariis per Nicolaum de Gara, filiumque eius Ladislaum ac horum Castellanos castri Dévén in rebus ac personis Ciuium Poson. commissis, per Capit. Poson. inquiri iubet. A. 1428.

Serenissimo Principi Domino Segismundo, Dei gratia Romanorum Regi semper Augusto, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Regi, Domino ipsorum Gratiosissimo Capitulum Ecclesiae Posoniensis orationes in Domino devotas perpetua cum fidelitate. Litteras Vestrae Serenitatis Inquisitorias mediocri Sigillo Veatro consignatas nobis preceptorie loquentes, summa cum Reverentia notificamus nos recepisse in haec verba: Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Rex, Fidelibus suis, Capitulo Ecclesiae Posoniensis salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Judicis, Juratorumque et universorum Civium Civitatis nostrae Posoniensis, quod Magnificus Vir Nicolaus de Gara Regni Hungariae Palatinus, ac Ladislaus filius ejusdem, item Ladislaus de Vatthi, Nicolaus

filius ejusdem, nec non Pokswa Castellani eorundem per ipsos in Castro de Dévén constituti, ex mandato eorundem Nicolai Palatini, et Ladislai filii eiusdem plurimos piscatores in Danubio intra metas eiusdem Civitatis nostrae Posonien. piscantes, ac nonnullos homines in insulis in medio eiusdem Danubii existentibus, nec non Sylvis, nemoribus, pratis et aliis utilitatibus ad ipsam Civitatem nostram Posoniensem de iure spectantibus, Inhabitatores scilicet eiusdem Civitatis nostrae Posoniensis rapientes captivando, captosque, quo eorum placuisset voluntati, deduxissent, et in eorum vinculis tamdiu conservassent, donec ipsorum placuisset voluntati, ac quosdam ex iisdem pactantes, de eorundem Captivitate exmisissent. Insuper quasdam Vineas Inhabitatorum eiusdem Civitatis Posoniensis sibi ipsis occupare niterentur; praeterea nonnulla Signa metalia praescriptae Civitatis Nostrae Posoniensis a parte dicti Oppidi Dévény erecta destrui et aboleri fecissent, potentia mediante in praeiudicium ipsorum valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo praesente Stephanus filius Nicolai, vel Petrus filius alterius Stephani, aut Jacobus et Petrus Filii Michaelis de Nagy Abony, nec non Petrus filius Emerici de Kis-Abony, aut Demetrius filius Stephani de Ölvegy, ceu Laurentius et Petrus filii Nicolai, nec non Michael filius alterius Nicolai de Zaaz, aliis absentibus, homo noster, ab omnibus, quibus incumbit, meram de praemissis experiatur Veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Budae in festo B. Valentini Mart. Anno Domini MCDXXVIII. Unde nos Praecepto et mandato Vestrae Serenitatis

in omnibus obedire cupientes, ut ex debito tenemur, una cum praefato Jacobo filio Michaelis de Nagy-Abony homine Vestro, nostrum hominem, scilicet discretum Dominum Joannem Pellény de Várkony ad praemissa mandata vestra fideliter exequenda, nostro pro Testimonio fidedignum duximus destinandum; Qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt: quod ipsi in Dominica Laetare nunc proxime praeterita in Comitatu Posoniensi procedendo, ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, scilicet Nobilibus et Ignobilibus, aliisque cuiusvis Status et Conditionis hominibus eiusdem Comitatus palam et occulte diligenter inquirendo, omnia praemissa sic realiter facta et perpetrata fuisse, rescivissent, prout vestre dictum exstitisset Serenitati, et quemadmodum tenor Litterarum Vestrarum per omnia continet praescriptarum. Datum octava die diei Inquisitionis praemissae Anno Domini supradicto.

Similes Inquisitoriae Capituli Jaurien. prostant in origine in Tabulario Urbis, in quibus exponit: „una cum praefato Stephano filio Nicolai de Szerdahely homine vestro, nostrum hominem videlicet Johannem Chori Ecclesiae nostrae praesb. ad praemissa peragenda." Item adsunt quoque Inquisitoriae Comitatus Posonien: „Fidelibus suis Comiti, Vice-Comiti et Judicibus Nobilium Comitatus Posonien. sonantes, in quibus exponitur: „Nobilem Johannem filium Gregorii de Körtvélyes, unum ex nobis Judicibus Nobilium etc." Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

Anno 1429.

CCXCI.

Sigismundus R. H. Alexandrum. ac Witawdam. Magnum Litva-

niae principem in societatem ordinis sui Draconis adsciscit. A. 1429.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, Hungarie, Boemie, Dalmatie, Croacie, etc. Rex. Illustri Principi Domino Alexandro, alias Witawdo Magno Duci Littwanie, fratri ac consanguineo nostro carissimo salutem cum fraterna et sincera caritate, ac in felicibus successibus perhenniter iocondare. Illustris princeps frater et consanguinee noster carissime. Pudum, dum adhuc solum regnorum nostrorum Hungarie etc. potestate et nomine fungeremur, plures dies, noctesque insompnes deduximus, vias querentes, quibus commodosius Regnis nostris preesse, et tam hostes fidei Christiane, qui nobis et regnis nostris sunt e uicino conterminі, conterere, ac etiam malos Christicolas possemus ad pacis pulchritudinem reuocare, et vt hoc assistente nobis dextera Regis regum eo efficacius, quod in nobis deficeret, accumulato nobis societatis presidio, firmius suppleremus, cum Serenissima Principe Domina Barbara Romanorum et hungarie etc. Regina conthorale nostra charissima, prelatis, baronibus, et proceribus in laudem et magnificenciam nominis domini nostri ihesu Christi saluatoris nostri, pro diuisa et societate effigiem draconis curuati per modum circuli cauda collum circumgirantis diuisi per medium dorsi ad longitudinem a suummitate capitis, vsque ad extremum caude effluente sanguine, et desuper crucem, qua dominus noster et redemptor interni claustra, post gloriosam resurrectionem suam descendens ad inferos dissipauit, illamque secum ferens antiqui hostis leuiathan et draconis tortuosi inferorum malorum caput ipsius crucis ministerio potenter deflexit, por-

tandam et ferendam elegimus, acceptauimus et per modum societatis, vt vidue et orphani sociorum huiusmodi societatis, si quos ab hoc seculo migrare contingeret, protegi et oppressiones indebite reprimi possent, duximus inducendum. Que quidem Societas, vt vestra fraternitas informetür, succincte tali norma et iure est ordinata videlicet quod nos et quilibet sociorum societatis prefate consocys suis in huiusmodi societatem receptis, tenetur honorem et reuerentiam licitos exhibere, ipsosque promouere pure, et iuste, prout decebit, absque fraude, viduas et orphanos eorumdem et cuiuslibet, qui ab hac luce decederent, in ipsorum possessionibus et iuribus quibuslibet, a cunctis impetitoribus seu molestare volentibus possetenus protegere et defensare, ipsorum oppressiones releuare, et a verecundia et quibuslibet eis imminentibus periculis fideliter preseruare. Item, si quem dictorum sociorum praescripte societatis mori contigerit, tunc singuli huius societatis et communitatis socii, dum eis id innotuerit, et hoc fieri potuerit, ad exequias seu sepulturam talis defuncti personaliter transeant, si vero non irent, vel aliquibus impediti ad id ire non possent; tunc quilibet talium ob remedium salutis anime defuncti triginta missas celebrari faciat, quanto citius poterit, pro comparacione cuiuslibet Misse quatuor denarios maioris monete soluturus. Item, quod quilibet Societatis predicte, in signum mortis talis socy vestem lugubrem vna die ferat, quam elapso ipso die pauperi Christi largiatur. Item, quod singulis feriis sextis quilibet prescripte societatis socius vestem nigram ferre teneatur; si quis autem hoc ferre neglexerit, tunc quinque missas in laudem quinque vulnerum Christi faciat celebrari, similiter quatuor denarios

pro qualibet missa persoluendo, si vero aliqui prescripte societatis supra descriptam draconis effigiem seu signum aliquo die per obliuionem ferre neglexerint, similiter quinque missas celebrari facere teneatur, pro comparacione cuiuslibet Misse quatuor denarios soluturus, vbi autem infirmitate aliquis vel captiuitate, timore seu terrore legitimo preueniente, premissum societatis signum quisquam sociorum ferre nequiuerit, nullo ex hoc grauaminis onere afficiatur. Casu vero quocunque aliquem sociorum huiusmodi signum contigerit deperdere; et amittere, extunc tamdiu, donec huiusmodi signum reparare facere poterit, pro non portacione eiusdem grauamen non incurrat aliquale. Verum carissime consanguinee, atque frater, quia successu temopris vsque huc hec societas singulari quadam gloria apud Christianos Reges plurimos, principes, Comites, et famosos Nobiles, qui eandem summa reuerentia deferunt, et honore, tanta redaccione refloruit, et per dei graciam cotidie sicut planta fructifera dilatatur, non possumus preterire, quin vestram fraternitatem carissimam, quam amamus summopere, quam etiam illustrem Sororem nostram carissimam Magnam Ducissam, Conthoralem vestram dilectissimam, ad illius societatis cetum affeccione feruida inuitemus. Idcirco animo deliberato, sane communicato societatis nostre consilio ad laudem et gloriam dei excelsi, et honorem vestrum precipuum, amoris et caritatis affectu, quos ad vestram fraternitatem nouit altissimus sincere gerimus, feruenter permoti. Eidem vestre Fraternitati, et prefate carissime Sorori nostre Magne Ducisse ipsam Societatem nostram motu proprio duximus transmittendam, vt et vos noster et nos vester simus veri fratres et socii consodales, nosque

iuuemus mutuo in omnibus necessitatibus imminentibus indefesse, ad que etiam vestra fraternitas se stringat et promisso, prout ad hanc societatem pertinet, fraternaliter alligabit. Sic habet vestra cara fraternitas quemdam nouum nodum quibus simul glutinamur, vt licet inscriptionibus et foederibus per nos dudum initis nobis inuicem succurrere teneamur. Tamen istius societatis nostre racione alter alterum, et alterutrius viduas et orphanos mutua vicissitudine quandocunque requisiti et inuocati fuerimus nullatenus deserere, sed fideliter defensare, et ab impetitoribus preseruare tenemur. Et vt hec societas apud vos ad laudem Dei felicibus augmentis proficiat, damus vestre fraternitati tenore presencium licenciam, et liberam facultatem principatuum et terrarum vestrarum Principes Barones, ac alios viros generosos Nobiles et bone fame, ac in virtutibus conuersatos ad huiusmodi societatem acceptandi, quos placuerit acceptandos, qui etiam promittant prescriptos articulos inuiolabiliter obseruare. Accipite igitur carissime freter grato animo fraterni doni munusculum, et cum — — — vna cum Conthorali vestra carissima et his, quos duxerit adoptandos, — — dileccionis nobis munere destinato. Presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Posonii Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo nono die — — Mensis Augusti, regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XLIII. Romanorum XIX. et Bohemie Decimo.“ — Ad mandatum d. Regis Caspar Slik.“ L. S. pendentis.

Ex originali Musei nationalis exscripsit Ferd. Müller Actor. Muse. tomo I. p. 184. sqq. Expugnatione Castri Kolumbacz frustra anno priori tentata, annum hunc in expeditione rursus in Bohemiam suscipienda exegit; importuna

Electorum mora offensus se dignitate imperiali, cum morbis etiam crebro laboraret, abdicare constituit. Qua declaratione moti Ordines imperii expeditionem contra Bohemos in sequentem annum decreuerunt. Windek l. c. cap. 116. 117.

Idem Sigismundus villam Chuhna, ad moniales Poson. pertinentem confirmat. A. MCDXXIX.

Metales item possessionum Wolfs, Harka et Wiss. ad Ciuitatem Sopron. pertinentium. A. MCD. XXIX-o.

Vtrumque in Corpore Dipl. Musei nationalis nro 145. et 146.

Idem in causa Monialium de insula leporum de metis possessionis Chele in Comitatu Baranyensi sententiam fert. A. MCDXXIX.

Cod. Szechén. Tom. VI. nro 90. Ad pagum hunc Chele, qui iam disparuit, fuerat Ludouicus II. miserabili morte absorptus.

Nicolai de Gara Palatini in causa Joannis de Maroth contra Adalbertum de Ungh, Priorem Auranae, ob contradictionem statutioni in Welike interpositam, sententia XXIII. Martii A. MCDXXIX-o.

Cod. Szechény tomo VI. nro 86.

Anno 1430.

CCXCII.

Mandatum Sigismundi Romanorum regis, ac Hungariae, Bohemiae, etc. Ciuitati Poson, vt Styborio de Bolondocz, tuitionem partium superiorum contra Hussitas procuranti, pecuniam deputatam consignet. A. 1430.

C-o propria Domini Regis.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hung. Boh. Dalm. Croat. etc. Rex Providi fideles dilecti. Quanta et qualia negotia fi-

delis noster magnificus Stiborius de Bolondocz contra perfidos Haereticos Hwzytas circa tuitionem Partium nostrarum superiorum ex nostra dispositione habet sufferre et expedire, fidelitatem Vestram credimus utique non ignorare. Unde fidelitati Vestrae firmissime praecipimus et mandamus, quatenus illam pecuniam, quam per vos ipsi Stiborio, uti nostis, dare deputavimus, sibi sine omni retardatione dare debeatis et assignare, ne facta et negotia huiusmodi tuitionis et defensionis dictarum partium nostrarum Superiorum quoque negligantur ex defectu pecuniae prenotatae, et secus nullatenus facere praesumatis gratiae nostrae sub obtentu. Dat. in Villa Pwrkstorf in festo B. Clarae Virgin. Anno Domini MCCCCXXX. Providis Viris Judici, Juratis caeterisque Civibus Civitatis nostrae Posonien. fidelibus nostris sincere dilectis (L. S.) appressi.

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits. — Stiborius hic fuerat, qui Bohemos in Hungariam effusos, eam, quae inter Posonium ac Tirnauiam est plagam foede vastantes, vltraque grassari volentes, cum Mathisio prohibuit. Sed ab hoc in pugna perfide desertus, amissis suorum sex millibus inferior excessit. Windeck l. c. cap. 170. Aeneas Syluius l. c. cap. 48. Haec vastatio Hungariae per Hussitas facta toto fere anno impunis dirauit; vt e sequentibus patebit.

CCCXIII.

Donatio Sigismundi super domo, in suburbio Ciuitatis Poson. Vedricz dicto sita, Jacobo Boheim Magistro Carpentariorum collata. A. 1430.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex memoriae commendamus

per praesentes: Quod nos, cui interest cunctorum nobis obsequentium illorum potissimum, qui artis alicuius et ingenialis scientiae magisterio apud nostram ex facti testificatione apparenter viguerunt Maiestatem libratis Conditionum et meritorum qualitatibus digna rependere premia meritorum, consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis fidelis nostri circumspecti Jacobi Bohemi Magistri Carpentariorum nostrorum per eum Claritati nostrae nedum in directione laborum aularum nostrarum mechanicae artis Magisterio ex diversis lignaminum compaginibus mire compositorum, verum etiam in nonullorum fortalitiorum nostrorum et Machinarum e multis lignorum congeriebus artificiosa erectione et sudorosorum eorundem operum placibili consumatione exhibitis et impensis; quandam Domum nostram in suburbio Civitatis nostrae Posoniensis in Vico Wedrycz vocato habitam, alias per nostram Maiestatem a Nicolao Litterato, Cive ipsius Civitatis nostrae Posoniensis pretio emptam et comparatam, cum omnibus suis aedificjis ac utilitatibus et utilitatum integritatibus praefato Magistro Jacobo Bohemo Magistro Carpentariorum nostrorum, et suis haeredibus universis in perpetuam haereditatem dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus, et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, annuentes eisdem Magistro Jacobo et suis haeredibus, ut ipsi praefatam Domum, simul cum jam dictis cunctis suis utilitatibus in vita vel in morte, dum maluerint, legandi, dimittendi, et de eadem iuxta eorum voluntatis libitum disponendi, plenariam habeant facultatem, harum nostrarum vigore et testimonio Litterarum mediante. Datum in Thata die

dominico prox. post festum ascensionis Domini Anno eiusdem MCCCCXXX. Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. XLIV. Romanor. XX. et Bohemiae X.

Ex Transumpto Senatus Civitatis Brunensis in Moravia Sabbatho post festum S. Chunegundis A. 1445. ad requisitionem dicti Jacobi Boemi, Magistri Carpentariorum in Charta sub appresso Sigillo emanato, fide integra descripsit et prompte communicavit Georgius Gyurikovits.

CCXCIV.

Idem Sigismundus pro laboribus Posonii continuatis Stephano de Rozgon, Comiti 2400. florenos monetae Quarting. vocatae, de pecuniis cusionis Monetae suam Maiestatem concernentibus, assignat.

Commissio propria Domini Regis.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex, fidelibus nostris providis Judici et Juratis Civibus nostrae Civitatis Posoniensis salutem et gratiam, fidelitati Vestrae firmo, nostro Regio sub edicto praecipimus et aliter habere nolen. mandamus, quatenus statim visis praesentibus, fideli nostro Magnifico Stephano de Rozgon Comiti Posonien., seu eius hominibus per ipsum ad labor. nostror. Posonien. sollicitationem deputatis duo millia et quadringentos florenos per centum monetae nostrae Quarting vocatae de pecuniis cusionis ipsius monetae nostrae ad rationem portionis nostrae Maiestatis in ipsa Cusione nos concernente, pro dictorum laborum nostrorum continuatione dare et assignare debeatis, quos quidem duo Millia et quadringentos florenos de praetacta Cusione monetae nostrae, seu pecuniis eiusdem ad portionem nostram cedend., pro vobis successive excipiatis et rehabea-

tis ex integro. Secus non facturi. Datum Viennae in festo Divisionis Apostolor. Anno Domini MCCCC. XXX. Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. XLIV. Romanor. XX. et Bohemiae Decimo.

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCXCV.

Idem Rex dispositionem suam iterat. A. 1430.

C.o propria Domini Regis.

Sigismundus Dei gr. Romanor. Rex semper Augustus, ac Hungariae, Boh. Dalm. Croat. etc. Rex, fidelibus nostris providis Judici et Juratis Civibus nostrae Civitatis Posonien. salutem et gratiam. Prout et quemadmodum Fidelitati Vestrae per alias Literas nostras mandasse retulimus, sic et per praesentes firmiori nostro Regio, quo possumus, damus sub Edicto, quatenus de proventibus Cusionis monetarum nostrarum ad portionem nostrae Maiestatis cedentibus, fideli nostro Magnifico Stephano de Rozgon Comiti nostro Posoniensi aut ejus hominibus, sollicitatoribus scilicet laborum nostrorum Posoniensium, ad labores nostros praenotatos, duo Millia et quadringentos florenos per Centum praesentis nostrae Monetae Quarting appellatae dare debeatis et assignare, quos quidem duo Millia et quadringentos florenos pro parte praemissa, tandem de ipsis proventibus ipsius Cusionis monetarum nostrarum pro portione nostra cedentibus pro vobis successive extrahetis. Et secus sub Poena gravissimae nostrae indignationis, quam eo facto, nisi feceritis, quae mandamus, incurretis, nullatenus facere praesumatis; praesentes autem facta solutione praemissa, simul cum praedictis aliis Litteris nostris, pro Vestri

expeditione, erga vos reservetis. Datum Wyennae die dominico prox. post festum Divisionis Apostol. Anno Domini MCCCCXXX. Regnorum nostrorum Anno Hungar. etc. XLIV. Romanor. XX. et Bohemiae decimo.

Ex autographo transumsit et communicavit Georg. Gyurikovits.

CCXCVI.

Idem Rex civium Poson. gratuita subsidia celebrat, ac facultate cudendae monetae remuneratur. A. 1430.

Commissio propria Domini Regis.

Nos Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, universis: quod nos de fidei firmitate, animi constantia, fidelique, et sollicita agendorum nostrorum promotione, et sagaci procuratione fidelium nostrorum Providorum, et Circumspectorum Judicis, et Juratorum, ceterorumque, Civium Hospitum, et Inhabitatorum Civitatis nostrae Posoniensis, quos in omnibus nostris obsequiis, negotiis et expeditionibus eorum procurationi, et expeditioni per nos commissis, et confisis fideles semper reperimus et solertes, de eorum fidelitate, et agili exercitio, et procuratione diligenti amplius confidere volentes, indubieque tenentes, quod ea, quae ipsis committemus, exemplo praeteritorum futura utiliter et expedient, et solerti vigilantia promovebunt, ex nostro etiam recordio non excidit, ymo nostrae mentis armarium oblivionis caligine fugata, crebrius exinde memoria occupat, quod tempore disturbiorum dicti Regni nostri Hungariae, jam dante Domino,

feliciter sedatorum, dum de paterno Regno nostro Bohemiae praenotato in manu forti in praefatum Regnum nostrum Hungariae per dictam Civitatem nostram Posoniensem iter nostrum arripuissemus, tunc annotati Cives nostri Posonienses fideles, et devoti debitum sincere fidelitatis exolventes, se nobis per efficaciam mandatorum nostrorum, et gratae hospitalitatis complacentias prae omnibus aliis beneplacito nostro conformarunt, attentis etiam et consideratis multiplicium expensarum oneribus, per ipsos nostros Cives ad sustentationem Nostrae et Reginalis Majestatum, Praelatorumque ac Baronum et Procerum nostrorum in eadem Civitate nostra pro tuitione et defensione Confiniorum praefati Regni nostri Hungariae contra perfidos Huzytas et Taboritas, haereticae pravitatis labe offuscatos, totius orthodoxae fidei, nostrosque, ac dicti Regni nostri Hungariae infideles, et rebelles in ipsorumque exinde offensam fere unius integri anni spatio moram trahentium copiose factarum et expositarum, pro quibus licet iidem nostri Cives a nostra Maiestate multo maiora mererentur remunerationum impendia, in particularem tamen praemissorum compensam eisdem, ipsorumque posteris, et successoribus hanc gratiae praerogativam duximus perpetue faciendam quod ipsi, et dicti eorum successores quamlibet monetam regalem argenteam, cuiuscunque nummismae, seu monetae existat, nunc et in posterum pro tempore currentem, in dicta Civitate nostra Posoniensi in eorum videlicet medio iuxta Legam, modum, formam, valorem, et quantitatem in aliis huiusmodi Camaris Cusionis monetarum nostrae, et successorum nostrorum Regum, utputa Hungariae in talibus habitas et observandas cudi facere valeant et la-

borare, ac ad instar aliorum Comitum, seu Camerariorum huiusmodi cusionis monetarum, ipsas monetas exponendi, seu commutandi liberam habeant facultatem, simul cum omnibus directionibus, et expeditionibus quibuslibet, nec non libertatibus, exemtionibus, praerogativis, et facultatibus solitis, et consvetis, et ob hoc ipsos Cives nostros in Comites, et Camerarios huiusmodi cusionis monetarum nostrarum regalium perpetue duximus praeficiendos et constituendos, ymo praeficimus, et constituimus praesentium per vigorem tali interiecta conditione, quod ipsi et praescripti eorum posteri, et successores directam, et aequalem medietatem omnium proventuum, et obventionum, quae in expeditione, commutatione, vel quovis alio in lucro dictae cusionis monetarum nostrarum provenient, et provenire solent, Fisco nostro Regio, et consequenter praefatorum successorum nostrorum Regum, ut praefertur, Hungariae fideliter debeant administrare. Ceterum omnes expensae, quae in expeditionibus praemissorum necessario fieri debent; et fient in futurum, de praescripto communi lucro cusionis monetae argenteae regalis et ipsorum Civium perpetue fiant, et persolvantur. Ipsique Cives de huiusmodi dispensatione, et expositione singulis quatuor temporibus anni certis officialibus nostris, et nostrorum successorum Regum ad hoc deputandis plenam dare teneantur rationem. Item decrevimus et perpetuis successivis temporibus volumus firmiter observari, ut in Comitatibus Posoniensi, Mosoniensi, Soproniensi, Castriferrei, Zaladiensi, Nitriensi, Comaromiensi, Jaurinensi, et in Provinciis Regni nostri Sclavoniae, nec non in Civitatibus Posoniensi, Tyrnaviensi, Trynchiniensi, Soproniensi, Comaro-

miensi, Samaria, Tatha, Lewpoltsdorf, Deven, Óvár alias Altenburg, Neusiedel, et Kissmárton nullus alter audeat, vel praesummat argentum, et florenos auri, nec non monetas quascunque emere, seu cambire, sub poena ablationis talium argenti, et florenorum, nisi Cives nostri praenotati, ad praescriptam Camaram nostrae Maiestatis. Et si aliqui homines, seu mercatores de partibus nostris inferioribus, puta de Rascia, vel aliunde ad praetactam Civitatem nostram Posoniensem aliquod argentum monetatum, vel non monetatum, caussa venditionis seu Cambii detulerint, extunc etiam tales huiusmodi argentum ad dictam Cameram nostram Posoniensem, ipsis Civibus nostris, et nemini alteri pro condigno pretio dare teneantur, et assignare: alioquin ipsi Cives nostri talismodi argentum sine aliquali pretio ad dictam Camaram nostram aufferendi habeant facultatem; praeterea annuimus iisdem Civibus et Mercatoribus nostris gratiose ut ipsi, et memorati ipsorum successores, ubique intra ambitum dicti Regni nostri Hungariae, argentum seu pecuniam cuiuscunque monetae existat, pro pecunia, aut quibusvis rebus eorum mercimonialibus ad dictam Cameram nostram emere et commutare, et demum ad eandem Cameram nostram apportare valeant, atque possint, contradictione quorumlibet non obstante. Ut igitur huiusmodi nostrae Concessionis, et gratiae praerogativa robur obtineat perpetuae firmitatis, praesentes Litteras nostras emanari fecimus, secretique Sigilli nostri appensione roborari. Datum in Kewche in Vigilia festi Nativit. Beati Joannis Baptistae, Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo. Regnorum nostrorum Anno Hungariae etc. quadragesimo quarto, Roma-

norum vigesimo, et Bohemiae decimo (L. S.) pendentis.

Praesens Privilegium est ex autographo membranaceo fide integra transumtum. Qui hoc cum exemplari in Catalogo Numorum Hung. Parte 3. p. 208. contulerit, animadvertet., impressum multis iisque notabilibus sensum conturbantibus sphalmatibus, vocum et phrasium omissionibus scatere. Adest quoque illius authenticum Transumptum in Capitulo Posonien. anno 1447. feria sexta ante festum Gregorii Papae procuratum, utrumque in Archiuo Urbis Lad. XXI. repositum. Georgius Gyurikovits.

CCXCVII.

Joannes Noffry de Bajmocz, Comes Tricesimarum, requirit Magistratum Poson. vt vina decimalia ob metum Hussitarum in Ciuitatem inuehere permittat. A. 1430.

Providi Viri, Amici nobis honorandi. Intelleximus, quomodo vos vina Decimalia in toto ad Ciuitatem Posoniensem inducere non permittatis, nobisque in Damnum valde magnum. Super quo rogamus easdem vestras amicitias per praesentes propterea, ut dicta vina Decimalia ad dictam Civitatem inducere permittatis, ne nos per illos maledictos Haereticos et Hussitas damnum patiamur aliquale. Signat. Bajmocz die 23-a Mensis Octobris Anno Christi 1430. Joannes Noffry de Bajmocz Comes Tricesimarum etc. Providis viris Judici, senatui ac toti Comunitati Posoniensi amicis nobis honorandis.

Ex autographo transumsit et communicauit Georgius Gyurikovits.

Anno 1431.

CCXCVIII.

Mandatum Sigismundi ad ciuitatem Poson. vt nautm cum nautis

pro deuehendis vsque Budam muneribus Turcarum Imperatori, Amurathi destinatis, disponat. A. 1431.

Comissio propria Domini Regis.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hung. Boh. Dalm. Croat. etc. Rex, vobis fidelibus nostris Judici et Juratis Ciuibus nostrae Ciuitatis Posoniensis firmiter praecipimus et mandamus, quatenus statim, receptis praesentibus omni recusa postergata, pro certis rebus nostris per fidelem nostrum spectabilem et Egregium Benedictum Fulchi de Forliuio Nuncium et Consiliarium nostrum, Omorath Domino Turcorum pro munere destinatis, de una navi recenti et Remigatoribus ad id necessariis juxta Informationem ipsius Benedicti Fulchi eidem ad vestras expensas usque Civitatem nostram Budensem disponenda prouidere modis omnibus debeatis, nullam in hoc negligentiam committere praesumendo, prout gravem nostrae maiestatis indignationem incurrere formidatis. Datum Neurembergae feria quarta proxima post octavum diem festi Pascae Domini. Anno eiusdem Millesimo, quadringentesimo Tricesimo primo, Regnorum nostrorum Anno Hung. etc. XLV-o, Romanorum XXI-o et Bohem. XI-o (L. S.) sub quo scriptum est: vt supra.

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCXCIX.

Mandatum eiusdem ad Ciuitatem Poson., vt Bombardistis, artificibus, lapicidis ac laboratoribus, ac labores regios Posonium e Germania deducendis, hospitia congrua disponat. A. 1431.

Comissio propria Domini Regis.

Nos Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hung. Boh. Dalm. Croat. etc.

Rex, vobis fidelibus nostris Providis Judici et Juratis, caeterisque Ciuibus Ciuitatis nostrae Posoniensis firmiter praecipiendo mandamus, quatenus receptis praesentibus diligenti inter vos moderamine prehabito, illis Bombardistis Lapicidis, Carpentariiset aliis Artificibus atque Laboratoribus, quos Magister Reyhardus, solicitator utputa Laborum nostrorum Posoniensium illuc secum de nostrae Maiestatis Commissione adducet, in ipsa Ciuitate nostra Posoniensi, seu vestri in medio de congruentibus Hospitiis et habitaculis ipsis necessariis providere et disponere modis omnibus debeatis, secus facere non ausuri. Datum Newrembergae feria quarta proxima post Dominicam Inuocavit. Anno Domini Millesimo Quadringentésimo Tricesimo primo, Regnorum nostrorum anno Hung. etc. XLIV. Romanorum XXI-a et Bohemiae undecimo. (L. S.)

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikouits.

Repositorium Ladislai de Chack, Vaiuodae Transiluani, pro successoribus Stephani Fejes in portiones Geyke, ac Sz. Miklos, ex putatio defectu occupatas. Datum anno MCDXXXI.

Chartae Transiluanicae nro 60. Mus. Nat. inaccessibilis.

Martini Tulzian, Schafferi in Eisenstadt ad Judicem et Consulem Sopronien. literae germanicae, quibus petit Georgium Grünschorn ad soluendam arendam telonii in lacu stringi. Dat. A. MCDXXXI.

Ibid.

Anno 1433.

Mandatum, quo Sigismundus R. H. iubet reparari muros Kesmarkini contra Hussitas per Ciuitates Scepusienses. Datum anno MCDXXXIII.

Compilata Dipl. Scepus nro 54.

Mandatum eiusdem quo Bani Dalm. et. Croatiae Castrum Zlwin oppignoratum Paulo de Zyrin remittere iubentur. A. MCDXXXIII.

Corp. Dipl. Sigism. nro 147.

CCC.

Adiumentum per Sigismundum R. pro conseruatione ac custodia Ciuitatis Poson. Hussitarum insultibus expositae, deputatum. A. 1433.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hung. Bohem. etc. Rex. Audientes, quod Castrum et Civitas Posoniensis propter Hussitarum saevas Insultationes pluribus jam subjaceret periculis et volentes ipsorum Custodiae et defensioni, quantum in nobis est, opportune providere, disposuimus, animo deliberato, ut etiam Civitates nostrae regales, nec non nobiles decem lanceatorum terre Scepusiensis pro commoda locorum defensione et custodia succursus et auxilia praebeant, prout ex Registro praesentibus involuto, poteritis vobis plenius et latius superinde informare. Quapropter volumus et vobis praecipimus, quatenus respectu Solutionis huiusmodi vobis faciendae, vos ultra illas gentes, quas secundum Dispositionem per nos alias vobis factam, in dicto Posonio tenemur conservare, alias gentes, quae de solutione praetactactarum Civitatum nec non nobilium, decem Lanceatorum, juxta modum, in dicto registro descriptum, pro toto anno sustentari poterunt, conveniatis, conducatis et stipendietis, vobisque ab eisdem civitatibus et nobilibus, quibus superinde scripsimus singillatim, eandem solutionem in terminis, qui per nostros in Regno nostro Hungariae vicarios et locum tenentes, quibus similiter scripsimus, statuentur et praefigen-

tur, fieri et exhiberi postuletis. Datum Senis secundo die festi purificationis Virginis Mariae gloriosae. Anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo tertio. Regnorum nostrorum anno Hung. etc. XLIV. Romanorum XXIII. et Bohemiae XIII. Adjutorium per D. regem ad Posonium deputatum vult Majestas Regia ut pro Conservatione et Custodia castri Posoniensis, civitates Regales infra scriptae faciant adjutorium et subsidium modo infrascripto: Civitas Budensis, Albaregalis, Strigonien., Cassovia, Eperiesien., Bartpha, Civitas terrae Scepusiensis erga manus regiae maiestatis existens: Episcopus Veszprimien. Episcopus Jaurien. Abbas S. Martini, Abbas Péchvarad., scribatur Vicariis, ut propter aliquam necessitatem ad aliqualia agenda non compellat Cives Budenses, quia vult regia maiestas, ut pro defensione Castri et Civitatis Posoniensis iidem pro illis gentibus decem lancearum, (cum quibus ex debito, prout in eorum privilegiis continetur, ad unam regiam expeditionem exercitualem tenentur) debeant ad unum annum pro conservando ibidem tantas gentes solvere cum pecuniis florenor. 1680. auri, et hanc solutionem faciant quater in Anno de tribus mensibus in tres menses, in qua solutione pro qualibet vice cedunt 420. fl. auri. Item quod Civitas Albaregalis faciat solutionem similiter quater in anno pro decem equitibus pharetrariis de tribus mensibus ad tres menses; quae solutio ad totum annum extendit se ad florenos auri 420. —

Ex autographo transumsit et communicauit Georgius Gyurikovits. Anno hoc cessit **Belgradum** Georgius Brankovics, filia sua Catharina, Vlrico Comiti Cileensi in matrimonium locata, tam Sigismundo Regi quam Nicolao de Gara Palatino cognatione iunctus, erga possessiones

amplissimas in Hungaria impetratas. Belgradensi munimento Rex Mathiam de Thallócz, Comitem de Kóvár praefecit. Quo Romam ad Eugenium IV. ablegato, praefecti vices gessit Joannes de Hunyad, heros regni futurus. Occasionem Belgradi periculum suggessit. Collocauerat Sigismundus in ea, qua Belgradi ager in meridiem vergit, Crucigeros Prussos, vt eam contra Turcorum incursionem tuerentur. Amurathes, illos ceu repagulum, suis progressionibus oppositos intuitus, a rege Poloniae, vt ferebatur subornatus, vero similius ipsorum virtutem militarem veritus, Myrza, infideli Valachiae Vaiuoda in armorum societatem tracto, adortus, etsi rem fortissime gererent, internecione deleuit. Windeck cap. 195.

Anno 1434.

CCCI.

Literae Sigismundi, quibus Supremo Comiti, ac Ciuitati Poson. aduenturum se Posonium insinuat et prandium disponit. An. 1434.

Comissio propria Domini Imperatoris.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Magnifice et Providi, fideles nobis sincere dilecti! Deo nos fideliter conducente, crastina die ad horam prandii modis omnibus victualium generibus congruentibus fulciti, nostrum illac accessum exspectare sciatis et nos suscipere cum tota nostra commitiva. Quapropter vestrae fidelitati firmissime mandamus praecipien. quatenus receptis statim praesentibus, pro prandio crastinae diei, de melioribus piscibus, qui reperiri poterunt, nec non de bonis vinis, ac panibus et optimis uvis et piris, caeterisque fructibus usui nostro decentibus, sic copiose et ad sufficientiam providere debea-

tis, ut tam nos, quam nostra familia nullum in victualibus habeamus defectum. Datum in Descensu nostro navali supra Kornewburg, feria quinta proxima pos festum B. Francisci Conf. Anno Domini M. CDXXXIV. Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. XLVIII. Romanorum XXV. Bohemiae XV. Imperii vero 2-o. Magnifico Stephano de Rozgon Comiti Posoniensi, nec non Providis, Judici, Juratis, caeterisque Civibus et hospitibus, ac toti Comunitati Ciuitatis nostrae Posoniensis, fidelibus nostris sincere dilectis. (L. S.)

Anno 1434. festo Aegidii Abbatis (die 1. Sept.) Ratisbonae edidit mandatum Sigism. R. erga relationem Emericii filii Vayvodae de Marczaly, ut iuxta informationem. R Mich. Tompa Aulae reg, Familiaris et Rodolphi servitoris Agazon. reg. Magistri Posonium praemissorum, Hospitia, mensas. scamna, aliaque necessaria pro sua Maiestate et eius comitiua usque suum aduentum proxime disponat et adaptet. A. 1434. festo omnium sanctorum Posonii commorans Sigismundus R. edit mandatum, ut Capitulum Posonien. referat, quidnam in causa per Civitatem Posonien. contra Ladislaum Groff do Zenthgewrgh (Szent György) mota, sex probi et nobiles viri per easdem partes eligendi, 8-o die festi Andreae coram eodem Capitulo Posonii arbitrabuntur. Ex authographo desumsit et communicauit Georgius Gyurikovits.

CCCII.

Idem Sigismundus munera strenalia suum vsque ab oris exteris aduentum, Ciuitatem Poson. apud manus reseruare mandat. A. 1434.

Comissio propria Domini Imperatoris.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalma-

tiae, Croatiae etc. Rex, fidelibus nostris providis Judici, Juratis, caeterisque Civibus et Communitati Civitatis nostrae Posoniensis salutem et gratiam. Licet alias dum adhuc in Regno nostro Hungariae essemus constituti, munera nostra strenualia vestri ex parte nobis et Fisco nostro in signum dominii nostri naturalis, singulis annis pro novo anno provenire debentia, Serenissimae Dominae Reginae Conthorali nostrae carissimae, serie aliarum Litterarum nostrarum ad certa tempora in eisdem aliis Litteris nostris denotata per vos administrari mandauerimus; tamen quia iam completis praedictis temporibus ipsa munera nostra strenalia Maiestati nostrae debent iterum more alias consveto provenire et administrari: ideo vestrae universitatis Fidelitati firmissime praecipimus et mandamus, quatenus memorata munera nostra Strenalia, vestri parte, nobis et Fisco nostro anno in praesenti provenire debentia, simul cum aliis muneribus, quae tempore praesentationis huiusmodi munerum strenalium per vos offerri consveverunt, usque felicem nostrum in Regnum nostrum Hungariae praedictum aduentum, erga vos reservetis, Maiestati nostrae in praedicto nostro adventu per vos praesentanda, nec cuipiam alteri praenarrata munera strenalia sitis ausi dare et praesentare, quovis modo, et nec secus sub obtententu nostrae gratiae facere praesumatis. Datum Basileae feria secunda prox. ante festum B. Fabiani et Sebastiani Martirum. Anno Domini MCDXXXIV. Regnorum nostrorum anno Hung. etc. XLVII. Romanorum XXIV. Bohemiae XIV. Imperii vero primo. (L. S.)

A. 1434. feria 3-a ante festum Annunciationis B. M. V. Basilee moram nectens Sigismundus R. iterato praecipit

Civitati Posonien., ut eadem munera strenalia, quae anno currente circa festum Circumcisionis Domini Regiae Maiestati solvi debuissent, nec Serenissimae Reginae, nec cuipiam alteri assignasset, sed apud se parata conservet vsque suum adventum, secus duplicata irremissibiliter exigentur. Ex autographo transumsit et communicauit Georgius Gyurikovits.

Mandatum Sigismundi ad Clementem Ep. Jaurinen. de corona ab vxore, ac filio Nicolai de Gara, Palatini, post huius obitum recipienda. Dat. A. M. CDXXXIV.

Corpus Dipl. Sigism. nro 153. Mus. Nat.

Delegatorium in causa actuum potentiariorum per Saxones Trans. in praediis Chege, Fata etc. patratorum. A. MCDXXXIV.

Ibid. nro 155.

Praeceptorium iubens cuiuscunque status et conditionis regnicolas ad impositam taxam dependendam stringi. Dat. A. MCDXXXIV.

Ibid. nro 156.

Relatoriae Conuentus B. M. V. de Clusmonostra super statutione hominum de Drág et Sombor in Kezdimező. A. MCDXXXIV-o.

Chart. Trans. nro 61.

Anno 1435.

CCCIII.

Idem Sigismundus Ciuitati Strigon. immunitatem a tributo adiudicat. A. 1435.

Litterarum autem per Procuratorem Civium Civitatis Strigoniensis exhibitar. prima olim D. Sigismundi Imperat. et Regis Littera Adiudicatoria Poso-

nii vigesima die Octavae festi Epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, Regnorum suorum Anno Hungariae 48. Romanorum 25. Bohemiae 15. Imperii vero 2. patenter emanata, Sigillo eius Secreto ab intus in inferiori margine munita inter caetera nos taliter edocebat: quod cum fideles Suae Maiestatis Judex iuratique Cives Civitatis suae Strigoniensis Litteris in eisdem nominati in eorum ac omnium Civium et totius Comunitatis dictae Civitatis Strigoniensis Suae Maiestati in eo quaerimoniam porrexissent, ut quamvis ipsi et eorum quilibet requirentibus antiquis eorum libertatibus privilegiatis eis per Divos Reges Hungariae suos scilicet Praedecessores vigore efficacium Litteralium Instrumentorum eorundem confectorum, et per suam Maiestatem tandem confirmatorum gratiose concessis et elargitis a solutionibus quorumlibet tributorum tam videlicet in suis Regiis, quam aliorum quorumvis Tributis ubicunque in hoc Regno suo in Terris et in Aquis exigi consvetorum exempti essent et supportati haberentur, tamen quidam Domini et Nobiles Regni huius Litteris in eisdem nominatim conscripti in eorum tributis in contrarium talismodi Libertatum eorum, ab eisdem Civibus, Hospitibus et Populis Strigoniensibus eorumque Rebus et Bonis Mercimonialibus Tributa in Locis Tributorum suorum exigi facere consvevissent, et eos damnificassent, damnificareque vellent in futurum, quod in ipsorum Civium et Hospitum damnum et Praeiudicium oppressionemque et Juris Derogamen cederet multum grande; supplicantes Suae Maiestati superinde de remedio provideri. Ipse itaque Dominus Sigismundus Imperator et Rex nolens praedictos Hospites et

Incolas dictae suae Civitatis Strigoniensis contra ipsorum libertates sine Causa rationabili impediri, praedictis Dominis et caeteris Nobilibus ut praefertur in eisdem Litteris ipsius Domini Sigismundi Regis Adiudicatoriis nominatis litteratorie mandasset, ut ipsi Octavo die festi Epiphaniarum Domini tunc venturi, coram Suae Maiestatis personali praesentia ubicunque pro tunc Sua Maiestas intra ambitum huius Regni sui constitueretur, simul cum universis eorum Litteris et Litteralibus Instrumentis super factis praetaxatorum Tributorum eorum, in quibus ut praemittitur Tributa a praescriptis Civibus, Hospitibus et Populis suis exigi fecissent, confectis et emanatis, ubi et iidem Cives, Hospites, et Populi sui Strigonienses eorum Litteras Instrumenta super exemptione eorum a Solutione dictorum Tributorum confectas et emanata, exhibituri constitui tenerentur, et comparere deberent, ut Sua Maiestas una cum Praelatis et Baronibus suis, visis et examinatis ipsarum ambarum Partium Litteris et Litteralibus Instrumentis praenotatis id facerent, facto in praemisso, quod Juri videretur expedire. Tandem ipso Octauo die praefati festi Epiphaniarum Domini instante, ipsoque condam Domino Sigismundo, una cum eisdem Praelatis et Baronibus suis in Ciuitate sua Posoniensi, pro faciendo causantibus iudicio consedente, praefati Judex et Jurati Ciues dictae Suae Ciuitatis Strigoniensis in eorum ac caeterorum universorum Concivium ipsorum nominibus et personis Suae Maiestatis ac ipsorum Praelatorum et Baronum suorum in praesentiam venientes, et praesentibus praedictis Dominis et Nobilibus Litteris in eisdem nominatim conscriptis, quasdam Litteras olim Domini Belae quarti dicti Hungariae Regis

Privilegiales anno Incarnationis Dominicae 1243. secundo Calendas Aprilis, Regni autem sui anno Octavo, sub suo maiori authentico duplici pendenti Sigillo exortas suum Imperialem et Regium ac Praelatorum et Baronum suorum produxissent in conspectum, inter caetera exponentes: quod cum Armeni Praecedessorum ipsius Domini Belae Regis et suo temporibus in Strigonium ad hospitandum congregati Privilegium super Libertate eorum obtentum Tartaris totam Villam Strigoniensem hostiliter invadentibus et eam funditus, destruentibus amisissent, ipse Bela Rex sicuti decuisset, seriem Libertatis ipsorum per singulos Articulos prae oculis habendo, cum fuisset notorium ipsos ea usos Libertate, ipsum Privilegium duxisset innovandum, quod inter caetera tale exstitisset, ut iidem Armeni cum suis Mercimoniis ad quemcunque locum tributarium accederent, inter Terminos Regni sui nullum persolverent Tributum. Quibus praesentatis praemissa annotatis Dominis Nobilibus et aliis in dictis Litteris ipsius Domini Sigismundi Imperatoris et Regis nominatis et denotatis praemissa Litteralia Instrumenta, facta praedictorum Tributorum eorum tangentia per ipsum Dominum Sigismundum Imperatorem et Regem exhibere commissa per eosdem exhibere postulassent, coram Domino Rege Sigismundo antedicto, quibus quidem Dominis et Nobilibus caeterisque in dictis Litteris Regiis adiudicatoriis nominatis coram ipso Domino Sigismundo Rege ac Praelatis et Baronibus suis personaliter adhaerentibus, sed Litteras et litteralia Instrumenta in facto tributorum eorum in contrarium praescriptarum Litterarum Privilegialium annotati condam Domini Belae Regis super exemptione ipsorum Civium editarum

ad iuridicas Requisitiones ipsius Domini Sigismundi Regis non producentibus, nec huiusmodi gratiose et praedictarum Litterarum saepefati condam Domini Belae Regis rationabiliter obviare valentibus, quoquomodo, nec contravenire se amplius velle asserentibus, praefati Judex Juratique Cives praedictae Civitatis Strigoniensis per praedictum condam Dominum Sigismundum Imperatorem et Regem iuris medelam praeberi postulassent; verum quia praenominatus condam Dominus Bela Rex saepe dictos Armenos suo Praedecessorumque suorum temporibus ad praedictam Strigonium congregatos ex seriebus Privilegiorum ipsorum Praedecessorum suorum Regum ab omni Solutione Tributaria cum eorum mercimoniis ubicunque locorum Tributariorum inter praedicti Regni Hungariae terminos facienda liberos et exemptos, ac eadem libertate praedictorum Praedecessorum suorum et suo tempore usos exstitisse cognoscens, eadem Privilegia pro eisdem Civibus, vigore dictarum suarum Litterarum Privilegialium innovasse, Domino Sigismundo Regi agnitum fuisset, praefati quoque Domini et Nobiles ac alii praedicti super eorum Tributis praedictis in Contrarium praetactae exemptionis et Libertationis dictorum Armenorum Civium ac Hospitum Strigoniensium a praemissa solutione Tributaria factae nullas Litteras seu Litteralia Instrumenta ad juridicas Requisitiones ipsius condam Domini Sigismundi Regis exhibere valuisse, imo nec contravenire se amplius velle recitasse, sicque iidem Cives ac Populi et Hospites Strigonienses ad ulteriorem Solutionem tributariam in locis Tributorum praedictorum, habitorum arctari et compelli non debere, ipsi Domino Sigismundo et Imperatori et Regi ac Praelatis et

Baronibus suis lucide visum fuisset, ob hoc idem condam Dominus Sigismundus Imperator et Rex eorundem Praelatorum et Baronum suorum assumpto Consilio, saepedictos Cives Hospites et Incolas Strigonienses ab huiusmodi solutione Tributaria in locis praedictis, et in dictis suis Litteris specificatis facienda liberos et exemptos fore decrevisset et pronunciasset.

Secunda autem ipsarum condam Domini Mathiae Regis Litterae Confirmationalis anno Salutis 1465. quarto Calendas Junii, Regni autem sui anno 8. Coronationis vero secundo privilegialiter edita dupplici et authentico Sigillo eiusdem impendenti communita series et continentias Litterarum olim Dominorum Ludovici, Alberti, Belae et Ladislai Regum praescriptas Libertates, sed et plures Libertates et praerogativas saepedictorum Civium, Hospitum et Incolarum Strigoniensium declarantium seriatim et verbaliter in se habentes, quas tandem ipse condam Dominus Mathias Rex serie ipsarum Litterarum suarum confirmationalium eisdem Civibus perpetuo valituras confirmasset. — Ex autographo Sententiae Curiae Regiae A. 1496. in Processu per Episcopum Nitrien. moto latae fide integra transsumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCIV.

Sigismundus R. H. possessiones Petri Chek, Comit. Bodrugh, impignoratas, pignore soluto, per Joannem de Korogh remissas, attestatur. A. 1435.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Memoriae commendamus: quod Egr. Joannes, filius condam Phylpus de Korogh, coram nobis personaliter constitutus, confes-

sus est eo modo: vt quia Magnificus Petrus Cheh de Lewa, alias Banus noster Machouien. super 500. florenis auri, pro quibus sibi ipse Petrus Banus possessiones suas Cherthe, Tothfalu, Kylivod, Keresztes, Vanna, Negvend, et Aratho vocatas, omnino in Comitatu de Bodrogh habitas, pignori obligasset, plenariam impendisset satisfactionem, et ipsos 500. florenos plenarie sibi persoluisset; ideo ipse Joannes eundem Petrum Banum super praedictis 500. florenis auri expeditum et per omnia absolutum committendo, praescriptas possessiones sibi, vt praefertur per ipsum Petrum Banum pignori obligatas, eidem reddidisset, remisisset, et resignasset, imo reddidit et remisit ac resignauit coram nobis, manus suas et suorum excipiendo possessionibus ab eisdem, harum nostrarum testimonio mediante. Datum Posonii feria secunda proxima post festum Beati Emerici Ducis. Anno Domini MCDXXXV-o. Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. XLVIII. Romanorum XXV. Bohemiae XV. Imperii vero II-o."

Pray MSS. Tomo XXII. P. II. p. 7.

CCCV.

***Sigismundus Rex sua cura et impensis Ciuitates et castra Poson. Tyrnauiam, Szakolczam, Trenchinium, et alia in confinio Morauiae, et ad fluuium Vagum sita, contra incursiones Hussitarum munienda statuit. A.* 1435.**

Sigismundus Dei gr. Romanor. R. s. Aug. Hung. Boh. Rex. etc. Notum facimus tenore praesentium significantes, quibus incumbit, universis: Quod nos, cuius regiae celsitudinis providentia subditorum suorum et terrarum ac Regnorum suae dominationis tuitioni et illaese conseruationi, nedum introrsus, verum potius ab extraneis invasoribus, officio suae

dignitatis exigente, se obligatam profiteatur, volentes fines Regni nostri praedicti, a partibus Bohemiae et Moraviae, a quibus propter ingruentiam praesentis temporis, ab aliquibus elapsis annis huc usque, frequentiores ipsum Regnum pertulit hostilitates, vi nostra regia reddere securiores, onus infrascriptum, sponte imo ex debito regali, in nostras regias curas, et expeditiones, duximus assummendum; videlicet, ut Civitates et Castra subscripta, Civitatem et Castrum Posoniense, Civitates: Tyrnaviensem, et Szakoltza, Castrum Trentsense, et alia Castra, ac munitiones et fortalitia, in Confinio Moraviae, et iuxta fluvium Vágh, situatas, quemadmodum tam in ipso, ex parte Bohemiae, quam in aliis omnibus confiniis et metis regni nostri ex quacunque parte, apud nostras Regias manus habita, et in futurum quouis eventu et casu, eisdem nostris manibus applicari contingentia, nostris sumptibus regalibus, contra Guerras Bohemorum, et alias, undecunque emergentes muniemus et tutabimur, sufficientibus gentibus, armis, et victualibus, aliisque necessariis, tam pro conseruatione et defensione castrorum ac munitionum in se, quam ad tenendos campos et defensanda circumiacentia campestria contra quosvis insultus hostiles occurrentes: Si autem tanta potentia inimicorum irrepserit, quae maior foret viribus Gentium nostrarum imperialium, nec ab inuasione finium regni arceri et prohiberi, per easdem gentes nostras imperiales posse verisimiliter videretur; ex tunc praelati Deputati, pro Defensione illarum partium, cum suis Banderiis, et viribus, iuxta dispositionem de ipsis factam, et observari consvetam, nec non Comites singulorum Comitatuum, pro earundem partium, vel aliarum,

Guerras habere contingentium, defensione modo simili deputatorum, sub Banderio regali, cum Baronibus, Proceribus, et Nobilibus dictorum Comitatuum et earum Gentibus per modum generalis expeditionis exercitualis, viribus coniunctis et adunatis, succurrere debebunt, ad repellendum insultus hostiles supra dictos. Datum Posoniii in festo beati Gregorii Papae. Anno Domini MCDXXXV. Regnorum Hungarici, etc. anno XLVIII. Romanorum XXV. Bohemiae XV. Imperii vero secundo.

Ex autographo in Tabulario urbis Posonien. desumsit et communicauit Geogius Gyurikovits.

CCCVI.

Mandatum eiusdem regis ad Ciuitatem Poson., vt currus et equos pro deuehendis Posonio Tyrnauiam tormentis necessarios, Magistro Curiae Regiae, ac Thesaurario regio suppeditet. A. 1435.

Comissio propria Domini Imperatoris.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hung. Boh. Dalm. Croat. etc. Rex. Providi Viri fideles nobis sincere dilecti! Vestrae fidelitati firmiter mandantes praecipimus, quatenus statim agnita praesentium notitia, omni recusa postergata, iuxta informationem atque commissionem fidelium nostrorum Magnificorum Emerici filii Vayvodae de Marczaly Magistri Curiae et Michaelis Orszag de Gwth Thesaurarii Nostrae Maiestatis, quos abhinc illuc transmisimus, pro apportatione et conductione rerum ingeniorumque nonnullorum, et instrumentorum Nostrae Maiestatis inibi habitorum, huc ad nos fienda, Currus sufficientes et necessarios cum equis ad id oportunis invenire, et ipsis assignare modis omnibus debeatis

ad rationem pecuniariam nostrae Maiestatis, ipsi autem Magister Curiae nostrae, et Michael Orszag de expensis, pro quibus huiusmodi Currus pro apportatione rerum et ingeniorum praemissorum appretiabitis, vobis et consequenter curriferis et Conductoribus respondebunt, et satisfactionem ac solutionem exhibebunt, secus ergo gratia nostrae sub Obtentu facere non ausuri in praemissis. Datum Tyrnaviae secundo die festi Pentecostes. Anno Domini MCCCCXXXV. Regnorum nostrorum Anno Hung. etc. XLIX. Romanor. XXV. Bohemiae XV. Imperii vero Secundo (L. S.) Providis Viris Judici et Juratis Civibus nostrae Civitatis Posonien. fidelibus nobis sincere dilectis.

Ex autographo chartaceo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCVII.

Mandatum eiusdem Nuncio regis Mesopotaniae Karayluk sonans, vt Posonio ad se Tyrnauiam veniat. A. 1435.

Comissio propria Domini Imperatoris.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croat. etc. Rex, Fidelis nobis dilecte! Fidelitati firmiter mandantes praecipimus, quatenus statim habita praesentium notitia ad nostram quantocius huc venias Maiestatem in Curru per Judicem et Juratos Cives Posonienses tibi de nostro mandato assignando. Mandavimus enim per alias Litteras nostras ipsis Judici et Juratis Civibus, ut iidem de uno Curru tibi debeant modis omnibus providere; secus ergo non facturus. Datum Tyrnaviae in pro festo Sacratissimi Corporis Christi, Anno eiusdem etc. A. MCCCCXXXV. Fideli nostro Johanni Tar-

taro Nuncio Illustris Principis Karayluk, Domini Mesopotamiae etc. nobis dilecto (L. S.)

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCVII.

Mandatum Sigismundi Regis ad Ciuitatem Posoniensem directum. A. 1435.

Sigismundus etc. Providi fideles dilecti! Fidelitati Vestrae firmiter mandantes praecipimus, quatenus statim visis praesentibus fideli nostro Johanni Tartaro, Nuncio Illustris Principis Karayluk Domini Mesopotamiae, qui nunc in Posonio existit, de uno Curru recentibusque Equis, in quibus huc ad nostram Maiestatem venire possit, providere debeatis, secus facere non ausuri. Datum Tyrnaviae in vigilia festi Sacratissimi Corporis Christi Anno eiusdem MCCCCXXX. quinto. Regnor. Anno Hung. etc. XLIX. Romanor. XXV. Bohem. XV. Imperii vero tertio. Providis Viris Judici Juratisque Civibus nostrae Civitatis Posoniensis fidelibus nostris sincere dilectis. (L. S.)

Ex autographo chartaceo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCVIII.

Mandatum eiusdem, vt Ciuitas Poson. pro reuehendis Posonium Tyrnauia monialibus, metu Hussitarum profugis, currus suppeditet. A. 1435.

Comissio propria Domini Imperatoris.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Providi fideles dilecti. Quia nos serie aliarum litterarum nostrarum mandavimus

fideli nostro Magnifico Georgio de Rozgon Comiti Posoniensi ut ipse illas moniales, quae se ob metum Huzytarum de hoc loco ad Civitatem nostram Posoniensem reduxerunt, moraturas, rursum ad hanc Civitatem ad earum pristina habitacula remittere debeat et destinare; Ideo fidelitati vestrae firmissime mandantes praecipimus, quatenus statim, visis praesentibus iuxta requisitionem praefati Comitis Georgii, annotatis monialibus de curribus et animalibus in et super quibus ipsae moniales huc ad ipsarum pristina habitacula, conduci possint, modis omnibus sine recusa aliquali, providere debeatis, secus gratiae nostrae sub obtentu facere non ausuri. Datum Tyrnaviae feria sexta post B. Joannis ante Portam Latinam, Regnorum nostrorum ac Hungar. etc. XLIX. Romanorum XXV. Bohemiae XV. Imperii vero secundo. Providis Judici, Juratis, caeterisque Civibus et Hospitibus, nostrae Civitatis Posoniensis fidelibus nobis sincere dilectis. L. S. in Charta.

Ad Georgium de Rozgon Comitem Posonien. Sigismundus etc. ut supra: Magnifice fidelis nobis sincere dilecte! Tuae fidelitati committimus, quatenus illas moniales, nunc Posonii in Coenobio Monialium existentes, quae de hac Civitate nostra Tyrnaviensi ob metum Huzytarum, se ad Civitatem nostram posoniensem reduxerant, moraturas, rursum ad hanc Ciuitatem Tyrnaviensem ad pristina scilicet earum habitacula remittere debeas honorifice et decenter. Mandavimus autem Judici et Juratis Civibus ipsius nostrae Ciuitatis Posoniensis, ut ipsi de curribus ipsas moniales huc conducere debentibus et animalibus ipsos Currus trahentibus, eisdem monialibus sine recusa aliquali debeant providere, qui si in his faciendis tepidi fuerint, Tu eos no-

stra auctoritate ad ista facienda strictius compellere debeas et aretare. Datum Tyrnaviae etc. ut supra. Magnifico Georgio de Rozgon Comiti nostro Posoniensi fideli nobis sincere dilecto. (L. S.)

Ex authographo chartaceo transumsit et communicauit Georgius Gyurikovits.

Idem Sigismundus immunitates Saxonum, in Transiluania confirmat. Anno MCDXXXV.

Mandatum, ad Mich. et Ladisl. Jaksch de Kussal, quo duos Ruthenos Colonos ex Karacsontelke sine indultu profugos, in conformitate Decreti, ad Nicolaum Apa de Almakerék remitti iubet. A. M-o CDXXXV.

Donationales quibus Stephano Pohárnok possessionem Nyaragh iu Comitatu Borsod confert. Anno MCDXXXV.

Expeditionales quietantiae super 50. aureis per Petrum Cheh de Lewa, Banum Machouiensem Philippo de Korogh rite persolutis. A. MCDXXXV.

Corp. Dipl. Sigis. nris 157. 159. 165. et 158.

Resignatoriae dominii ac iuris per viduam Jacobi de Olnod datae. A. MCDXXXV.

Corp. Dipl. Fejérvári nro 35.

Litterae Germanicae, Comitis Nicolai de Bösing ad Soprononienses, ne Judicem Rustensem ab vsu aquae hereditario remoueant. A. MCDXXXV.

Cod. Sigís. tomo VI. nro 99.

Statutorium Capitulo Transiluano sonans super possessionibus Ebesfalva, Hondorf, Sz. Iván, Monyoros pro Georgio Bakoch. A. MCDXXXV.

Chart. Trans. nro 62.

Anno 1436.

CCCIX.

Idem Sigismundus priuilegium. ne Ciues Poson. per vllos in regno Hungariae impediri queant, aut vllius iudicio adstare teneantur, renouat. A. 1436.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Fidelibus nostris, universis et singulis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus ipsorumque officialibus, Item Civitatibus opidis et villis ipsarumque Rectoribus, Judicibus et villicis, nec non tributariis et vicetributariis nostris Regalibus et Reginalibus, ac aliorum quorumcunque tam in terris quam super aquis ubilibet in Regno nostro Hungariae et partibus eidem subiectis constitutis et existentibus praesentium notitiam habituris salutem et gratiam. Cum iuri consonum utique appareat et ratio exposcat aequitatis, pertineatque provisioni Imperialis atque Regalis claritatis, ne quisquam insons et innoxius pro excessibus ac reatu criminis aliorum impediatur, sed potius Regum et Principum, quorum interest, praerogativa sublevetur, hac igitur ducti consideratione volumus, ac vestrae et cuiuslibet vestrum fidelitati firmis nostris damus in mandatis seriose praecipientes, aliudque habere nolentes, quatenus a modo in antea ulteriori nostro mandato exinde non expectato, fideles nostros providos et circumspectos Judicem, Juratos caeterosque Cives, Hospites, Incolas et Inhabitatores Civitatis nostrae Posoniensis, aut ipsorum alteros nec non homines et familiares eorum, dum iidem cum mercibus, rebusque et bonis ipsorum quibuscunque pro victuum suorum necessa-

ria acquisitione, diversa climata et loca Regnorum nostrorum perlustrare ad vestras terras tenutas, possessiones, honores, officiolatus, ad vestri medium pervenerint, nostre maiestatis intuitu favorabiliter suscipiendo et benevole pertractando, nullum eisdem impedimentum inferatur quoquomodo, nec quemquam ex ipsis eorumque hominibus et familiaribus ad cuiusuis instantiam in personis indicare vel vestro astare iudicatui compellere praesumatis, signanter pro debitis, delictis, offensis ex excessibus aliorum; si qui vero quicquam actionis vel quaestionis, super quibuscumque factis et negotiis, contra et aduersus aliquem praefatorum Civium hospitum Incolarum et Inhabitatorum praetactae Civitatis nostrae Posoniensis habent, vel habuerint, hy id in praesentia Judicis et Juratorum Civium eiusdem Civitatis nostrae pro tempore constitutorum legitime prosequantur, ex parte quorum iidem Judex et Jurati Cives omni contra eos querulanti Judicium et iustitiam, ac meri Juris complementum, Juris ordine et laudabiliter, ipsius nostrae Civitatis Posonien. consuetudine, in hac parte observata impendere et exhibere tenebuntur. Vobis autem aut quopiam vestrum praemissis nostris mandatis contra facientibus et repugnantibus, commisimus et harum serie firmiter et districte committimus, Comitibus vel vice Comitibus illorum Comitatuum, in quibus forsitan praemissa nostra mandata non observarentur, ut ipsi vos et vestrum quemlibet ad huiusmodi nostrorum mandatorum plenariam observationem arctius compellant et astringant, una auctoritate ipsis praesentibus in hac parte attributa et iustitia mediante. Aliud ergo facere non praesumatis, gratiae nostrae sub obtentu. Praesentes autem Litteras nostras, quibus secretum sigillum no-

strum, quo ut Rex Hungariae utimur appensum est, post earum lecturam in exhibentium manibus volumus remanere, Datum Budae in festo Beatae Margarethae Virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, Regnorum nostrorum anno Hungariae quinquagesimo, Romanorum vicesimo sexto. Bohemiae sexto decimo, Imperii vero quarto.

Ex autographo membranaceo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCIX.

Priuilegium Ciuitatis Posonien. per Sigismundum Regem super exemtione a solutione tricesimae de rebus venalibus, mercibus, victualibus undecunque ad Ciuitatem inferendis et in ea deponendis non exigenda confirmatum. A. 1436.

Relatio Stephani de Aran Comitis Newgradien.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augst. ac Hung. Boh. Dalm. Croat. Ramae, Serviae, Galliciae, Lodom. Comaniae, Bulgar. Rex omnibus Xti fidelibus, praesentibus pariter et futuris praesens scriptum inspecturis salutem in eo, qui Principibus dat regnare et gloriose triumphare. Cum in multitudine plebis Regum honor et gloria, famaeque preconium non modicum attollatur, taliter et tam benigne Imperialis atque Regalis Circumspectio suum debet suis fidelibus subditis adhibere remedium, ut populi beneficiorum intuitu numero semper et fidelitate augeantur. Proinde ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam praesentium serie volumus pervenire, quod fideles nostri Stephanus Raneys Magister Civium ac Nicolaus Pachad Civis nostrae Civitatis Posoniensis, nostrae sublimitatis venientes in praesentiam, in ipso-

rum ac caeterorum universorum et singulorum Civium Hospitum et Incolarum eiusdem Civitatis nostrae Posonien. nominibus et in personis exhibuerunt et praesentarunt nobis quasdam Litteras patentes condam Domini Ludovici Regis Hungariae piae recordationis, soceri et Praedecessoris nostri carissimi, postremo et ultimo suo maiori Sigillo a tergo consignatas, exprimentes, ipsum condam Dominum Ludovicum Regem eisdem Civibus et Hospitibus memoratae Civitatis nostrae Posoniensis hanc gratiae praerogativam fecisse, ut iidem de nullis rebus et bonis ipsorum venalibus mercimonialibus, victualibus, et caeteris cuiuscunque generis existant, undecunque per ipsos in eandem nostram Civitatem afferendis, et in ipsam deponendis, aliquam Tricesimam seu Datium ratione ipsius Tricesimae sub certis Conditionibus in eisdem Litteris expressatis solvere tenerentur, tenoris infrascripti; supplicantes nostro Culmini annotati Stephanus Magister Civium, et Nicolaus Civis in eorum, ac aliorum quorum supra nominibus prece subiectiva, ut easdem litteras patentes annotati, condam Domini Ludovici Regis ratas, gratas, et acceptas habendo, nostrisq. litteris privilegialibus sub praesenti novo nostro duplici authentico Sigillo, quo ad praesens uti Rex Hung. utimur emanandis verbotenus inseri faciendo, pro praedictis Civibus Hospitibus et Incolis praescriptae Civitatis nostrae Posoniensis innovando, perpetuo valituras confirmare dignaremur. Quarum quidem Litterarum praedicti Regis Ludovici tenor sequitur in haec Verba: Ludovicus dei gratia Rex Hungariae, Polon. Dalm. etc. fidelibus suis universis Tricesimatoribus suis de Posonio et suis pertinentiis. Datum Budae feria 3. prox. fest. Epiphan.

Domini, Anno eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quarto. Nos igitur humillimis et devotis supplicationibus annotatorum Stephani Magisti Civium ac Nicolai Civis praefatae Civitatis nostrae Posoniensis per eos in suis, ac aliorum, quorum supra nominibus et personis modo praenotato prece subiectiua nostrae celsitudini propterea porrectis, Imperiali atque Regali Benignitate exauditis, clementer et admissis, memoratas Litteras annotati condam Domini Ludovici Regis non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas; imo merae et sincerae veritatis Integritate praepollentes, praesentibus de verbo ad verbum insertas, quoad omnes earum Continentias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, easque nihilominus requirentibus fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis annotatorum Civium, Hospitum et Incolarum praetactae Civitatis nostrae Posoniensis, per eos sub diversitate temporum, et praesertim hiis proxime evolutis temporibus: Nostra serenitate eo tunc in exteris partibus et Regionibus pro susceptione Coronarum nostrarum Imperialium per nos fideliter et votive adeptarum laborante, dum quidam Bohemi et Moravi in reprobum sensum dati et rebellionis calcaneo ducti quasdam Ciuitates et Fortalitia partium nostrarum superiorum hostiliter surripientes per certa tempora tenuerunt occupata, quas et quae auspice Domino ab eisdem recuperavimus, et sacrae Regni Hugariae Coronae reapropriavimus, ipsam quoque Civitatem nostram Posoniensem vicibus multiplicatis, hostilibus impetibus invadendo, tum per huiusmodi eorum hostiles insultus tum etiam diversis exquisitis tradimentor. generibus fraudulenter sibi subjicere attemptaverunt, quibus iidem Cives,

Hospites, et Incolae Civitatis nostrae Posoniensis, tanquam nostri et ipsius Sacrae Regni nostri Hungariae Coronae fideles, quam plures noctes in excubiis et vigiliis trahentes insompnes, personis, rebusque et bonis eorum non parcentes, et de eadem Civitate saepe saepius armis bellicis decenter fulciti, in manu forti egredientes, cum eisdem Bohemis et Moravis diversas Stramuntias, praeludia et certamina constanter et viriliter comiserunt, et usque in finem in vera et pura fidei Constantia perseverantes, Maiestati nostrae toto posse exhibitis et impensis, simul cum exemtione a tricesimaria solutione praenotata, ac aliis omnibus et singulis in iam tactarum litterarum praefati condam Domini Ludouici Regis tenore contentis et specificatis, mera auctoritate et potestatis plenitudine, ex certaque nostrae Maiestatis pro praetactis Ciuibus, Hospitibus et Incolis praefatae Civitatis nostrae Posoniensis ac eorum posteris universis, ut iidem in futurum, sicuti numero et personarum pluralitate, sic etiam fide et devotione augeantur, innovantes, perpetuo valituras confirmamus. Mandantes idcirco universis et singulis Tricesimatoribus et vice Tricesimatoribus in praefata Civitate nostra Posoniensi pro tempore constitutis, praemissa et quaevis praemissorum singula in Litteris praefati Domini Ludovici Regis contenta et significata inconcusse et inviolabiliter observare omnibus modis, praesentis praescripti nostri mandati patrocinio mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus Litteras nostras privilegiales pendentis autentici novi duplicis maioris sigilli nostri praedicti, quo ut Rex Hungariae utimur, munimine roboratas. Datum per manus venerabilis Domini Mathiae de Gathalowcz Praepositi Ec-

clesiae Quinqueecclesiensis, aulae nostrae supremi Cancellarii fidelis nostri dilecti. Anno Domini M-o CDXXXVI. Idus mensis Julii, Regnorum nostrorum anno Hungariae etc. L. Romanorum XXVI. Bohemiae XVI. Imperii vero IV. Venerabilibus in Christo Patribus Dominis Georgio Archiepiscopo Strigoniensi, Colocen. Spalat. ac Jadren. sedibus vacantibus, Petro de Rozgon Agrien. Fratre Johanne de Korchula Varadiens. Georgio Lepes Transylv. Zagrabien. sede vacante. Henrico Quinqueeccles. Simone de antedicta Rozgon. Vesprim. Clemente Jaurien. Wacien. sede vacante, Georgio Nittriensis, Chanadiensi sede vacante, Josepho Bosnensis, Jacobo Sirmiensis, Tinniniensi sede vacante, Vito Corbavien. Johanne de Dominis Segnien. Ecclesiar. Episcopis Ecclesias Dei feliciter gubernantibus; Sibinicen. Nonen. Scardonen. Tragurien. Macaren. et Pharen. sedibus vacantibus. Item Magnificis Mathws de Palowcz, praedicti Regni nostri Hung. Palatino, Petro Cheh de Lewa et Ladislao de Chaak partium nostrarum Transylvar. Waywodis, Comite Stephano de Bathor Judice Curiae nostrae, Stephano de Frangepan, Weglae, Segniae et Modrusiae Comite, ac Mattkone de Talloucz, Regnorum nostror. Dalmatiae et Croatiae praedictorum, eodem Matkone de Talloucz totius Sclavoniae, Desew et Ladislao de Gara Machouien. Francone de dicta Talloucz Zewrinien. Banis, Johanne de iam fata Rozgon Tawarnicor. Emerico et Johanne filiis condam Nicolai Waywodae de Marczaly Janitor. Johanne et Stephano de Peren, Dapiferorum, Paulo et Johanne Kompolth de Nána Pincernarum, Laurentio de Hedrehwaar Agazonum nostrorum Magistris, ac Stephano et Georgio de praedicta Rosgon, Comitibus nostris Poso-

niensibus, aliisque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Sigillum optime conservatum, Regem coronatum, barbatum throno insidentem, leonis dorso pedes imponentem, dextra sceptrum, sinistra pomum tenentem in una parte praesefert cum apigraphe: „Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex et Lucemburgensis Haeres. In altera parte septem lilia, quorum unum in meditulio Crucem duplicatam praesefert, continentur, cum Inscriptione Marginem ambiente: „S. secundum Sigismundi Dei gratia Romanor. Imperatoris semper Augusti, ac Hungariae et aliorum Regnorum Regis in alio pari sigilli expressatorum". — In membrana. Ladula V-a nro 3-o. — In dorso scriptum est: „Relata ad liberam regalem. Anno 1438. die 14-a Octobris in Capitulo Posoniensi Stephanus Reneysz Judex, Stephanus Liszt, Magister Civium, Caspar Wentur et Bartholom. Scharrach Jurati Cives transumi curarunt in membrana sub pendenti sigillo. Lad. V-a nro 7. Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCX.

Protectionales eiusdem tenoris. A. 1436.

De Commissione Domini Imperator.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hung. Boh. Dalm. Croat. etc. Rex, Fidelibus nostris Universis et singulis Praelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, ipsorumque officialibus, item Civitatibus, Oppidis et Villis, ipsarum Rectoribus, Judicibus et Villicis, nec non Tributariis et Vicetributariis nostris et regalibus et reginalibus, ac aliorum quorumcunque

tam in Terris quam super aquis ubilibet in Regno nostro Hungariae, et partibus eidem subiectis constitutis et existentib. praesentium notitiam habituris salutem et gratiam. Cum Juri consonum utique appareat, et ratio exposcat aequitatis, pertineatque provisioni atque dispositioni Imperialis atque Regalis Claritatis, ne quisquam insons et innoxius pro Excessibus ac reatu criminis aliorum impediatur, sed potius Regum et Principum quorum interest, gratiae praerogativa sublevetur; hac igitur ducti Consideratione, volumus ac Vestrae et cuiuslibet Vestrum Fidelitati firmis nostris damus in mandatis, seriose praecipientes, aliudque habere nolentes, quatenus a modo in antea ulteriori nostro mandato exinde non exspectato, fideles nostros Providos et Circumspectos, Judicem, Juratos caeterosque Cives, Hospites, Incolas et Inhabitatores Civitatis nostrae Posoniensis, aut ipsorum alterum, nec non homines et familiares eorum dum iidem cum mercibus, rebusque et Bonis ipsorum quibuscunque pro victuum suorum necessaria aquisitione diversa Climata et Loca Regnor. nostror. perlustrando, ad vestras terras, tenutas possessiones, honores, officiolatus ac vestri medium pervenerint, Nostrae Maiestatis intuitu, favorabiliter suscipiendo, et benevole pertractando, nullum eisdem impedimentum inferatis quoquomodo nec quemcunque ex ipsis, eorumque hominibus et familiaribus ad cuiusvis Instantiam in personis iudicare, vel vestro adstare Judicatui compellere praesumatis, signanter pro debitis, delictis, offensis et Excessibus aliorum. Si qui vero quidquam actionis vel quaestionis super quibuscunque factis et negotiis contra et adversus aliquem praefatorum Civium, Hospitum Incolarum et Inhabitato-

rum praetactae Civitatis nostrae Posoniensis habent vel habuerint, hii id in praesentia Judicis et Juratorum Civium eiusdem Civitatis nostrae pro tempore constitutorum legitime prosequantur, ex parte quorum iidem Judex et Jurati Cives omni contra eos querulanti Judicium et Justitiam ac meri Juris complementum Juris ordine et laudabili ipsius nostrae Civitatis Posoniensis consvetudine in hac parte observatis impendere, et exhibere tenebuntur. Vobis autem, aut quopiam Vestrum praemissis nostris mandatis contrafacientibus et repugnantibus, commisimus, et harum serie firmiter et districte comittimus, Comitibus vel Vice Comitibus illorum Comitatuum, in quibus forsitan praemissa nostra mandata non observarentur, ut ipsi vos et Vestrum quemlibet ad huiusmodi nostrorum mandatorum plenariam observationem arctius compellant et adstringant, nostra auctoritate ipsis praesentibus in hac parte attributa et iustitia mediante. Aliud ergo facere non praesumatis gratiae nostrae sub obtentu. Praesentes autem Litteras nostras, quibus secretum Sigillum nostrum; quo ut Rex Hungariae utimur, appensum est, post earum lecturam in exhibentis manibus volumus remanere. Datum Budae in festo Beatae Margarethae Virg. et Mart. Anno Millesimo Quadringentesimo tricesimo sexto, Regnorum nostrorum Anno Hungariae 50. Romanorum 26. Bohemiae 16. Imperii vero quarto. (L. S.) pendentis.

Ex originali membranaceo fide integra exscripsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCXI.

Sigismundus R. H. pro Michaele de Országh summo thesaurario suo litteras concessi Baronatus, speciali sub sigillo transumit. A. 1436.

Sigismundus, Dei gracia, Romanorum Imperator semper Augustus etc. — ad vniuersorum — hominum noticiam tenore presensium volumus peruenire: Quod fidelis noster Nicolaus, dictus Zaar, filius Ladislai Gereb de Zenthagatha, parcium Transiluanarum vicetauernicus, nostrae Maiestati per fidelem nostrum — — Michaëlem Orszagh, filium quondam Gaspar de Gwth, summum Thesaurarium nostre Maiestatis, in domo nostra Tauarnicali Budensi constitutus — — exhibuit nobis quasdam duas litteras etc. (inserit litteras quibus Michaëlem Orszag in Baronum numerum cooptat etc.) Datum per manus venerab. Domini Mathie de Gathalowcz, Prepositi Ecclesie Quinqueecclesien. aule nostrae summi Cancellary, — — Anno Domini M. CCCC. XXX. VI. (Sequuntur sacri et profani Magistratus, vt supra anno eodem).

Habet commata, et interpunctiones. Character semigothicus et Semi Romanus minutus. Sigillum dupplex notatu dignum: Pars aduersa Sigismundum imperiali habitu et mitra ornatum, throno, arae simili, insidentem, infra pedes habet Leonem; credo ob pacatam finito bello Hussitico Bohemiam. Sceptrum et pomum imperialia. Regnorum scuta minora thronum ambiunt; aquila biceps dextram, crux gemina tricolli incumbens sinistram, partem occupat, etc. Pars auersa autem, in medio maiori scuto rursus crucem geminatam supra tricollem: hanc sex minora scuta ambiunt in circulum. Supra aquila biceps, dextrorsum crux Hungarica, Sinistrorsum IV. fasciae. Dehinc sequuntur Bohemiae, Dalmatiae etc.

CCCXII.

Idem priuilegium de trigesima haud soluenda Ciuibus Poson. confirmat. A. 1436.

Patentes Regis Sigismundi, quibus Sigismundo ac Gaspari silentium imponit de molestiis Ladislao de Fanchi facessitis, A. MCDXXXVI. Junii XXX.

Cod. Sigis. tomo VI. nro 100.

Sententionales Mathiae de Palocz, Palatini, in causa Joannis et Ladislai de Chahol contra Ladislaum de Mada, in dupplo quatuor marcarum conuicti. A. MCDXXXVI.

Ibid. nro 108.

Diploma regis Sigismundi, Andreae de Eszterhaza, fratribus, filiisque arma nobilitaria conferentis. Anno MCDXXXVI.

Coll. Dipl. Jur. Pub.

Mandatum eiusdem, deposita 800 flnorum summa pignoratitia, possessionem Kis Sáros a Petro de Tarkov recipi praecipientis.

Corp. Dipl. Sig. nro 170.

CCCXIII.

Vectigal Tricesimae regiae per Joannem Siebenlinder Castellanum reginalem Vetero Budensem, ac Solmarensem, mandato Sigismundi regis conscriptum. A. 1436.

Nos Johannos Sybenlynder Castellanus Castri Veteri Budensis et Schalmar Reginalis Maiestatis ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam, quorum interest, intererit aut interresse poterit, quomodolibet in futurum, tenore praesentium deducimus, memoriae commendantes: quod dum et quando vdt Dominica, qua cantatur in Dei Ecclesia „Reminiscere" proxime praeterita, Reginalis et Imperialis Maiestas una cum Baronibus Praelatis ac Proceribus, et quam pluribus huius Regni Hung.

Nobilibus ipsis more solito et consveto invicem congregatis et consedentibus pro reddenda unicuique coram praememorata Imperiali Maiestate querulanti iustitia, vir providus et circumspectus Michael Weiss cognominatus, Mercator, Civis et Incola Civitatis Budensis praesentia personaliter Imperialem Maiestatem accedens, per modum querulosae propositionis et insinuationis ibidem astando, alta et intelligibili voce detegere curavit: Quomodo Stephanus Egenburger similiter Concivis Civitatis antedictae videlicet Budensis, protunc strenui Militis Lienhardi Noffri de Bajmócz Tricesimarum ac Urburarum Comitis in persona Tricesimarum Vicesgerentis, non ut moris et Consvetudinis esset, sed iuxta nouas adinventiones et statuta, omni obmisso iuris ordine, ut praefertur, Tricesimam exigeret et extorquere vellet, eiusdem in praeiudicium et grauamen multum ingens. Super quibus talibus propositionibus, articulis et querelis contra praenarratum Stephanum Egenburger perlatis et per ipsum Michaelem Weiss edictis, idem Michael Weiss praetactus sagaciter obviare cupiens, a praememorata Imperiali Maiestate iudicium et iustitiam sibi petiit impertiri super praemissis, nihilominusque habere volens, ut sicut a longaevis vdt. nostri Johannis Sybenlinder praenotati, caeterorumque Praecessoribus nostrorum temporibus per iam dictae Tricesimae Exactoribus se humiliter subiugens statim in eodem ac in forma primaeva ratam, gratam atque firmam habendo exactionis seu datii Tricesimam utique solvere vellet conferendo et niteretur quibusvis adinventionibus procul motis. Quibus visis auditis et sane intellectis, praememorata Imperialis Maiestas nobis Johanni Sybenlinder antefato, verboque et oretenus traditv et in-

iuncto, super revisione et discussione eiusdem causae inter Michaelem Weiss ab una et Stephanum Egenburger protunc Tricesimae Vicesgerentem, nec non alios quomodolibet in futurum constituendos, cuiusvis status conditionis et praeheminentiae seu dignitatis existant, hominibus parte ex altera iniungendo sub Edicto commisit, aliter habere nolens, ut sicut nostris, aliorumque praedecessorum nostrorum temporibus datio Tricesimae seu Exactio eiusdem debeatur, forma statuque sub eisdem unum Registrum super Tricesimarum exactione praenotata conscriberemus, ac de verbo ad verbum huic praesenti Litterae inseri deberemus, eidem Michaëli Weiss, caeterisque suis coaetaneis quoad cautelam, medelam Juris et Justitiae impartientes. Et ut ipsi praesenti Registro hac in Littera comperto, sic itaque per nos de Imperiali Maiestate ut praemissum est, commisso et iniuncto locorum ubicunque vdt. in Judicio et extra adhibeatur creditiva fides; tamen nos Johannes Sybenlinder prout supratactis, Imperialibus Mandatis ut tenemur, obedire volentes, Deum et eius Justitiam praeoculis habèndo, non vi, dolo, fraude, pretio vel odio, aut aliquibus Machinationibus inducti, praefatum Registrum, prout infra conscriptum, ac ab antiquis temporibus per divos Reges Hungariae editum et confectum, suo modo additionibus, diminutionibus quibusvis semotis conscribere curauimus, ut moderni praesentes ac futuri Tricesimatores hoc Registrum, praesenti Litterae insertum legentes, videntes et legere audientes a Michaele praenotato suisque Coetaneis, vdt, Comercatoribus Tricesimarum exactionem recipi et exigi sciant et informentur, prout haec omnia hac in Littera conscripta clarius edocebuntur visione oculata. Cu-

ius quidem Registri, ut praetactum est, hic ordinatius editi tenor per omnia sequitur in haec verba: In primis: .De uno panno de florentia Tricesimatores ipsam Tricesimam exigentes recipere debeant florenos duos auri. Item de uno panno de Pernisch bono et valente, de uno panno levi longo, aut de uno panno de Bruxel similiter longo, aut de uno panno Ypuri, seu de uno panno Brukg caeterisque aliis pannis talibus consimiliter florenum unum cum medio auri, cum additamento de quolibet panno unius boni grossi. Item de uno levi brevi, aut de uno panno de Tyn vel de panno de Trautten, sive de uno panno de Cziper brevi, aut de uno panno de Mechlino, vel de uno Chawm de uno Panno Englisch, de uno Panno prope Lündisch dicto, semper de qualibet petia praedictarum exigi et percipi debet unus florenus auri, cum additamento unius boni grossi de qualibet petiarum. Item de uno panno Colonicali, de uno Panno Achii, de uno Panno Magistri, de uno panno daren. aut de uno Frantischfurter florenum auri medium. Item de quatvor pan. Bohemicalibus flonrenum unum auri et unum bonum grossum. Item de tribus pannis Werder, aut de panno Mainczi, de panno Achsteter, Matpurger, Ratenburger, Pabenperger, Ulm, Newhawss, Yglaw, Brünn, Tischliczer et Lütschaw aut de talibus pannis consimilibus semper de tribus florenum unum auri. Item de decem pannis vdt. Capitulo, Tulner Laden florenum unum auri. Item de uno Rub, de serico in vulgari Hetseiden se extendente in pondere librarum quindecim, unum florenum auri. Item de una Libra Spengseiden, de una Libra Partseiden, aut de una marca vdt. Guldeinenntl bonos grossos quatvor. Item de filis aureis vdt. Spullengold sem-

per Tricesimam petiam de eisdem, aut alias pro eadem petia florenum unum auri et unum bonum grossum. Item de una petia Aras Topel bonos quatvor grossos; Item de una petia de Aras simplici grossos duos bonos. Item de Pannis strutionum, eiusdemque consimilium semper tricesicesimam pennam, aut tantumpecuniae, quantum se penna in valore extendit iuxta emptionem mercatoris. Item de uno Centenario filorum quatuor bonos grossos. Item de una Taffta simplici, sive de una petiarum Czendel post aut Czendalin, sive de una petiarum Atlas de simplici quatvor bonos grossos. Item de una petia vdt. Czendal von der Statt aut Toppeltaffta, sive Toppelatlas bonos octo grossos. Item de una petia Samath, sive de Petia Tamaschk, aut de aliis sericeis pannis, sive cum auro contextis semper una tricesima ulna dari debet, aut pecuniam pro una ulnarum se extendentem, tamen iuxta emptionem Mercatoris, sive sit in Almaniae aut in aliis quibusvis Regni Territoriis. Item de una petia Bokatschin bonos duos grossos. Item de uno Centenario Waidgarn florenum unum auri. Item de Mitris, sive de Caligis cuiuscunque maneriei existant, semper de uno Tusin bonos quatvor grossos. Item de tribus petiis Barchany, quod tantum facit, sicut unum Kramphund, pro eisdem debent exigi boni duo grossi. Item de duabus petiis telae Reynensy bonos tres grossos. Item de tribus petiis telae simplicis bonos duos grossos. Item de pergameno semper tricesimam cutim, aut denarios tot, quantum Cutis Valore est in extenso. Item de tribus grisinis papiri boni et parvi bonos duos grossos; item de tribus grisinis papiri magni bonos quatvor grossos; item de sex Grisinis papiri, vdt. Reispapier bonos duos grossos. Item de una tunella

dei in Wlgo Taffernicz dicta, aut de una Tunella de Salnitro, sive de una Tunella ficuum florenos duos auri; Item de una lagena dei vdt. Triesterpant dicta bonos octo grossos. Item de una lagena parva ficuum, de una lagena Saponis seu Smigmatis, de una lagena Aluminis proprie Alawn dicti, de una lagena Sulffuris, ac de una lagena uvarum passarum bonos quatvor grossos. Item si unus Mercatorum aut Institorum ducens species specierum diuersarum genera, ut sunt crocum, piper, zinziber, Gariofoli, nuces muscati, flores muscati ac Cynamomis, ex talibus speciebus consimilia semper tricesimam libram aut pecunia redimet, quantum librarum qualibet in valore et pretio se extendit, aut totaliter in unum computatis summarie solvat semper de tribus Talentis Wiennen. denariis, sive quae emerit pro florenis quatuor auri solvere teneatur, bonos duos grossos, item tria talenta Wienn. vel quatvor floreni auri faciunt unum Kramphund, de quibus solvi debent boni duo grossi. Item de Bursis, portis seu praetextis et Cingulis aliis talibus consimilibus semper tricesimam Tüss aut techer solvi debet sine fallo. Item de centum Cultellis unum bonum grossum. Item de Karig piperis bonos grossos quadraginta. Item de duabus petiis Sindonis, sicut de Troppaw aut Augspurger duos bonos grossos. Item de tribus petiis de simplici Jolsch bonos duos grossos. Item si quis ducens res memoriales, quae diversae maneriei et Conditionis existant, ut sunt ferniculae, monilia parva wulgo Heckl, Claviculi, Setistra, pectines ligneae aut coroneae, specula, clebsidres, parvas praetextas, ligamina vulgo, Nostel, Digitalia vdt. Fingerhut, et alia caeteris mercibus similia, quae per mercatorem pro tribus talentis empta consistunt denarii

Wiennen. aut alias pro quatvor florenis auri ex rebus praenominatis debent solvi boni duo grossi. Item de Cirotecis corrigiatis, vdt. de Tamisch et Bombacialibus semper tricesima pars, vadit. tricesimus tech, vel tantum pecuniae valoris eiusdem debet solvi. Item de uno Centenario Electri wlgo Czin dicti boni quatvor grossi. Item de una sexagena coloratorum cutium ut sunt Rubeae, virides, flaveae, brunaticae et nigrae, aut cuiuscunque Coloris existant, semper tricesima pars pro Tricesima debet et tenetur dari, aut pecunia cutis in Valore se extendens. Item praememorati grossi, de quibus supra fit Mentio, ipsorum quatvordecem faciunt unum florenum auri, et non plus neque minus. Quos quidem Articulos super exactione Tricesimarum, prout supra ordinatim per conscriptum expressos, de mandatoque et commissione Imperialis Maiestatis nobis assignatos et commissos, ut-in pluribus apparet, conclusi haberentur, quoad omnes ipsorum articulorum clausulas et contenta, eidem Michaeli Weisz suisque Complicibus, vdt. commercatoribus, per hos nostros articulos in hac Littera conscriptos et consertos approbamus et in Dei nomine ratificamus, imo relinquimus omnibus Tricesimatoribus pro nunc constitutis et in futurum constituendis, iure perpetuo, irrevocabiliterque tenendos, habendos, pacifice et quiete, ac per amplius in hoc vigore permanen. discussionaria et revisionaria nostra imo verius Imperialis Maiestatis auctoritate nobis in hac parte benigne iniuncta et imposita ac iustitia mediante. In cuius rei efficax testimonium, nostraeque discussionis et revisionis memoriam firmitatemque perpetuam, nos videlicet Johannes Sybenlinder praesentes articulos, de quibus suprafit mentio, pro antedicto Michaele Weiss, suis-

que Complicibus seu caeteris mercatoribus ex commissione et voluntate praememoratae Imperialis Maiestatis nomine ac verbo editos et confectos, sigilli nostri appressione studuimus communiri. Datum in Pest die praescripto, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo sexto. (L. S.) viridi cerae app.

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

CCCXIV.

Literae Stephani de Rozgon Com. Poson. ad Senatum ciuit. Poson. de Sigismundi Imperatoris ac Regis Pragam ingressu. A. 1436.

Providi et Circumspecti Viri, Amici nostri carissimi! Has certas Amicitiis vestris possumus insinuare novitates, quod in Vigilia Beati Bartholomaei Apostoli nunc proxime praeterita ad hanc Civitatem Pragensem nostrum ingressum fecimus, de qua Civitate Bohemi universi et singillatim gratiosissimo Domino nostro Imperatori cum solemni processione in obviam Suae Maiestati exierunt, et eundem summa cum reverentia ac honore susceperunt, sibique ingentem honorem impenderunt et ipsum in verum ac legitimum, naturalemque eorundem Dominum acceptarunt, et se Suae Maiestati in cunctis, uti decens est, et licitum, humiliter subiugarunt et obtemperarunt, de quo laus illi et gratiarum actio, qui in summo Dei sedet solio, et cuncta regit suo imperio. Item de factis Vestris nondum ullum habemus, nec habere potuimus finem decisivum, quia adhuc Blasko hic personaliter existit, et qualitercunque poterimus, sic finem in factis vestris facere curabimus. Scriptae Pragae feria 3. prox. post festum

Nativ. Virg. Glor. Anno MCDXXXVI. Stephanus de Rozgon Comes Posoniensis. Providis et Circumspectis Judici et Juratis Civibus Civitatis Posonien. Amicis nostris carissimis. (L. S.)

Ex autographo transumsit et communicavit Georgius Gyurikovits.

Anno 1437.

CCCXV.

Sigismundus Imp. ac Rex Hungariae filiis Margarethae de Chap nonnullas portiones donat. Anno MCDXXXVII.

Corp. Dipl. Sigism. nro 171.

Idem pro possessorio Joannis Thoris et Joannis Brandel in Dobovcz protectionales elargitur. Anno MCDXXXVII.

Ibid. nro 172.

Relatoriae birsagiorum in Districtu Brosau. A. MCDXXXVII.

Ibid. nro 173.

Mandatum Sigismundi, quo Matko de Thallocz, Dalm. Croat. et Slau. Banus in iurisdictionem Comitatus de Busan, per Regem, cum Castro Potoyan, Comitibus de Frangepanibus impignorati, se ingerere prohibetur. A. MCDXXXVII.

Cod. Széchen. tomo VI. nro 103. Mus. Nation. inaccessibilis.

CCCXV.

Discordiae inter Eugenium PP. ac Patres Basileae congregatos. A. 1437.

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei Dilecto filio Nobili viro Friderico, seniori Duci Austriae, Salutem et apostolicam benedictionem. Litteras tuae Nobilitatis plenas filialis deuotionis et fidei, libenter legimus, et ea que dilectus filius Gaspar de Trouvis, decretorum doctor, ecclesie Basiliensis Custos, nomine tuo grauiter et facunde nobis exposuit, libentius audiuimus. Qui inter cetera nobis enarrauit, qualiter celsa tua Nobilitas reformidans pericula et scandala, que in fide christiana et dei ecclesia Basilee exoriri possent, tanquam catholicus Princeps fretus remediis oportunis et possibilibus, eis, qui Basilee congregati sunt, significari fecisti, vt considerarent quanta populo christiano et ecclesie pericula imminerent, nisi ab inceptis desisterent; eos rogando, vt nichil contra nos attemptarent, sed ea efficere vellent, que in fide et ecclesia scandalum et scissuram paritura non essent, et conseruarent vnionem ecclesie, tot laboribus, periculis et impensis in Germania acquisitam. Significatum est etiam eis tuo nomine, vt nisi ab inceptis desistant, quod tua Nobilitas disposita est reuocare saluum conductum accedentibus et recedentibus a Basilea per te concessum. Hec et similia verba, vt idem Gaspar retulit, tue Nobilitatis nomine Basilee exposita fuerunt, quorum sententias replicare superuacuum foret, cum tibi notissima sint. Itaque te plurimum in Domino commendamus, et veris laudibus extollimus agentes gratias Deo, qui te inspirauit ad defensionem fidei et ecclesie sue sancte. Hec primum a dicto Gaspare latius et vberius nobis enarrata fuerunt. Deinde duo tuo nomine nobis supplicauit, quorum alterum libenter concessimus et tue satisfecimus voluntati; super reliqua vero petitione et in ceteris rebus tu-

um et tuorum honorem respicientibus, sicut dicto Gaspari diximus, tua filialis deuotio nostros fauores honeste paratos cum sincera cordis affectione semper habebit. Postremo precamur ex corde atque in domino exhortamur tuam Nobilitatem, vt hoc sanctum tuum propositum prosequaris; Deus enim fidem et ecclesiam suam iuuantibus subministrat consilia, et fauores, sine quo humane operationes vane et infirme sunt. Cetera vero latius tibi explicabit memoratus Gaspar quem cupimus, vt transmittere placeat ad dilectum filium Nobilem Virum Wilhelmum Marchionem Roeltlen, vt sanctum negocium a tua Nobilitate cum dicto Wilhelmo inchoatum perficiat et ad effectum deducat. Datum Bononie Anno Incarnationis Dominice Millesimo quadringentesimo trecesimo septimo, VIII. Idus Januarii. Pontificatus nostri anno septimo." Jo. de Steccatis Cincius. In dorso: Dilecto filio Nobili viro Frederico Seniori Duci Austrie."

Kurcz l. c. p. 351—3. nro XXVIII. E tabulario a. a. Wienn.

CCCXVI.

Magister Ordinis Teutonici Sigismundi Imp. gratiam quaerit. A. 1437.

Der Hochmeister deutschen Ordens bittet den H. Albrecht, die Ungnade des Kaisers von ihm abzuwenden und verehrt ihm acht schöne rothe Falken. Dat. Marienburg XXV. Jan. J. MCDXXXVII.

Voigt. VII. 694.

CCCXVII.

Sigismundus Pragae. A. 1437.

Sigmund von gotes gnaden Römischer Kayser und zu Hungern zu Behem etc. König. Hochgebor-

ner lieber Oheim und fürste. Als du vns yeczund geschrieben hast von wegen der Hochgebornen unserer lieben Schweger vnd Fürsten, der von Cili vnd erzcellest, in deinem briefe, vill sache, damit Sy dir, vnd dem Haus von Osterreich pflichtig gewesen, vnd als du maynest noch sein söllen; das wir dann von nye gehöret, vnd ouch von den von Cily vnd Iren Sendbotten vernemen, das daz nit also seyn sölle. etc. Geben zu Prag am freytag nach vnsers herren frohnlichnamstag, vnsern Reiche des Hungrischen etc. im LI. des Römischen im XXVII. des Behemischen im XVII. vnd des keysertumbs im fünfften Jaren. De mandato d. Imperatoris Marquardus Brisacher." Von Aussen: Dem Hochgebornen Friderichen den Jüngeren Herzogen zu Osterreich vnserm lieben Oheim vnd Fürsten."

Chelm Mater. I. II. nro XXVI. Ex Aulico secreto tabulario Viennensi. Pragae moratus perceperat laetum victoriae ad Semendriam, de Amurathe Turcarum Sultano obtentae, quatuor Turcorum Ducibus captis, Pragamque submissis, nuncium. Eam initio mensis Augusti Mathias de Thallócz, ac Joannes de Hunyad arcis Belgrad. Capitanei retulerant. V. Chron. Bartossii apud Dobner Monum. Tomo I. p. 198. Lacroix Geschichte des Osmanischen Reiches Th. I. p. 199.

CCCXVIIII.

Idem Egrae. Anno 1437.

K. Sigmund befiehlt den Herzogen von Oesterreich denjenigen, denen der Erzb. Johan von Salzburg vor seinen Räthen den Kaiser oder anderswo Recht zu geben erbietig ist, und der doch ihn angreife, keinen Schutz oder Beistand zu gewähren. Dat. Eger XXV. Julii A. MCDXXXVII."

Ex eodem Tabulario.

CCCXVIII.

Eugenius IV. PP. Synodum Basilea Ferraram transloca. A. 1437

Eugenius IV. Papa Concilium Basilea quanam ratione Ferraram transpositum Friderico Duci seniori perscribit, vtque eo legatos mittat, sollicitat Bononiae XXX. Sept. Anno Domini MCDXXXVII.

Indidem.

CCCXIX.

Sigismundus Pragae. Anno 1437.

K. Sigmund bestätiget dem H. Friedrich dem älteren vnd seinem Sohne Sigmund, die seinen Vorfahren von Karl dem IV. Kaiser ertheilte Freiheit. — Prag XVI. Octob. J. MCDXXXVII.

Indidem. Iteranit hanc confirmationem Pragae 1. Nov. 1437.

CCCXX.

Joan. Imp. ac Josephi Patriarchae Constan. aduentus notificatur. A. 1437.

Eugenius IV. PP. Sigismundo Imperatori, Alberto Austriae Duci, Joannis Imp. et Josephi Patriarchae Constant. Ferraram aduentum notificat, vnionemque promouendam commendat. Bononiae X. Dec. A. MCDXXXVII.

Indidem. Literas has pontificis vix perceperit Sigismundus, ne vix quidem XI. Decembris defunctus. Natus XIV. Febr. A. 1368. Rex Hungariae coronatus XXI. Martii, A. 1387. Rex Romanorum electus Anno 1410. et 1411. Coronam Bohemiae quoque adeptus A. 1420. mox ob motus Bohemicos Pragam deserere coactus.

CCCXXI.

Obitus Sigismundi Rom. Imp. ac Hungariae regis. A. 1437.

Herzog Albrecht, und Pfalzgraf Christoph, be-

fehlen dem Kaiserlichen Kanzler, Kaspar Schlik, Grafen von Passau, nach dem Ableben K. Sigmunds dessen Sigel zu zerbrechen. Dat. Znaim XI. Decemb. J. MCDXXXVII.

Hanthaler Fast. Lit. II. nro 137. Sigismundus ex igne, quem sacrum vocant, morti proximus, Albertum generum suum cum filia Znoimam euocatum, ob insignes animi eius dotes ac praeclara merita, Magnatibus Bohemiae ac Hungariae, periculo mortis ipsius excitis, collachrymatus commendat; funebralibus induitur, sedens animam exspirat XI. Decembris Anno MCDXXXVII. Characterem defuncti acquissime recensuit Leonardus Arctinus Doctor (apud Murat. Tom. IX. p. 936.): Hunc Principem nos Placentiae primum vidimus, in congressu illo Joannis Romani Pontificis, et aliquem cum eo vsum conuersationemque habuimus, dum Laudae Cremonaeque constituimus. Postea vero Constantiae magis naturam illius moresque conspeximus; fuit autem procul dubio vir inclytus, praeclara facie, corpore tum pretioso tum robusto, magnitudine animi siue pace, siue bello eximia liberalitate vero tanta, vt hoc vnum illi vitio daretur, quod largiendo et erogando sibi ipsi facultates detraheret ad negocia bellaque obeunda." Cosonant alii coaeuii. Aeneas Syluius p. 219. et 1278. Windeck cap. 217. etc

CCCXXII.

Stephanus de Rozgon Comes Poson. solemnia funebria eiusdem procurat. A. 1437.

Stephanus de Rozgon, Comes Posoniensis — Ecce illustres Principes, dominus dux et domina ducissa Austriae, in conductu corporis gratiosissimi domini nostri imperatoris, vna cum Baronibus et proceribus, his proximis diebus erga vos Posonii, ipsum corpus domini nostri illuc deferendo, consti-

tuentur Ideo rogamus vos diligenter quatenus, tum ipsius domini nostri gratiosissimi, tum etiam proprii honoris vestri, ob respectum, praelibatis domino duci et dominae ducissae de cunctis victualibus, iuxta virium vestrarum qualitatem, prouidere velitis. — Scriptum in Crysserdorf feria quinta proxima ante festum Beatae Luciae Virginis et Martyris. Anno Domini MCDXXXVII.

Ex MSS. Cornidesianis Tomo XII.

CCCXXIII.

Biographia Sigismundi Rom. Imperatoris ac Bohemiae, Hungariae regis auctore quodam Coaeuo.

Sigismundus Caesar, Caroli quarti Romani Imperatoris filius, Senis conceptus fuit, in Bohemia vero natus. Nam et pater eius rex Bohemorum fuit. Origo istorum ex Luceburgo fuit, ab Henrico VII. Imperatore descendens, cuius filius Johannes filiam regis Bohemiae haeredem accepit vxorem, per quam et regno potitus est. Hic filium habuit Carolum, ex quo natus est Venceslaus et Sigismundus. Venceslaus senior patri successit in regno Bohemiae ac Romanorum rex creatus est, non tamen sine labe Simoniae, corruptis Electoribus a Carolo. Sigismundus autem Mariam, Ludouici regis Hungariae filiam, in matrimonium sibi collocauit, propter quam et regnum Hungariae suscepit. Plurima tamen in eo passus est, rebellantibus saepius Hungaris; quorum propria mutatio est. Conspirauerunt autem semel Hungari, manusque in Sigismundum iniicere tentarunt, venientesque in aulam regiam scelus admittere statuerunt. Quod cum Sigismundus animaduertisset, arrepta sica, in locum aulae eminentiorem ascendit, versusque in Barones, rutilantibus

et minacibus oculis, animaduerti, inquit, Hungari vos huc me captum venisse; sed videbo ego, quis vestrum tam audax, tam temerarius, tamque sceleratas, erit, vt in regem suum manus iniiciat, simulque hanc sicam in ventrem eius recondam, ne impunitus regiam maiestatem laeserit. Eccum me, cur non apprehenditis? Liga me, quisquis es audax, accipe regem tuum, nec te homines, nec Superi impunitum relinquent. Exterruit itaque omnes constantia Sigismundi ac magnanimitas. Itaque singuli excusare se coeperunt, ne talia de se crederentur; quos Sigismundus paullatim exire iussit, suaeque custodiae magis cauit. Exinde cum de conspiratoribus instructus esset, exiens in campos, Barones omnes adesse iussit, vocansque singulos ad tentorium suum seorsim, triginta ex maioribus, vnum post alium, capite truncauit, occidissetque plures, nisi sanguis occisionis indicium extra tentorium fecisset; quo admoniti alii, ire noluerunt, quamuis vocati. Postea vero, cum iam Regina mortem obiisset, seditio facta est in regno, Sigismundusque a Baronibus captus, duobus adolescentibus, siue iuuenibus, quorum pater sub tentorio occisus fuerat, traditur. Nec enim dubium alicui erat, quin iuuenes in vltionem paternae mortis diuersis cruciatibus regem occiderent. At Sigismundus, vbi se captum videt, et in manibus hostium acerborum, ad preces recurrit, multisque verbis iuuenes adhortatur, vt se liberent. Sed illi paternae necis memores, vindictae cupidiores fuerunt, quam veniae, nec vllum precibus locum dabant. Tum Sigismundus matrem iuuenum in sermonem poscit, quam et foeminam prudentem et iuuenum rectricem sciebat. Illa ad colloquium veniente: ego, inquit mulier, plura tuis filiis dixi, quae sta-

tui eorum conducere possent, sed ipsi per aetatem non tantum sapiunt, quantum te scire non ambigo. Dicam itaque tibi, quod eis dixi. Post si visum fuerit vtile consilium meum, accipito; sin vero vt lubet facito. Ego hic in manu tua sum, et tuorum natorum, si vultis me seruare, potestis, sin occidere, id quoque potestis. Ad occisionem meam nulla vos causa vrgere potest, nisi quia suspicamini, me tui mariti occisorem fore; verum ego mulier, per Superos iuro, per fidem intemeratam, et per illum, quem colimus Deum Jesum Christum, ignarum me illius consilii fuisse, quo nobiles Barones cum tuo viro necati sunt; regina autem, cuius longe maior, quam mea potestas fuit, malo vsa consilio id egit. Itaque nihil est, quod ob hanc causam in me vlcisci debent. Verum, si id peccassem, non tamen vobis vtile est me occidere. Scis enim, quia Rex vester sum, nec illam in me ex iure potestatem habetis. Scitis, quia magno genere ortus sum, quodue regnum Bohemiae germanus meus tenet, qui mortem meam non relinquet inultam. Scitis, quia necessarium est, regem esse in Hungaria; quicunque hoc regnum adeptus fuerit, filios tuos suspectos habebit, qui iam sanguine regio manus suas commaculauerint. Nemo acceptus est Regibus, qui Regem aliquando interemit: timet enim quilibet exemplum, et pro communi causa exterminantur, qui Regibus infensi fuere. Nunquam ergo, si me occidere praesumseritis, locum in regno tui habebunt filii, sed tum infamiam, tum egestatem patientur. Itaque vide optima mulier, si me morti dederis, quid sequatur. Illud autem scis, quia virum tuum reddere tibi mors mea non potest. Ast si me dimiseris, finxerisque me fugisse; ego de facili regnum recuperabo, plures enim

adhuc et Barones et communitates sunt, quae me viuum audientes in meum fauorem arma capient, tum et Bohemos mecum ducam; nec dubium est, quin regnum e vestigio recuperem. Quod cum fiet reputabo et a te et a tuis filiis regnum habere, tuamque domum, ac familiam magnificabo, et potiores filios tuos apud me habebo. Elige ergo, quid horum velis, an me occiso domum tuam funestare, infamemque reddere, et exterminare; an me seruato, perpetuam gloriam consequi et amplitudinem malis. Mouerunt feminam verba Sigismundi, simulque commiserata est regio sanguini; conspiciebat quoque Principem elegantissimum, toto corpore pulcherrimum, cuius ipsa facies digna imperio videbatur. Vocatis ergo filys, suadet Regem dimitti. Ille euadens ad Comitem Ciliae se receperit, cuius filiam in matrimonium duxit, nomine Barbaram, elegantissimi corporis. Post vocata quorumdam Baronum et potentia sua regnum recuperauerat, palatiumque apud Budam amplissimum, per antecessores inchoatum in magna construxit. Exinde, cum Turcorum ingens manus regnum Hungariae continuo vastaret, statuit, congredi, bellumque gerere. Cui in auxilium Dux Burgundiae venit, multique ex Galliis, et Alamania Nobiles; Anglici quoque, ex Italia etiam; nam Comes Bertholdus ex Domo Ursina, non paruam suam virtuosus in eo bello experientiam monstrauit. Quum iam in propinquo acies essent, longeque splendidior, validiorque Christianorum quam Turcorum videretur exercitus, orta contentio est, quinam priores ex Christianis bellum aggrederentur. Nam modo Galli, modo Teutonici modo Hungari primatum volebant: reputant enim sibi honori, primam in bello aciem obtinere. Datus tandem Gallis est prior

locus, non quod gens nobilior esset, sed quod Principem praestantiorem habebant aliis: nec enim alius ibi erat maior Duce Burgundiae, nisi Rex ipse Sigismundus, qui suo in regno exterum voluit honorare; placuisset tamen sibi, non honori sed vtilitati consulere, Hungaros praemittere, qui mores Turcorum melius nossent. Sed gestus est Gallis mos; qui procedentes in praelium, cum hostes intra palos conclusos comperissent, nec equos intra pellere possent, desilientes ex equis, pedibus praeliari coeperunt. Calor ingens fuit, puluisque altissimus eleuatus est, itaque non aciem videre poterant. Post Gallos autem Hungari sequentes, cum equos Gallorum vacuos, fugientesque viderent, rati Gallos iam victos prostratosque esse, nam ignari consilii eorum erant, et ipsi terga verterunt. Interim Galli, nullis adiuti Hungaris, a multitudine Turcorum facile superantur. Crescit animus Turcis, atque vlterius procedentes in fugam vertunt omnem Christianum exercitum. Magna strages data est Christianis, multaque millia occisa, captique multi Nobiles: nam et Joannes Dux Burgundorum hostiles in manus incidit, qui redemtus est postea multo auro. In eo praelio et bastardus Sabaudiae captus, testibus priuatus est. Sigismundus autem fuga salutem quaesiuit. Dum haec aguntur, Wenceslaus Romanorum Rex, cum imperasset annis circiter XIII. priuatus imperio: nam deses iudicatus est, neglectorque imperii; imputatumque sibi est, absque Principum consilio, Mediolanensem Ducem creasse. Illique substitutus est Jodocus, Marchio Morauiae, patruelis eius, qui cum imperasset diebus paucis, mortem obiit, forsitan fata aegre ferebant, eum acceptasse aduersus consanguineum tantam dignitatem. Post Jodocum Si-

gismundo demandabatur Imperium, sed noluit frater contra fratrem surgere. Creatus est igitur Imperator Rubertus Dux Bauarorum, vir praestans animi, ac nobilitate clarus; qui dum Italiam intrans, coronam Mediolani Romaeque petiturus, per Galeazum, qui partium Venceslai erat, prohibitus est, et apud Brixiam conflictus, redire ad propria coactus est. Posthunc iterum Sigismundus vocatus est, et cum iam frater de imperio non curaret, onus accepit. Venceslaus autem fuit homo deditus voluptati, laborum fugax, vini cupidus, thesauri amator, venationis secutor; aduersus quem subditi saepe rebellarunt; nam postquam imperium amisit, etiam Bohemiae regnum pessum dedit. Captus semel per Sigismundum, in custodiam datus est Duci Austriae, apud Viennum, sed aufugit tamen; Sigismundus autem solertior, iuniorque fauorem populi concitauit. Cum iam schisma foret, et Benedictus Hispanias teneret, Gregorius quosdam Teutonicos, Italosque haberet, reliquum Joannes XXIII. obtineret, Christianitatis; placuit Sigismundo pro parte Ecclesiae laborare. Pergens igitur in Italiam ad Joannem, cum eo in Lauda fuit, obtinuitque apud Constantiam prouinciae Moguntinae, quae insignis vrbs est supra lacum Brigantinum, in agro Rhetico, concilium indici, missaeque sunt conuocationis literae ad annum. Post ipse Constantiam venit et in tempore concilium coepit; Joannesque aduenit; sed cum mentes Patrum intelligeret, quia pro pace Ecclesiae cedendum ei esset, fugam fecit, atque in terris Friderici, Ducis Austriae, se recepit; nam fidem eius mercatus fuerat. Tuebatur itaque Joannem Fridericus; ob quam rem iratus Sigismundus aduersus Fridericum arma tulit; aduocatis Suicensibus, vt quae raperent, sua

essent, concessit; Ciuitatibusque, quae vellent, ad imperium redire, relicta domo Austriae, permisit, ob quam rem plura oppida alienata sunt illi domui vsque in hanc diem. Itaque territus Fridericus reuocauit propositum; Joannes autem, cum ex Brisaco in Gallias transire vellet, captus est, ac demum pontificio priuatus, et in carcerem coniectus, de quo sub Martino liberatus est, vt supra diximus. Gregorius autem sponte resignauit Papatum. Restabat itaque solus Benedictus, qui pacem turbabat, quem solae sequebantur Hispaniae. Ad hunc igitur profectus est Sigismundus et inter eundem apud Condericum Amedoum Sabaudiae Comitem erexit in Ducem. Venitque ad Benedictum, in Perpiniano, quem allocutus flectere non potuit, vt papatum pro pace ecclesiae resignaret. Sed allocutus est reges Hispaniarum, in Narbonaque cum natione Hispanica concordatus est, vt tota natio a Benedicto recederet; fieretque noua inuocatio nómine nationis in Constantia, et tunc venirent Hispani in Concilium; et sic factum est. Vnde postea Martinus concorditer electus est. Et sic labore atque industria Sigismundi schisma, quod annis circiter quadraginta durauerat, extinctum est, paxque facta. Hoc etiam tempore perrexit in Galliam et Angliam Sigismundus, pacemque inter duos Reges composuit, quamuis pauco tempore durauerit. Exinde cum iam Wenceslaus interisset, ad eumque regnum Bohemiae pertineret, in Hungaria vero magni motus essent, propter Turcas insultantes: consilium cepit, quid agendum, an Bohemia esset adeunda, an succurrendum Hungaris. Quatuor tunc consiliatorum genera apud Sigismundum fuere: Italicorum, Teutonicorum, Hungaricorum, Bohemorum; quos seorsim delibe-

rare Caesar voluit. Bohemi et Itali petendam Bohemiam, priusquam nouitas vlla oriretur, post facile succurri posse Hungaris, censebant; nam si prius Hungariam peteret, posset sibi aduersus Turchos, vt prius, sinistre succedere, et tunc Bohemi eum contemnerent, et Hungari. Teutonici autem et Hungari consultarunt prius Hungariae succurrendum; nam nemo eo temeritatis pergeret, vt regnum vellet Sigismundo remouere. His adhaesit Sigismundus; sed sinistre euenit. Nam etsi Hungariae succurrerit, et admodum vltra remouerit Turcos, Bohemi tamen, qui iam seditionem fecerant, Vssitarumque sequebantur haeresim, Sigismundum ad se venientem recipere noluerunt. Ob quam rem exercitum maximum congregauit: Nam Electores omnes, totaque nobilitas Alamanniae cum eo fuit; aiunt enim numerum equitantium circiter LXX. millia fuisse; obsidionemque ante Pragam statuit. Sed cum Principes admouere vrbi machinas vellent, lapidesque iacere, et insultum facere, noluit Sigismundus; veniebant enim ad eum secreto Bohemi sub specie proditionis suorum, dicebantque, sibi: quid tu, obsecramus, tuam vrbem destruis? An non melior erit tibi integra quam direpta? Suadebantque, vt Principes dimitteret; nam ciuitatem sibi e vestigio traderent, eumque sic dictim in verbis tenebant; quod animaduertentes Principes paulatim ab eo recesserunt. Ipse autem cum paucis relictus, cum speraret se intromitti, mox hostium cuneos contra se exire vidit, vixque amissis pluribus euadere potuit. Theodorus tunc de Valleperga cum eo fuit, eques insignis, qui vim Bohemorum mirifice repressit, spatiumque fugae praebuit Sigismundo. Post haec iterum in Hungaria passus est diuersos motus Sigismundus. Regnum quo

que administrauit (adiuit); cum Rege Angliae magnas amicitias habuit. Exin, cum Poloni sibi essent infesti, Vitoldum magnum Ducem Lithuaniae sibi conciliauit, quem etiam in suis prouinciis visitauit, obtulitque sibi coronam; nam Lithuaniam, cum esset amplissima patria, in regnum erigere volebat, vt a iugo Polonorum reduceret. Jamque inuitis Polonis Vitoldus cum Lithuanis rem aggrediebatur, sed ante mortuus est, quam res perfici posset. Cum apud eum Sigismundus foret, omni die noua munera recepit. Idem Sigismundus cum Rege minoris Persiae foedus habuit, vt Homorat (Amurat) Turcorum Imperatorem Europa expelleret, plures quoque in eius curia et Graecos et Turcos habuit, vt qui magni fuit animi. Rursus quoque, cum Martinus Papa expeditionem fieri contra Vssitas mandaret, Sigismundus Norimbergam venit: nam res illa per Brandam inchoata, per Julianum finiri debebat. Dedit itaque rebus ordinem Sigismundus, et cum interesse non posset, nam petere Italiam decreuit, Fridericum Marchionem Brandenburgicum expeditioni praefecit; malis tamen auspiciis, vt alibi diximus. Ipse autem Sigismundus multis conuentionibus cum Philippo Duce Mediolani factis et infectis, tandem ex arbitrio Philippi intrauit Italiam, nec plures duxit gentes, quam ille voluit, coronatusque Mediolani est, sed nunquam Philippus eum visitauit, sic enim conuenerant; stabat enim Philippus in Abliate, Piceniroque Mediolani administrationem commiserat. Gibelli suspecti habebantur, ne Sigismundo adhaererent ob Imperium, Guelfique regimen tenebant; sed illi tamen noctu ad Gasparem Slik, Brunoriumque veniebant, multisque modis dare se Mediolanum Regi offerebant;

nam de Tyranno male contenti erant; sed nunquam Sigismundus acquiescere voluit, nequid proditionis sibi adscriberetur, cum Dux eius fidem secutus fuisset. Interim coepit apud Basileam concilium, quod augeri Sigismundus mandauit, quamuis Eugenius illud disposuisset, iussitque Praelatos accedere, et Philippus quoque suos praelatos destinauit. Nam ambo tunc inimici erant summi Pontificis, qui Venetis ac Florentinis fauere videbatur, statuerantque coronam imperialem ab Eugenio non petere, sed extorquere: nam et armorum viribus infestabant eum, et scriptis concilii, multumque animi concilio praestiterunt aureae literae Sigismundi, quibus inuariabilem concilio promisit obedientiam. Sed Eugenius Venetorum ac Florentinorum et suis fretus viribus, admodum restitit. Venit autem Sigismundus vsque Lucam sine impedimento. Sed postquam illic fuit, Dux Mediolani, qui menstrua dabat stipendia, cessauit; eius quoque exercitus in Tuscia per Florentinos, Michetoctum Sportianum conflictus fuit. Itaque destitutus omni auxilio Sigismundus videbatur; nec enim retrocedere decorum erat, nec vltra procedere tutum. Aggressus tamen res arduas. Structis aciebus. Arnum inuitis Florentinis transiuit. Magno autem auxilio sibi fuit Comes Antonius (?) Pisanus, quem in ipso itu in Hungaria Comitem fecerat. Venit igitur Senas; vbi a ciuibus tanquam Pater et honorifice et amantissime receptus, plus humanitatis inuenit, quam cuperet. Ibi continua bella cum Florentinis habuit, exiuitque ipse sic ad expugnationem castrorum. Verum cum Philippus absque Sigismundo pacem cum Venetis Florentinisque fecisset, et ipse Sigismundus cum Eugenio concordauit. Ad quam rem saepe Gaspar missus est. Treuirensis quo-

que Antistes interfuit. Stetit autem per annum fere Senis, ac cum tota familia per Senenses sustentatus erat. Postea Romam iuit, ibique in Caesarem coronatus est, promisitque Eugenio, eum quoad viueret, pro Papa recognoscere; quam rem quidam inconstantiae adscripserunt, cum ante Concilio assistentiam promisisset. Exinde per Perusium Romandiolam, Ferrariamque venit Mantuam, summus iam Ducis inimicus, ibi Vicarium Ciuitatis in Marchionem erexit. Exinde, cum in Basilea aduersus Eugenium procederetur, instaretque citationis tempus, seu terminus depositionis, die nocteque, quamquam aegrotus esset, Caesar vehi se fecit, ac praeter omnium opinionem in ipsa die termini Basileam venit, convocatisque patribus inducias octo dierum Eugenio impetrauit, et iterum octo, et octo rursus. Post autem menses tres, in quibus obtinuit Eugenium adhaerere concilio. Ipse autem postea recessit. Habuit tamen singularem controuersiam cum Philippo, cum hostem Imperii appellauit; similiter et Philippum Burgundum diffidauit. Venetis autem reconciliatus est, Paduamque illis, Brixiam et Bergamum in feudum dedit, foedusque percussit contra Ducem Mediolani ea lege condita, vt Imperii limes Addua foret, vt quae citra iacerentur Venetis, quae vltra versus Mediolanum, Imperio cederent. Statuerat enim Sigismundus Philippi Ducis arrogantiam compescere, pacemque cum Venetis in eius odium fecerat. Sed mors eius consilia dissoluit. Namque cum Bohemiam iam intrasset, beneficio Concilii recepta Praga, et paupere regno, dum in Morauiam venisset, ad Snoimam morbo affectus vitam exhalauit. Hic etiam contra Venetos irritatus prohibere statuerat, ne vllae species, siue Aromata Venetorum in

Germaniam transirent. Quia tamen Teutonici carere aromatibus non poterant; ordinauerat duas esse vias aromatibus; nam Rhenum et Alamaniam superiorem per Januenses fulciri voluerat, Austriam vero, Hungariam, Bohemiam per Danubium fulciri mandarat, mercatoresque omnes Teutonicos, qui e Venetiis erant, transferri Januam decreuerat. Sed Philippus Mediolani Dux rem impediuit, non quod Venetis consuleret, sed quod Teutonicos Januae stantes, suspectos habuit, ne traderent vrbem Imperatori, pauperemque potius ciuitatem habere voluit, quam diuitem perdere. Fuit autem Sigismundus egregiae staturae, illustribus oculis, fronte spatiosa, genis ad gratiam rubescentibus, barba prolixa, et copiosa, vasto animo, multivolus, inconstans tamen sermone facetus, vini cupidus, in Venerem ardens, mille adulteriis criminosus, pronus ad iram, facilis ad veniam, nullius Thesauri custos, prodigus dispensator; plura promisit, quam seruauit; finxit multa. Hinc cum Romae apud Eugenium esset, tria sunt, inquit, sanctissime pater, in quibus discordamus, et rursus in quibus concordamus, tria; Tu mane dormis, ego ante diem surgo; Tu aquam bibis, ego vinum; Tu mulieres fugis, ego sequor. Sed concordamus in his: quia tu large dispensas thesauros ecclesiae, ego nihil mihi retineo; tu malas manus habes, ego malos pedes; Tu destruis Ecclesiam, ego Imperium. Hinc cum miles quidam Bauarus ingentem pecuniam mutuasset, molestusque esset repetendo, ab ipso Caesare in faciem percussus est; sed mox recognouit erratum suum Caesar, iussitque homini argentum numerari. Hic Ludouicum Bauariae Ducem in magna pecunia mulctauit; similiter et Henricum Bauariae, qui apud Constantiam vulne-

rauit Ludouicum. Fridericum quoque Austriae Ducem soluere pecunias coëgit et damna sibi multa intulit; ob quam rem, cum is ex Italia reuerteretur, in vestibus suorum Nobilium hunc Versum Fridericus inscribi mandauit: Ludouice, Henrice, Friderice, ad pulpitum, quia Magister venit. Carissimi ei fuerant Slik, Brunorius, de la Scala, Orsatius (Országius) Michael, Matico Banus, atque horum consilio ducebatur, sed magis proprio."

E MSS. Martini Cseles, in Archiuo Vniuersitatis conditis.